
Digitized by Google

C. F. Voigt. Dr.

Digitized by Google



Digitized by Google

5C5156
C5151

Digitized by Google

ADPARATVS LITTERARIVS

VBI

LIBRI PARTIM ANTIQVI PARTIM RARI RECENSENTVR

COLLECTVS

A

FRIDER. GOTTHILF FREYTAG

I. C

TOMVS III.



LIPSIAE

EX OFFICINA WEIDMANNIANA

V E 3 56

Breithaupt


UNIVERSITA' DEGLI STUDI
ISTITUTO DI FILOLOGIA CLASSICA
ROMA

VIRO

MAGNIFICO. SVMME REVERENDO

AMPLISSIMO

DOMINO

IO. IOACHIM. GOTTLOB AM ENDE

DOCTORI. THEOLOGO. MERITIS

IN. REM. SACRAM. CELEBERRIMO

IN

SVPREMO. REGIS. POLON. ET PRIN
CIP. EL. SAX. SENATV. ECCLESIAST
ADSESSORI. SPECTATISSIMO

SACRORVM. DRESDENSIVM. ANTISTITI
GRAVISSIMO

DIOECESEOS. AB. VRBE. DRESDA. DICTAE
EPHORO. DIGNISSIMO

OMINO. PATRONO

ATQVE

IN. SCHOLA. PROVINCIALI

PORTENSI. PRAECEPTORI

QVONDAM. SVO


SVMMOPERE. OBSERVANDO

OBSEQVI. ET. HONORIS. CAVSSA

L. M. Q

D. D. D

FRIDERICVS. GOTTHILF. FREYTAG



LECTORI
S.

Tertium tandem Tibi offero Adparatus mei literarii Tomum, quem, vt eadem, qua duos priores Tomos dignatus es, beneuolentia excipias, oro, rogoque. Pari quidem diligentia, parique adcuratione illum composueram, sed hominis, cui a librario plagularum relegendarum opera et cura demandata fuerat, oscitantia factum est, vt vix paginam sine offendiculo legere queas. Errata, nullo modo ferenda notaui, quorum catalogum satis amplum in fine voluminis exhibeo. Id in primis omni cura egi, vt librorum tituli, et quae ex illis dedi excerpta, ab omni errore libera essent:



ſin igitur in illis quidpiam deprehenditur, quod erroris prae ſe ferat ſpeciem, et orthographiae in primis, quae noſtra aetate, a viris doctis recepta eſt, vim inferre videatur, id in libris, quos deſcripſi ipſis, ita inueniri, certisſime Tibi perſuadere poteris. Hac autem de re ideo potisſimum Te admonitum eſſe volo, quod nonnulli inuenirentur, qui excerpta, ex veteribus, et tempore exorientis typographiae euulgatis libris, et verba, quibus librorum tituli concepti fuerant, ad genium iſtorum temporum efficta, typothetarum mendis deformata eſſe quererentur, mihique tribuerent, ſi quid cum regulis orthographicis, atque grammaticis nonnunquam pugnare intelligeretur. Praeter ea etiam fuerunt, qui, cum librorum, quos teſtes non nunquam excitaui, diuerſas ab illis, quibus ego vſus fui, posſiderent editiones, me erroris arguerent, ſi teſtimonia a me prolata, eadem, qua dixeram pagina, in ſuis libris non inuenirent. Iam Viri mihi

nomi-



nominandi erant, doctissimi, qui consilio pariter et opera, in componendo hoc Tomo, mihi praesto fuerunt. Quandoquidem autem alii precibus adduci non potuerunt, vt nomina eorum clarissima proferrem; alii, in opere ipso, a me, passim iam nominati sunt, officii sane memor, omnibus, qui vt suum nobis indicarent fauorem, quasdam ad me miserunt symbolas, obstrictum me esse profiteor. Adpendicis loco, inuenies, L. B. Epistolam, ab eminentissimo Angelo Maria R. E. Cardinale Bibliothecario Quirino ad Cl. Schelhornium scriptam, in qua is, de nomine Rimicii, fabularum Aesopi editoris, quem Tomo primo Adparatus literarii, cum aliis viris doctis, Rhynucium Thessalum adpellaueram, insigni, qua erga me, dum erat in viuis, humanitate et beneuolentia fuit, sententiam suam exposuit, ipsamque epistolam, typis iam exscriptam, cum aliis quibusdam libris, a se editis, quod grato profiteor animo, ex

Italia,

C.F. Voigt. Dr.

Digitized by Google



RHSC5156

Digitized by Google

V
E
3
56

ADPARATVS
LITTERARIVS

VBI

LIBRI PARTIM ANTIQVI
PARTIM RARI RECENSENTVR

COLLECTVS

A

FRIDER. GOTTHILF FREYTAG

I. C

TOMVS III.



LIPSIAE
EX OFFICINA WEIDMANNIANA

Breithaupt



Digitized by Google

VIRO

MAGNIFICO. SVMME REVERENDO

AMPLISSIMO

DOMINO

IO. IOACHIM. GOTTLOB AM ENDE

DOCTORI. THEOLOGO. MERITIS

IN. REM. SACRAM. CELEBERRIMO

IN

SVPREMO. REGIS. POLON. ET PRIN

CIP. EL. SAX. SENATV. ECCLESIAST

ADSESSORI. SPECTATISSIMO

SACRORVM. DRESDENSIVM. ANTISTITI

GRAVISSIMO

DIOECESEOS. AB. VRBE. DRESDA. DICTAE

EPHORO. DIGNISSIMO

OMINO. PATRONO

ATQVE

IN. SCHOLA. PROVINCIALI

PORTENSI. PRAECEPTORI

QVONDAM. SVO

SVMMOPERE. OBSERVANDO

OBSEQVI. ET. HONORIS. CAVSSA

L. M. Q.

D. D. D

FRIDERICVS. GOTTHILF. FREYTAG



LECTORI
S.

Tertium tandem Tibi offero Adparatus mei literarii Tomum, quem, vt eadem, qua duos priores Tomos dignatus es, beneuolentia excipias, oro, rogoque. Pari quidem diligentia, parique adcuratione illum composueram, sed hominis, cui a librario plagularum relegendarum opera et cura demandata fuerat, oscitantia factum est, vt vix paginam sine offendiculo legere queas. Errata, nullo modo ferenda notaui, quorum catalogum satis amplum in fine voluminis exhibeo. Id in primis omni cura egi, vt librorum tituli, et quae ex illis dedi excerpta, ab omni errore libera essent:



ſin igitur in illis quidpiam deprehenditur, quod erroris prae ſe ferat ſpeciem, et orthographiae in primis, quae noſtra aetate, a viris doctis recepta eſt, vim inferre videatur, id in libris, quos deſcripſi ipſis, ita inueniri, certisſime Tibi perſuadere poteris. Hac autem de re ideo potisſimum Te admonitum eſſe volo, quod nonnulli inuenirentur, qui, excerpta, ex veteribus, et tempore exorientis typographiae euulgatis libris, et verba, quibus librorum tituli concepti fuerant, ad genium iſtorum temporum efficta, typothetarum mendis deformata eſſe quererentur, mihique tribuerent, ſi quid cum regulis orthographicis, atque grammaticis nonnunquam pugnare intelligeretur. Praeter ea etiam fuerunt, qui, cum librorum, quos teſtes non nunquam excitaui, diuerſas ab illis, quibus ego vſus fui, posſiderent editiones, me erroris arguerent, ſi teſtimonia a me prolata, eadem, qua dixeram pagina, in ſuis libris non inuenirent. Iam Viri mihi nomi-



nominandi erant, doctissimi, qui consilio pariter et opera, in componendo hoc Tomo, mihi praesto fuerunt. Quandoquidem autem alii precibus adduci non potuerunt, vt nomina eorum clarissima proferrem; alii, in opere ipso, a me, passim iam nominati sunt, officii sane memor, omnibus, qui vt suum nobis indicarent fauorem, quasdam ad me miserunt symbolas, obstrictum me esse profiteor. Adpendicis loco, inuenies, L. B. Epistolam, ab eminentissimo Angelo Maria R. E. Cardinale Bibliothecario Quirino ad Cl. Schelhornium scriptam, in qua is, de nomine Rimicii, fabularum Aesopi editoris, quem Tomo primo Adparatus literarii, cum aliis viris doctis, Rhynucium Thessalum adpellaueram, insigni, qua erga me, dum erat in viuis, humanitate et beneuolentia fuit, sententiam suam exposuit, ipsamque epistolam, typis iam exscriptam, cum aliis quibusdam libris, a se editis, quod grato profiteor animo, ex

Italia,



Italia, ad me perferendam curauit. Et haec sunt B. L. de quibus vt Te, hoc tempore admonerem, mea interesse existimaui. Quodsi Deus vitam concesserit, ego, ab aliis negotiis, non nihil otii nactus, quartum huius Operis Tomum; et nouam eamque auctiorem atque emendatiorem Analectorum literariorum, de libris rarioribus, editibnem adornabo! Iamque vale, et vt coepisti, literariis eiusmodi conatibus fauere perge. Scrib. ipf. Kalend. Februar. MDCCLV.



Digitized by Google



I.



Sentimens d'une ame penitente, sur le Pseaume Miserere. Par *Madame* D*** traduits en vers, in 4. pp. 100.

Initium huius voluminis facimus libro, cuius egregium argumentum, maximus nitor, et eximia raritas, principem sane locum efflagitat. Iactitat Anglia Horatii carmina, a Ioanne Pine, inaudito propemodum exemplo, aeneis tabulis incisa; sed liber quem recensemus, si externam formam spectaueris, a Germano artifice, si non maiore, pari tamen arte effictus, si argumentum consideraueris, maximam patriae nostrae gloriam conciliat. Paraphrasin complectitur *psalmi* dauidici LI centum tabulis aeneis Monachii serenissimae auctoris sumtibus expressam, quae exempla, quae lucem adspexerunt, summis Europae principibus, aliisque personis in summa dignitate constitutis, veluti insignis munificentiae tesseram obtulisse dicitur. Cum serenissimae auctori non libuerit libro, quem posteri admiratione prosequentur, nomen praefigere, nos id reuelare religioni nobis ducimus, et proinde illud e litteris M. A. R. P. E. quae in titulo occurrunt, initialibus, coniiciendum relinquimus. Illud dixisse sufficiat, librum a persona, in summo dignitatis gradu profectum esse, cuius purpuram et Saxonia & Bauaria demississime veneratur. Ex ipso libro vnum decerpere flosculum liceat.



I Verset.

Aiez pitié de moi, mon Dieu, selon vôtre grande misericorde.

Permettez ô mon Dieu! que l'illustre Prophete
D'un coeur vraiment contrit devenant l'interpréte
Vous demande pour moi le pardon des péchés
Qui par Vôtre Esprit saint lui fûrent reprochés;
De mes laches tiédeurs, & de l'indifference
Dont (& ce n'est pas-la Seigneur! ma moindre offense)
J'ai païé Vôtre amour, ce don si précieux,
Qui nous donnant la paix, peut seul nous rendre heureux.
Ah! lorsqu'à vos genoux je vous demande grace
Après tant de péchés, je m'accuse d'audace;
Mais quand je reflèchis, quelle est vôtre bonté
L'ésperance succéde à ma timidité;
Je bannis de mon coeur le trop vives allarmes
Et c'est mon amour seul, qui fait couler mes larmes.
Qui fait gemir ce coeur de crimes abreuvé,
Qui se repent enfin de Vous avoir bravé.
Vous voyez à vos pieds une ame pécheresse,
Que vous avés aimée avec tant de tendresse:
Sans peine, sans remords, elle a pû vous trahir,
Vous, qu'on doit seul aimer, & qu'ell a pû haïr.
J'ai sans cesse entassé parjures sur parjures,
Rebelle au créateur, soumis aux créatures
Esclave de plaisirs, & vains, & criminels,
Pour eux j'ai negligé l'honneur de vos autels
Ardent à Vous quitter, insensible à vos graces
Je n'aimois que le monde, & j'en suivois les traces;
Je m'oubliois moi-même & ne contois pour rien
Les dévoirs attachés au titre de chrêtien:
O mon Dieu, quel état, mais vôtre patience
De mes égaremens a souffert la licence
Elle a pû tolerer, au lieu de m'écraser
Des crimes, que l'Enfer pouvoit seul expier;
Vous agissiez en Pere, & vous m'aimiez de même

Regar-

Digitized by Google

Regardant en pitié l'aveuglement extrême
Qui m'éloignoit de Vous, loin de me rejetter
Vous m'apelliez à Vous, quand j'osois Vous quitter.
Helas! je reconnois vos bontés & mes crimes
Je deteste le monde, & toutes ses maximes
Par ses appas flatteurs mes crimes affermis
Rangent un fils ingrat parmi vos ennemis
Daignez me pardonner, renouvellez mon ame
Que vôtre amour divin la mette toute en flamme,
Que de Vous seul enfin mon coeur soit occupé
D'un monde seducteur que je sois detrompé.
Je reconnois pour moi vôtre bonté suprême,
Disposez de mon coeur, & faites qu'il vous aime
Autant, qu'il a, Seigneur, osé vous offenser;
C'est un ardent amour, qui peut seul effacer
Tant de crimes commis: Oui, Seigneur, quand je pensé
Qu'au lieu de m'accabler d'une juste vangeance
Vous vous étes soûmis aux plus affreux tourmens
Pour m'en faire un merite en ces tristes momens;
Que ces mêmes tourmens me lavent de mon crime
De plus cruels remords je me sens la victime
Agréez ma douleur, mon juste repentir
Et le desir ardent, que j'ai de Vous servir.
Faites, que ce desir regne seul en mon ame
Et qu'aucun autre objêt ne l'occupe & l'enflame
Afin que Vous aimant, jusqu'au dernier soûpir
Elle puisse ésperer un heureux avenir.

Conf. *Neuer Büchersaal der schœnen Wissenschaften und freyen Künste*, Tom. VII. *Leipzig* 1748. in 8. p. 1 sqq. Iam haec a nobis scripta fuerant, cum ab amico, alia nobiscum communicaretur editio, in 4. formae maioris nonaginta sex paginis expressa, typothetarum typis, tanto nitore, quantum libri dignitas merito postulare videbatur.





II.

Iesuida HIERONYMI *Paduani* ad Reuerendum in Christo patrem dominum Petrum Donatum; vrbis Padue presulem dignissimum, in 4. folior. 12.

Hoc titulo carmine satis elegante hexametro HIERONYMVS paduanus descripsit saluatoris nostri IESV CHRISTI passionem. Auctor HIERONYMVS VALLIS, seu DE VALLIBVS, seu VALLENSIS, Eques, medicus, & poeta eximius vixit seculo XV. et, vti Gerardus Ioannis Vossius L. III. *de historicis latinis, Lugd. Batau.* 1627. in 4. p. 527. adnotauit, non sine veneni suspicione, exstinctus est Romae, anno 1443. cum reipublicae venetae caussa, in ea vrbe commoraretur, quamuis alii cum Ioanne Trithemio *de scriptorib. ecclesiastic.* Cap. CMCIII. in Io. Alb Fabricii *Bibliotheca ecclesiastica Hamburg.* 1718 in fol. p. 229. anno 1494. vel cum Antonio Posseuino in *Adparatu sacro Venet.* 1606. in fol. circa annum 1500. eum vixisse existiment. HIERONYMVM alia composuisse carmina, patet e codice MS. qui teste Philippo Tomasino in descriptione *Bibliothecae & Musei* Laurentii Pignorii *Canonici* tarvisini, *Venet.* 1632. in 4. p. 26. in bibliotheca ista olim exstitit. Eum *gesta* in primis *patrum*, carmine condidisse, ex hoc eius disticho colligit Vossius l. cit.

Te duce, gesta patrum cantaui; te duce feci
Viuere perpetua posteritate viros.

quod, vnde excerpserit Vossius, non constat; In nostra enim *Iesuidae* editione, praeter carmen breue, *de compassione amarissima* Mariae *virginis*, in fine conspicuum, nihil exstat, carmine elegiaco expressum. Inueniuntur in *variis doctorum piorumque virorum, de corrupto ecclesiae statu poematibus, cum praefatione* Matthiae Flacii illyrici, *Basileae* 1557. in 8. editis, *Metra de monachis carnalibus, reperta* Basileae *anno* 1554. *XIIII. Iulii in libro tergo signato*, I. LVI. *cum titulo* Iesuida HIERONYMI patauini, quae cum poemate, quod hoc titulo conscripsit HIERONYMVS paduanus, nihil plane commune

commune habent, et ab alio omnino auctore composita videntur. Conf. de HIERONYMO patauino Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 295. Christiani Daumii ad Nicolaum Heinsium epistola, in Petri Burmanni *Sylloge epistolarum, a viris illustribus scriptarum* Tom. V. p. 249 sqq. *Giornale de' letterati d'* Italia Tom. X. p. 487 sqq. & Tom. XI. p. 299. Ioan. Albert. Fabricii *Bibliotheca latina med. & infimi. aetatis* L. IIX. p. 742.

Poema, quod ante oculos versatur, saepissime quidem, praeteritis temporibus, excusum fuit, nihilo tamen minus raro, nostra aetate, in conspectum venit. Scripsit auctor illud ad Petrum Donatum, vrbis patauinae Praesulem, quem, post *inuocationem ad Deum* hisce versibus compellat;

Tu quoque quem sanctus vitae nitor vndique tollit,
Cuius & extremas orbis penetrauit in oras
Fama: ingens virtus morum: sanctissima vitae
Relligio humanis pulchre comitata camenis
Et superis: Latialis honos. hinc aspice presul
Inclyte, tuque auras classi concede secundas.
Nam mihi Caesar ades: atque es mihi verus Apollo
Nec dubitem auspitiis tantis deductus haberi
Proch fortunatum: ac diuino degere nutu:
Huc adsis Donate; *pater: tutare canentem*
Metra; licet tenui ac iuuenili inducta cothurno.
Nam post cum fuerim scribendi commoda nactus
Tempora: cum studiis maneat tutissima ceptis;
Et mihi parta quies: maiorque aduenerit aetas,
Incipiam grauiora: tuaeque ab origine gentis
Deueniens: tua gesta canam: modo fata secundent.
At mea nunc primo replentur carbasa vento:
Littora destituam: et medium ferar altus in aequor

E posteriore *inuocationis ad Deum* versu

Primitiasque meae (si qua est) en accipe musae,

adparet, primum esse opusculum, ab auctore compositum. Carmen ipsum cum *conuocatione Daemonum, a* Plutone *principe infernali,* eiusque *oratione ad concilium diabolicum,* inchoatur, omnemque passionem CHRISTI,

 ad



ad sepulturam vsque illius, prosequitur. Plutonis oratio talis est:

Letheidites: *ingens hoc causa subegit*
Cogere concilium: nec vos mea dira potestas
Nequicquam exciuit: variis terroribus angor
Accipite haec memores: nostramque his discite mentem
Horrida iam dudum: forti cum milite: bella
Congerimus: sed pauca valent in prelia vires.
Saepius aduersum vidistis quantus in hostem
Insurgat clypeo: et telum quo turbine verset.
Vndique conueniunt populi. pars alta sequuntur
Eloquia: & sanctum pars hunc cum munere adorat.
Quid loquar? hic vrbes: hic hic sermonibus ipsa
Opida subuertit variis: totumque per orbem
Fama volat. sua nunc gentes doctrina per omnes
Spargitur: & tandem nostris dominatur in oris.
Vincimur heu miseri: quam parua potentia nostra est.
Vincimur. iste deo natum, magnoque parente
Se fecit: & miris testatur: & approbat istud
Hominibus. claudi incedunt: sua lumina caeci
Obstupuere: nouas muti dixere loquelas:
Audiit & surdus: turpi dehinc corpora lepra
Mundauit: caecis animas reuocauit ab vmbris:
Frigida mandauitque iterum ad sua membra reuerti.
Hic puer: & medio doctorum celsus in orbe
Constitit alta docens. nunquam risisse notatus.
Saepe dedit gemitus. siccis super aequora plantis
Ipse maris gradiens: timidum caeca ima petentem
Discipulum dextra tenuit; quare ista fatentur
Esse deum. tamen inde ferunt de virgine natum.
At pater ignotus. sitit hic. saepe ardor edendi
Inuasit: quem turba HIESVM *modo clamitat. ipsi*
Vidistis quam magna canant, qui carcere nostro
Clauduntur, letique diem aduentasse salutant,
Quo patriam repetant, inuisaque moenia linquant.
Quis nouus iste furor. tentandum est an Deus is sit,
Siue homo. si vitae fuerit sibi terminus, omnis
Questio iam pateat, neque enim regnator Olympi
Extingui,

Extingui, vel morte potest occumbere dura.
Experiamur. ego varias in pectore curas,
Et noua consilia, atque nouas demetiar artes.
Nam HIESVS *hic magna populi comitante corona*
Hierusalem *ingreditur, cui ramis agmine facto*
Occurrunt olee: prostrati corpore terra,
Sub pedibus pallasque locant, & carmina dicunt.
Hic labor omnis adest cunctorum vertere mentes
Scribarum, rabidumque animo instigare furorem
Principibus, varios vulgi miscere tumultus:
Morte reum clament, ipsum quoque fida suorum
Agmina destituant, pretio tradatur & hosti,
Vadite iamque citi, pedibusque accingite pennas:
Tuque mea in primis Allecto *concipe vires,*
Et solitas artes, maior tibi gloria restat,
Si struere, ac tantam poteris componere mortem.
Quare age gorgoneis, mea nata: accincta venenis,
Aggredere, & diros longis de crinibus angues
Eripe, vipeream scribarumque infice mentem
Atque odiis reple phariseos, iraque rumpat
Iude sacerdotes: Scarioth *tua vulnera* Iudas
Sentiat, hunc auri cogat vis rumpere leges.

In fine operis auctor egit grates praesuli, in operis principio inuocato, et quod memorauimus carmen breue, *de amarissima compassione* Mariae *virginis* adtexuit. Varias editiones recensuit Io. Alb. Fabricius l. cit. inter quas tamen, illa non inuenitur, quae Lipsiae per Iacobum Thanner herbipolensem, *anno dni. 1505. die VIIII Ianuarii* in 4. fol. 16 excusa fuit, vid. die *Merkwürdigkeiten der koeniglichen Bibliothek zu* Dresden Tom. III. p. 32. Ex eadem postea officina typographica, repetitae aliquoties libri editiones in lucem prodierunt, & ipsa illa, qua vtimur editio, literis romanis luculentis expressa, ex eadem officina profecta est. Leguntur illius in fine haec verba: *Impressit* Liptzk Iacobus Thanner *Anno domini M, CCCCC, XII,* (1512). Io Henric. Leichius in *Annalibus typographiae* lipsiensis illius mentionem fecit p. 105 not. h). Describitur liber

ber



ber ex editione *lipsiensi per* Valentinum Damander siue Schumann, anno 1516. impressa, in der *fortgesetzten Sammlung von alten vnd neuen theologischen Sachen* ann. 1749. p. 158 sqq. Editionem, quae sine anni & typographi nota, *Lipsiae* euulgata fuit, memorauit Io. Henr. Leichius l. cit. p. 105. Recentissima nisi fallimur editio est, quam cum Dominici Mancini *poematibus* euulgauit Theodorus Pulmannus, *Antuerpiae* 1559. in 12.

III.

Tractatus DOMINICI MANCINI de passione Domini.

Magister Gregorius Konitz ad Lectorem

En Deus astripotens celso descendit Olympo
Destruat infernos mors vt acerba lacus
Pro quo perpetuas huic cures soluere grates
Subditus opprobriis quia (qui) tua spurca gerit
Deuotus domini deplangas vulnera lector
Inclines supplex et tua corda Deo.
Dulciloqui legas MANCINI carmina vatis
Suspirans lachrymas tempus ad omne dabis.

in 4. folior. 22.

Iam anno 1494. hoc opusculum prodiisse testem habemus Antonium Posseuinum in *Adparat. sacr.* Tom. I. p. 416. Editionem autem anni 1500. *lipsiensem* in 4. adlatam conspicimus a Io. Henr. Leichio in *Annal. typograph.* lipsiens. p. 78. qui etiam p. 105. editionis *Lipsiae* non addito anni & typographi indicio, euulgatae mentionem fecit. In *Catalogo bibliothecae bünauianae* Tom. I. vol. III. p. 2052. occurrit editio *lipsiensis* anni 1506. per Iacobum Thanner excusa. Editio, quae ante oculos versatur, literis romanis admodum luculentis exscripta, in calce haec refert verba: *Impressum* Liptzk *per* Iacobum Thanner *Anno domini millesimo*

millesimo quingentesimo decimo tertio (1513). Illis typographi insignia, adposita sunt. Curauit editionem, vt ex titulo, & ex *oratione ad* CHRISTVM, carmine elegiaco concepta, & in secunda tituli pagina conspicua, adparet, Magister Gregorius Bredekopf, s. Breitkopf, Prutenus, ex oppido Konitz oriundus, & plerumque omisso patrio nomine M. Gregorius Koniz, seu de Konitz adpellatus. Vixit initio seculi XVI. in academia lipsiensi, vid. Anonymi *Centuria scriptorum insignium, qui in celeberrimis, praesertim* lipsiensi, wittenbergensi, francfordiana *ad* Oderam, *Academiis, a fundatione ipsarum vsque ad annum* Christi *1515. floruerunt*, ex edit. I. I. Maderi, *Helmstad.* 1660. in 4. num. LXII. Eum obiisse Lipsiae anno 1529. refert Iof. Simlerus in *Bibliotheca* p. 245.

De DOMINICO MANCINO vid. Iof. Simleri *Bibliotheca* p. 173. Io. Trithemii *de scriptor. eccles.* Cap. CMLV. in Io. Alb. Fabricii *Biblioth. eccles.* p. 229. Antonii Posseuini *Adparat. sacr.* Tom. I. p. 416. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. latin. med. & infim. aetatis* L. XII. p. 33. Historiam passionis dominicae carmine heroico satis comto, atque terso, ad narrationem quatuor euangelistarum descripsit, quorum loca, in margine, literis gothicis adposita sunt. *Propositionem* siue argumentum carminis, hisce ipse versibus descripsit:

Non hominum laudes nec fortia facta virorum
Promere nunc meditor: multo maiora referre
Concepi: nam gesta dei, qui e virgine matre
Natus homo: terras sese demisit ad imas:
In medium insolita cupio memorare camena:
Nec series rerum gestarum tota canenda est,
Sed mors, & causae mortis referentur iniquae,
Quam voluit CHRISTVS *pro toto pendere mundo*
In cruce: Iudeae: Pilato *praeside, terrae.*

Praemisit carmini *inuocationem, ad diuam virginem & quatuor euangelistas.* In fine addidit *orationem ad Deum, pro conclusione,* & *gratificationem ad lectorem,* quae talis est:



Iamque vale lector: queris si noscere nomen
Auctoris, dedit hoc MANCINVS *carmen amicis,*
Et CHRISTI *famulis, maius qui tradere vellet,*
Si posset maius, tamen hoc satis esse putauit,
Iudicium mentis, quam sit prodesse paratus
Omnibus, vt memores facti per carmina, mortis
Quam subiit CHRISTVS, *propriae sint inde salutis*
Admoniti, & solita CHRISTI *nos morte mereri*
Aeternae vt vitae sint nobis gaudia: lector
Salue iterum, clauso venit iam vesper olympo.

Subiectum illi est M. Gregorii Konitz *Tetrastichon ad Lectorem,*

Si quo MANCINI, *repetens egò carmina, vatis*
Deliqui, humano tu dabis ingenio,
Corrigere & mendas mitis censura valebit:
Non fugimus limam: lector amande vale.

Praeter hoc poema idem DOMINICVS MANCINVS carmen composuit elegiacum, *de quatuor virtutibus & officiis, ad bene beateque viuendum, pertinentibus,* quod Friderico feuerinali, Episcopo malleacensi dicauit. *Lipsiae* fuisse editum anno 1516. refert Io. Alb. Fabricius l. cit. sed antiquior illa memoratur editio, *Lipsiae, per Baccal.* Martinum herbipolensem 1505. in 4 excusa a Io. Henric. Leichio, in *Annal. typogr.* lipsiens. p. 84. alias editiones recenset Fabricius l. cit. Recentissima est, quam Hermannus von der Hardt cum Martini braccarensis *honestae vitae formula* euulgauit *Helmstad.* 1691. in 8. Exstat etiam editio, adiecta versione anglica, quam concinnauit Alexander Barclaius, quae cum eiusdem *The Ship of Fooles* (Sebastiani Branti) *translated out of Latin into English, London print. by Iohn Cawood* 1570. in fol. prodiit. Vtrumque poema, *de passione dominica,* & *de quatuor virtutibus,* adiecto Hieronymi de Vallibus *Iesuida,* in lucem edidit Theodorus Pulmannus, *Antwerp.* 1559. in 12.



IIII. Iv-

IIII.

IVNIORIS LVDOVICI PARISETI *regiensis* ad Varium Tolomaeum Fratrem Theopoeiae, Libri sex. *Venetiis apud Aldi Filios* M.D.L. (1550) in 8. folior. 124.

IVNIORIS LVDOVICI PARISETI, regiensis, inter poetas latinos, nomen haud adeo celebre est, quandoquidem in paucis bibliothecarum catalogis, libri eius occurrunt. Iacobus le Long in *Bibliotheca sacra, Paris* 1723. in fol. Tom. II. p. 894. e Sixto tantummodo senensi *Theopoeïae libros VI.* cognitos habuit, qui, IVNIOREM LVDOVICVM PARISETVM, *heroico versu, ad* Varium Tolomaeum *fratrem, in primum geneseos caput, Theopoeïae* scripsisse *libros sex*, tradidit, in *Bibliotheca sancta* L. IIII. p. 295. edit. *coloniens.* 1576. in fol. Conf. Antonii Posseuini *Adparat. sacr.* Tom. II. p. 363. qui adnotauit librum ex eadem officina typographica anno 1553. editum esse, & eumdem auctorem scripsisse *tres orationes de diuina erga hominem beneuolentia, & beneficentia, Venet. apud Aldum* 1552. in 8 Conf. Iosi. Simleri *Bibliotheca* p. 462. *Catalogus Bibliothecae* tellerianae, *Paris.* 1693. in fol. p. 391. P. Baile *Dictionaire historique & critique, Rotterd.* 1720. Tom. III. p. 2179. qui, editione se visum esse adfirmat *veneta* 1559. Scripsit praeter ea, *tres libros epistolarum priorum*, & totidem *epistolarum posteriorum, carmine, Venetiis apud Aldum* 1553. in 8. In *catalogo bibliothecae* tellerianae p. 413. occurrunt IVNIORIS LVDOVICI PARISETI, regiensis *epistolarum ad* Pium IIII. *Libri III. Bononiae ex officina Benacci* 1560. in 8. Ignoramus, vtrum *epistolarum priorum*, vel *posteriorum* repetita editio, an vero epistolae ab illis, plane diuersae sint. *Theopoeïa* ceterum argumento magis, quam carminis elegantia lectoribus se commendat, id quod ex initio libri, ilico intelligi poterit, quem hisce versibus auspicatus est:

Incessit iamdudum animum Tolomaee *cupido*
Scribendi terrae, & caeli primordia, resque

Productas



Productas authore deo, & diuina dierum
Sex opera a coeptis deterruit hactenus ingens
Materiae grauitas. ratioque abscondita quanuis
Nunc aeque agnoscam nobis non esse patentes
Tanto oneri vires tractando: & maius id esse
Molimen, quam quod valeat persoluere nostrae
Debilitas operae, & nostri perferre queat vis
Ingenii: tamen auxilio confisus, opique
Diuinae, speransque mihi fore spiritum eundem
Fautorem, qui conditor extitit, experiar quod
Optaui toties, & viribus omnibus vna
Contractis, & subsidiis, quaecunque valebo,
Vndique collectis, animo, & conamine saltem
Non deero, si non dabitur re consequi opinor
Non prorsus tam dedecori, probroque futurum,
Pondere si pressus videar succumbere, quam si
Turpi pigritia arreptus, segnique veterno,
Defecisse animo conuincar. gloria quanuis
Responsura oneri non sit, nec gratiae abunde
Sim mihi conciliaturus, repetendo, quod olim
Pluribus egregiis scriptoribus est memoratum:
Ne tamen id videar frustra sumpsisse laboris
Haec noua scribendi ratio fortasse vetabit &c.

Expositis in libri primi exordio, veterum graecorum philosophorum de creatione mundi placitis, rationem, qua suum pertractare constituit argumentum, hisce exposuit versibus:

nimis ardua linquens,
Et quae lectorum possint obtundere sensus,
Dimittens, sic materiam moderabor: eoque
Tramite procedam: vt nec possim forte videri
Serpere prorsus humi, terraeque insistere solum
Etsi ego propono scribendi prorsus eundem
Quem Moses *finem: tamen explanando aliquanto*
Altius, ipsius quam Mosis *nuda loquendi*
Simplicitas prae se videatur ferre: relinquam
Non intacta, nec omnino dimissa ea: quae sint
Puri intellectus. verum scribendo turbor

Id

Id rationis, siue modi: vt quodcunque trahetur
Ex verbis Mosis *ruditer minus intellectis,*
Tale sit: vt nequeat mentes onerare, suaque
Conditione animos obtundere: quo minus acri
Integraque acie possint incumbere fini
Proposito, fructumque Dei decerpere amandi
Et contemplandi; quin obseruare tenorem
Est animus, qui praecipue conducere possit
Et conferre animis in amorem pelliciendis
Diuinum: studiumque Dei, cultumque monendis
Omnibus ex sensis, quae sunt deprompta prophetae
Ex verbis, & stare queunt veri integritate
Seruata: idcircoque minus reprobata, teneri
Possunt ex sacri conuentus lege, sequendum
Id mihi proposui, de quo plus vtilitatis
Excerpi possit homini ratione salutis
Quaerendae, & causa cultus diuini, & amoris
Concipiendi. Quamuis explanatio nulla
Sit, quae non aliquid fini respondeat, atque
Proposito Mosis*: saltemque ex parte scopum, qui*
Figatur, non respiciat: tamen ordo, tenorque
Esse potest alius alio magis expediens, ac
Conducens. vt vero pium, quod proficiendi est
Propositum, studiumque cadat feliciter, opto,
Efficiat, qui cuncta potest &c.

Libro praemisit epistolion ad Iulium III. Pontificem maximum, his verbis conceptum:

Cum summum religionis, & rerum ad te iudicium pertineat: hoc opus de Dei opificio, diuinaque rerum creatione conscriptum tibi offerimus censendum, atque iudicandum: vt non minus adhibito indice explores, si quid insincerum in se contigeat; quam libella expendas, indignum ne quid referat grauitate christiana. Quantum in nobis fuit, id maxime propositum habuimus, vt in admirationem Dei excitemus hominem: & excitum rursus in eius studium, amoremque accenderemus: qua prorsus in re immortalitatis humanae, & salutis omnem rationem arbitramur esse collocatam. Ex aere quodcunque mihi

mihi Dei beneficio conflatum est, in sacrum aerarium studuimus conferre: quod praecipue queat esse vsui & quantum facultatis nostrae ratio visa est posse tolerare, Vale. In fine, typographi insignia sua, quae etiam in libri fronte conspiciuntur, his adiunctis verbis adposuerunt: *Apud* Aldi *filios M. DLI* (1551).

V.

LVCII VIGILII IESVRBII Aegloga Hagnon, vtilis simul & iucunda.

Ex Oratione C. in Funere M.

Varia illa fortuna iactatus & durissimis tum casibus conflictatus & multiplicibus exagitatus aduersationibus, id omnino praestitit, vt neque ad Deum RELIGIONEM, neque ad homines IVSTITIAM violauerit VNQVAM, in 8. fol. 2.

Insignem carminis raritatem, confirmauimus testimonio Sigm. Iacobi Baumgarten Viri S. R. in *Analectis literariis Lips.* 1750. in 8. p. 484. Vt ab interitu aliquo modo conseruetur, id integrum hoc loco adferimus.

Petasillus & Vanniolus.

Petasillus.

Hic etiam cecinit, niueas per prata bidentes
Haec Hagnon (*) *egit, fontisque hac lauit in vnda.*

Vanniolus.

Ah, ah, quin lacbrymem nequeo Petasile, *videre*
Nunc infoelices siluas, deformia rura
Lumine quis possit sicco? dum viueret Hagnon
Foelices nuper siluas, formosaque rura
Tempore quo vnanimi Pastorum voce canentum
Pan (**) *solus Deus est, Deus est, nemus omne sonabat*
Et Cithysi pecudes carpebant pabula, frondes
Ac densas inter captabant frigus & vmbras.
Non his auditur iam fistula montibus vlla,

Et

(*) Lutherus. (**) Christus:

Et vel cuncta tenent tribuli, lappaeque tenaces
Vel lapis obducit nudus vel pascua iuncus.
En ipse hic largis fons olim argenteus vndis
Collapsus, latices nullos sitientibus agnis
Pocula non aegris Pastoribus vlla ministrat.

Petasillus.

Hoc est Vanniole *hoc, quod dicere saepe solebat,*
Vallibus his teneros Hagnon *dum pasceret agnos:*
Errate irriguas, iam nunc errate per herbas
Dum licet o pecudes, pecudes mea maxima cura:
Non vobis (certum est) pastore Hagnone *cruentas*
Aut lupus insidias, vnquam meditabitur, ipsas
Aut insueta graueis tentabunt pabula foetas.
Hoc mihi dum calamos Pan *istos traderet ipse*
Promisit, magni non fallunt carmina Panis.

Vanniolus.

Quid? quae Leucoreis *cantabat montibus! o vos*
Cogite pastores pecudes, nigrescit ab Austro
Coelum, praecipitans iam iam ruet horrida grando,
Quam vereor late sata laeta, boumque labores
Ne fera tempestas sternat, ne pabula tota
Proterat, vt nullus his vltra possit in agris
Pascere vt ante greges, deductum dicere carmen.

Petasillus.

Ah vates nobis verus nimium extitit Hagnon
Optimus, extinctum quem vix sua turba sepulchro
Condiderat, tumuloque pias defleuerat vmbras:
Cum fulmenque Iouis *sonitumque imitantis Olympi*
Salmonei (*) *iussu, prope cui* tiberina *fluenta*
Mille greges errant rasa ceruice luporum
Instructo nostros descendit milite in agros
Heu Damon (**), Damon, *de quo nil tale timeres,*
Disiecitque ouium caulas, campisque fugauit
Pastores, liquidisque immisit fontibus apros.
Quin etiam monstrum (***) contraria numina Pani,
Horrenda facie monstrum, horrendo ore Chimaeram
Adducens, Mopsum (****), *quo non sapientior alter*
Fortior

(*) *Papa.* (**) *Caesar.* (***) *Interim.*
(****) *Elector.*



Fortior aut teneras ouium defendere caulas
Abstraxit loris, post tergum brachia vinctum.

Vanniolus.

Et fuerant aliqua tamen haec ratione ferenda
At cum Salmoneo *pastorum plurima turba*
Quod facit, atque occulte herbas & pinguia rura
Inficit, o quis non doleat? vitare Sichaei (*)
Pascua oues poterant, Tyriis *qui nuper ab oris*
Aduenients sparsit Campis aconita professus
Salmonei *seruum: sed amicti* Moeonis *alba*
Veste quis insidias caueat fraudesque Promethi?
Quid dicam sibi quod Coridon (**) *quoque* somnia *fingit*
VANA, *notis fagis quae incidit grandibus, ipsum*
Et secum affirmat per visum Hagnona *locutum*
Ingentes nugas magno conamine voluit?
Scilicet ac doctum tentat corrumpere Amyntam (***)
O Corydon, Corydon, *quae te dementia cepit?*
Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.
Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus,
Aut Ionas *curas vites, aut* attica *mella.*
Tu nimium quoque Amynta *paues, nec respicis illud*
Prouidus vt Pan *curet oues ouiumque Magistros,*
Quid tibi nunc caelo delapsus diceret Hagnon,
Quod pauidus stulto nimium credis Corydoni?
Somnia *quodque tua &* Corydonis *seria censes.*

Petasillus.

Rusticus est Corydon, *nec* somnia *curat ouile,*
Dulcia quod tantum cupide audit carmina Panis.
Haec quoque praedixit senior, dum forte saburno
Nam recolo, iuncis & lento vimine texit
Fiscellam; cerno pueri, cerno affore tempus,

Cum

(*) Sidonius.

(**) Existimat quidem Auctor S. R. der *Nachrichten von einer* hallischen *Biblioth.* Tom. II. p. 68. sub Corydonis nomine, hisce versibus traductum esse Caluinum; sed literae CAM. in margine adscriptae designare nobis videntur Camerarium, cuius rei caussam exposuimus in *Adparatu literario* Tom. II. p. 1227 sqq.

(***) Ph. sine dubio Philippus Melanchthon.

Cum quae paſtorum colit & nunc turba veretur
Hagnona, *bos agros multo & purgata labore*
Sentibus ac ſpinis paluri, deſeret arua,
Atque ſuas pecudes, in paſcua noxia ducet,
Tantum quo poſſit calamos, artemque canendi
Oſtentare rudes inter: tunc omne ſonabit
Verſu incompoſito arbuſtum, paſſimque fugabunt
Montibus & ſiluis paſtoria ſibila nymphas.

Vanniolus.

Herciniis *aliquot* Melibaeus (*) *vallibus agnos*
Paſcit adhuc, Mopſus *moriens, quos tradidit, ille*
Hagnonis *ſequitur conſtans veſtigia ſolus*
Pana*que concelebrat calamis & voce, ſed annis*
Eſt grauior, quem ſi rapient quoque triſtia fata
Quid tandem his terris credis Petaſille *futurum?*

Petaſillus.

Nil mens noſtra boni quidquam augurat, & mihi nuper
Neſcio quid Stimicon *quendam ceciniſſe* Menalcam
Rettulit, o iubeas diuum Pan *maxime, terris*
Quod procul a noſtris trans pontum ferre procellas.

Vanniolus.

Sic ſuperet longum, & Mopſi *per facta beati*
Pulcher eat Daphnis, Daphnis, *quem pectore toto*
Ardes, dic carmen nobis Petaſille Menalcae,
Si meminiſſe potes, quo tecum Pana *precemur.*

Petaſillus.

Et memini, & carmen non eſt ignobile, ſed iam
Cogere nos pabulis pecudes, numerumque referre
Admonet obliquo procedens veſper Olympo.
Cras ſimulac caelo noctis deceſſerit vmbra,
Huc aderis, veniet mecum formoſus Iolas
Tum melius tibi, & haec, atque his quoque plura canemus.



(*) Amsdorfius.



VI.

I. BAPTISTAE MANTVANI *Carmelitae, Theologi, Philosophi, Poetae & Oratoris clarissimi*, Opera omnia, in quatuor Tomos distincta, pluribus libris aucta, & restitura: quorum Index sequenti pagina continetur. Tomus primus. *Antuerpiae apud Ioannem Bellerum, ad insigne aquilae aureae* 1576. in 8. folior. 375. exceptis fol. 28. praemissis.

BAPTISTAE SPAGNOLI, siue HISPANIOLI MANTVANI nomen inter poetas, qui post restauratas, in Italia, literas, floruerunt, adeo clarum exstitit, vt singula opera eius poetica, seculo XV. exeunte, & initio XVI. seculi, saepe in Italia, Gallia, & Germania in lucem ederentur, quid? in vnum etiam corpus collecta aliquoties 'euulgarentur. Editionis *bononiensis apud* Benedictum Hectoris 1502. in fol. mentionem fecit Michael Maittaire in *Annal. typographicis* Tom. II. *Hag. Comit.* 1722. in 4. p. 159; *mediolanensis* 1506. in fol. *Catalogus Biblioth.* Danielis Salthenii. *Regiomonti* 1751 in 8. p. 163; *parisiensis*, quae *cum commentariis* Sebastiani Murrhonis, Sebastiani Brant, & Iodoci Badii ascensii 1513. III. Tom. in fol. Niceron in *Memoires pour servir à l'histoire des hommes illustres dans la republique des lettres* Tom. XXVII. p. 110. Io. Alb. Fabricius *in Biblioth. latin. med. & infim. aetat.* L. II. p. 453. aliique plures; *lugdunensis impress. solertia* Stephani de Basignana Gorgoni *Carmelitae Doctoris theologi, in officina* Bernardi Lescuyer, 1516. aliquot voluminibus in 8. Michael Maittaire l. cit. p. 290. Cum illae imperfectae essent, et, in officinis librariis paullatim euanescerent, nouam parauit Ioannes Bellerus, typographus antuerpiensis editionem, eiusque curam & directionem concessit Laurentio Cupaero, monacho montis Gerardi carmelitano, de quo vid. Io. Franc. Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. II. *Bruxell.* 1739. in 4. p. 806. Vix autem

tem haec editio prelum reliquerat, anno 1576. cum eiusdem anni auctumno, fatali vrbis antuerpiensis incendio, permagna exemplarium pars periret, quae caussa fuit, vt editionem *parisiensem* & *lugdunensem* raritate *antuerpiensis* superet, vid. Christiani Daumii *epistolae philologico-criticae, ad* Bosium, Gebhardum & Hankium, *Chemnicii* 1709. in 8. p. 143. Daniel. Franci *Disquisitio academica de Papistarum indicibus librorum prohibitorum, & expurgandorum, Lips.* 1684. in 4. p. 174. Io. Georg. Schelhornii Viri S. R. *Amoenitat. literar.* Tom. II. p. 396. Io. Vogtii *Catalog. libror. rar. Hamburg.* 1747. in 8. p. 437. Commentaria, quae nominauimus, virorum, quae in *parisiensi* editione occurrunt, heic omissa sunt. Primae parti praefixit Laurentius Cupaerus praefationem, ad Ioannem Rubeum Carmelitarum magistrum generalem, in qua BAPTISTAM MANTVANVM, a Paulli Iouii, & Lilii Gregorii Gyraldi criminationibus vindicare sustinuit. Is sane in elogio, quod in *elogiis doctorum virorum Basileae* 1571. in 8. p. 141 sqq. BAPTISTAE MANTVANO scripserat, eum ex *damnato coitu* natum, *eius poemata obeliscis non inanibus, a criticis misere confossa*, eiusque *effigiem, iuxta* Virgilii *simulachrum, pia, si non ridenda comparatione positam* esse dixerat: hic vero Dialogo I. *de poetis sui temporis*, in *Operibus* Tom. II. p. 388. edit. *basileens.* 1580. in fol. eum *poetam extemporalem magis quam maturum*, vocauerat, *qui e versibus, qui exstant paene innumerabilibus, apud vulgus & barbaros quosdam laudem tantam* sit *adeptus, vt vnus prope poeta, & alter paene* Maro *haberetur, cum tamen dispar admodum sit vtriusque ingenium.* Maro *vbique perfectus, hic vero immodica & paene temeraria vbique vsus sit licentia.* Omnes istas criminationes confutauit Cupaerus, & BAPTISTAM MANTVANVM e legitimo thoro prognatum, poetamque fuisse elegantissimum confirmauit. Quod autem Ioanni Rubeo inscripserit hanc editionem, duplicem esse caussam ait, *vna*, inquit, *quod studia nostra theologica, binis patentibus literis, prioribus quidem anno 1569.*

 Romae

Romae *in* Transpontino *per R. P. Magistrum* Ioannem Maierium, *inferioris* Alemaniae *Prouincialem nostrum, alteris anno 1575. in comitiis generalibus* Placentiae *celebratis, per eximium S. Theologiae Professorem M* P. Lupum *tuum vicarium ac commissarium per* Brabantiam, *ad me missis, bonore, fauore, ac doctorali promotione dignatus sis, quamquam hoc ego mentet gradu indignum, interim existimo: quare ad alteram huiusce dedicationis caussam progredior, quae est quod videam, te eruditissimorum nostri sacri ordinis virorum monumenta, quae situ interitura erant, a carie tam diligenter vindicare.* Thomam *enim* waldensem, *contra* Wiclephum *& eius sectae farraginem, quanta cura & ingenio nobis restituisti? Laudent igitur ceteri, quicunque volent, tuarum virtutum ornamenta, extollant pietatem in Deum, animique deuotionem, praedicent morum grauitatem, comitatem, frugalitatem, sobrietatem, pudicitiam, & alia sexcenta virtutum tuarum genera, ego diligentiam, qua ordinem tuum extollis, & affectum, erga doctorum nostri ordinis virorum libros, & monumenta, quos in dies expurgas, illustras, & posteritati relinquis, quin laudem, celebrem, depraedicemque nullo modo me contineo, vel mihi impero* &c. Scripta est dedicatio Antuerpiae *ad* Scaldim, *anno* CIↃ IↃ (IↃ) LXXVI. (1576) *stilo romano Kalendis April.* Subiungitur illi BAPTISTAE MANTVANI *Apologeticon ad* Fuscarium *&* Refrigerium, *in laudem poeseos, & poetarum, contra mastigophoros, & castigatores operum suorum.* Id autem *Parthenices* libris praemiserat. Addidit Ioannis Pici epistolam, ad BAPTISTAM, & huius ad illum responsionem; altera Florentiae *an. 1490. d. XVIIII. Sept.* altera eodem anno *Kalendis octobribus* scripta est. Reliqua BAPTISTAE MANTVANI opuscula poetica, quae hoc primo Tomo occurrunt, sunt:

I. *De calamitatibus temporum*, siue *de VII. peccatis capitalibus libri III. ad reuerendum in Christo patrem ac dominum* D. Oliuerium Carafam, *Episcopum* sabinens. *Episcopum & Cardinalem* neapolitanum, versibus epicis fol.

fol. 1-54. Ii feorfum fuerant *Bononiae* impreffi, *folerti animaduerfione* Francifci Cereti parmenfis, *impenfis* Benedicti Hectoris, *bibliopole* Platonisque *eiusdem impreffores ciuium* bononienfium *Cal. April. regnante* Ioanne Bentiuolo *fecundo* 1489. in 4 vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom I. p. 508. *Dauentriae* 1492. in 4. conf. Niceron *Memoires* Tom. XXVII. p. 112. *Parif.* cum aliis quibusdam eiusdem opufculis, *opera* Georgii Wolf *&* Ioannis de Cruczenach *die fexta Februar.* an. 1494. in 4. vid. Maittaire l. cit. p. 579. *Dauentriae* cum carmine *contra poetas impudice loquentes.* 1495. in 4. vid. Maittaire l. cit. p. 599. cum eodem carmine & *familiari expofitione, Parif* 1499. in 4. vid. Maittaire l. cit. p. 693. not. 2. *Parif. cum commentario* Iodoci Badii afcenfii, *opera* Thielmanni Keruer, *impenfis* Ioannis Parui, *&* Ioannis Confluentini *prid. Non. Sept.* 1499. in 4. vid. Maittaire l. c. p. 689. Eodem anno *Venetiis perpulchro charactere per* Iacobum de Leucho *noftrae iam impreffsoriae artis virum diligentiffimum d. X. Septembr.* in 4. vid. Maittaire l cit. p. 693. *Paris cum Commentario* Badii 1505. in 4. vid. Niceron *Memoires* l. cit. Aliae editiones in Bibliothecarum Catalogis paffim occurrunt. In collectione quam defcribimus *operum* MANTVANI *antuerpienfi*, Niceron l. cit. p. 111. primum occupare locum perhibet *Pfalmos VII. quos* Bononiae *edidit, dum ciuitas illa lue peftifera premeretur, anno 1482.* fed exemplar, quo vtimur, nihil tale exhibet.

II. *Adolefcentia in Aeglogas X. diuifa*, cum epiftola dedicatoria profaica, ad Paridem Caerefarium, & Iodoci Badii epiftola ad Laodislaum, &, Clementem, Ioannis Alexandri, *optimi* Andegauenfium *Bibliopolae ingenuos liberos*, ex editione *parifienfi* 1502. defumta. fol. 54b-96. Prima editio excufa fuit, *per* Vincentium Berthocum regienfem, Mantuae, *regnante* Francifco Gonzaga *IIII. Mant. March.* 1498. in 4. vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I p. 668. vbi & aliae editiones paffim memorantur. Conf. Niceron *Memoi-*

res l. cit. p. 112. Io. Henrici Leichii *Annal. typographiae* lipsiensis p. 91. 96. & 99. *Adparatus* noster *literarius* Tom. II. p. 947 sqq.

III. *Carmen* elegiacum *contra poetas impudice loquentes* fol. 97 - 99. Editum fuit *Romae d. XX. Octobris* 1487. in 4. vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* T. I. p. 484. Editionem *lipsiensem* sine anni & typographi nota in 4. euulgatam, memorat Io. Henric. Leichius in *Annal. typograph.* lipsiensis p. 105.

IIII. *Carminum & epigrammatum ad* Falconem *Protonotarium, cuius beneficio ex omnibus periculis est liberatus, liber vnus* fol. 100 - 118. Cum aliis MANTVANI carminibus teste Nicerono l. cit. p. 113. *Paris* 1506 in 4. euulgatus fuit.

V. *De contemnenda morte carmen* elegiacum, *sexcentis locis, ab auctore suo castigatum, in quo mentem suam adloquitur poeta*, fol. 118 b - 123. Editum esse sine anni indicio *Parisiis* in 4. adfirmat Niceron l. cit. p. 113. De editione *parisiensi* 1499. in 4. vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 693. not. 2. de *lipsiensi per* Iacobum Thanner 1504. in 4. Io. Henr. Leichii *Annales typograph.* lipsiens. p. 82.

VI. *Consolatio* epica *in morte* Collae Asculani, *ad* Ioann. Baptist. Refrigerium, 124 - 134.

VII. *In obitu* Petri Nebularii, *declamatoris eximii* (monachi carmelitani, e congregatione mantuana) *Threni*, versibus hexametris, 134 b - 139.

IIX. *De morte* Federici Spagnoli, *fratris sui, carmen* epicum, *ad* Ptolemaeum *fratrem*, 139 - 143.

VIIII. *De morte* Ioannis Soreti, Galli, *Carmelitarum Prioris generalis, carmen*, versibus hexametris compositum, 143 b - 147.

X. *Querimonia de morte* Alexandri Cortesii *ad* Hermolaum Barbarum, eodem carminis genere, 147 - 151.

XI. *Ad* Ioannem Sabadinum, Argenteum, *pro filii morte, paramythia* elegiaca, 151 b - 153.

XII. *Obiurgatio cum exhortatione, ad capienda arma contra infideles, ad Reges, & Principes christianos* carmine epico, 154 - 168.

XIII. *De Praesidentia Oratoris & poetae, ad* Io. Baptist. Refrigerium *carmen* hexametron, 168 b - 173.

XIIII. *Ad* Iacobum Carphorum, ferrariensem, *de suscepto theologico magisterio, carmen,* eodem versuum genere, 173 b - 175.

XV. *Ad* Sigismundum Gonzagam *Protonotarium elegia, contra amorem, & eiusdem de natura amoris, ad iuuenes, carmen elegiacum iuuenile,* 175 b - 178. Istae *elegiae* duae M. Arnoldi Wostenfeldes, *industria limatae* prodierunt *Lipsiae per* Wolfgang. Monacensem 1505. in 4. & *ibidem per Baccal.* Martinum herbipolensem 1511. in 4. vid. Io. Henr. Leichii *Annales typograph.* lipſ. p. 84 & 91. In Gallorum sermonem eas conuertit Franc. de Myozingen annecienſis Sabaudus, & edidit titulo: *Elegie de Fr.* BAPTISTE MANTVAN, *contre les folles & impudiques amours veneriennes. Ensemble un Chant juvenile du dit* MANTVAN *de la Nature d'Amour, Annecy* 1536. in 4. vid. Niceron l. cit. p. 115.

XVI. *De vita* B. Blasii, Cappadocis, *ad reuerendissimum* Puccium Laurentium, *Cardinalem Sanctorum quatuor, Libri II.* carmine epico, fol. 179 - 205.

XVII *. *De vita* Nicolai Tolentini, *ad* Ioannem tolentinatem, *Equitem auratum, libri III.* eodem carminis genere, 206 - 245. In lucem editi fuere *Mediolani* 1509 in 4. vid. Niceron *Memoires* l. cit. p. 115. In fine libri I. Merlinum britannicum, quem magicis artibus plurimum valuisse, nonnulli scriptores, perhibent, caelitibus adſcripsit:

vitae venerabilis olim
Vir fuit & vates venturi praescius aeui
Merlinius, *Laris infando de semine cretus,*
Hic satus infami coitu, pietate refulsit
Eximia, superum factus post funera consors.

XIIX *. *Commentariolus de bello* veneto, *anni M. D.* carmine hexametro, 246 - 271.

XVIIII *. *Exhortatio ad* Insubres, *&*, Ligures, versibus heximetris, dicata *viro amplissimo* Iafredo Carolo, *militi Vicecancellario, &* Delphinatus *praesidenti*, 271 b - 282.

XX *.

XX. *Agelariorum libri sex, ad* Gonsaluum Ferdinandum Agelarium, *ducem inuictissimum,* eodem carminis genere, 282 - 374.

XXI. *De Cupidine marmoreo dormiente, silaula epica, ad* Elisabellam Mantuae *marchionissam,* 374 b - 375.

I. BAPTISTAE MANTVANI *Carmelitae Theologi, Philosophi, Poetae & Oratoris clarissimi* Operum Tomus secundus. Cum indice librorum, qui hoc Tomo comprehenduntur. *Antuerpiae apud Ioannem Bellerum, sub insigni aquilae aureae 1576.* folior. 388. foliis 8. prioribus exceptis.

Laurentius Cupaerus in epistola dedicatoria, *ad* M. Ioannem Maierium, *per inferiorem* Germaniam, *Carmelitarum prouincialem* scripta Antuerpiae *ad* Scaldim *anno 1576. Kalendis Februar. Calculo romano,* id potissimum agit, ut demonstret, inter ethnicos scriptores, non facile quempiam inueniri, qui vtrumque genus orationis, liberae, & legibus metricis adstrictae, feliciter adtigerit: Christianos tamen, hac in parte, praestare ethnicis, qui & oratoriae, & versicatoriae dictionis iuxta doctos, felicesque scriptores, habeant Lactantium, L. Annaeam Senecam, & Seuerinum Boethium. Vnum autem L. Annaeum Senecam, tam *familiaribus epistolis prosaicis,* quam *tragoediis* clarum fuisse existimat, quamuis alii duos fuisse Senecas sibi persuadeant. Hosce autem omnes, post se reliquisse adfirmat BAPTISTAM MANTVANVM, quem multis, iisque egregiis elogiis ornat, & Theodorum Pulmannum, *virum tam in praecastigandis exemplaribus, quam in formis corrigendis, magno fuisse* huic *operi adiumento,* seque ipsum MANTVANI libros, in meliorem ordinem digessisse, pluribusque locis, partim e vetustis codicibus, partim ex ingenio diligenter restituisse innuit. Complectitur hoc volumen

I. *Parthenices primae, quae* Mariana *nuncupatur, libros III. ad* Ludouicum Fuscarium, *&* Io. Baptist. Refrigerium, *ciues* bononienses, cum epistola dedicatoria prosaica

prosaica, fol. 1 - 53. Duorum annorum lucubrationem, hoc poema, & ideo *Parthenices* nomine insignitum esse, ipse testatur MANTVANVS, eo quod Mariae virginis historiam contineat. Id autem conscripsit tempore, quo Coenobium Carmelitarum, dira inualerat pestilentia, iique non a colloquio tantum pellebantur, verum & a conspectu hominum, &, ab omni humano consortio longe prohibebantur. Absolutum a Mantuano fuit d. III. Februar. anno 1481. vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 429. not. †. vbi etiam editio occurrit, quam Pellegrino Antonio Orlandi in *Origine e progressi della Stampa, e Notizie delle Opere stampate da 1457. sino all 1500. Bologn.* 1722. in 4. *Bononiae* 1481. euulgatam fuisse scripsit. Editionis *bononiensis* 1487. in 4. mentionem fecit Henricus Wharton in *Adpendice, ad* Guil. Caue *Histor. literar. scriptor. ecclesiasticor.* p. 239. edit. *basileens.* 1745. in fol. Michael. Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. I. p. 492. qui etiam p. 496. memorat editionem, cuius in fine legitur: Bononiae *edit. III. Id. Febr. M. CCCC. LXXXI.* (1481) *impress. castigatissime cura* Caesari de Nappis, *impensa* Benedicti Hectoris, *librarii, opera* Platonis *diligentissimi impressoris* Bononiensium *M CCCC LXXXIIX.* (1488) *XVI. Kal. Nou.* in 4. De aliis editionibus vid. Niceron l. cit. p. 116 sqq. Mich. Maittaire in *Annal. typogr.* passim, Henr. Wharton l. cit. Io. Henric. Leichius in *Annal. typogr.* lipsiens. p. 89. & in *Supplemento* maittairiano p. 139. *Adparatus literarius* Tom. II. p. 946. Ex editione, in Germania facta, librum in collectione *antuerpiensi* fuisse repetitum, testari videtur Erasmi roterodami Epistola, ad Iacobum Wimphelingium, Basileae *postridie purificationis, anno XVII.* (1517) scripta, quae cum Ioannis Gallinarii *carmine* elegiaco *ad lectores, vt missis gentilium poetis,* BAPTISTAE MANTVANI *lectionibus christianis fructuosioribus intendant,* MANTVANI epistolae dedicatoriae subiecta est. Forte ad editionem *argentinensem per* Ioannem Knobloch *anno 1518. X. Cal. Febr.* in 4 euulgatam, exscriptus est.

II. *Ad diuam virginem, pro recipienda sospitate, post febrem acerrimam, votum* elegiacum, 54-55.

III. *Ad virginem* Mariam, *pro exstinguenda pestilentia, orationem* epicam, 55 b-57. Plerumque haec duo carmina, adpendicem constituunt *Parthenices primae.*

IIII. *Parthenices secundae, quae* Catharina *dicitur, libros III.* cum epistola dedicatoria *ad* Bernardum Bembum, *patricium* Venetum, *&* *Iureconsultum.* Sebastiani Murrhonis, colmariensis, vna quae praemittitur epistola, *ad* Ioannem de Dalberg, wormaciensem *episcopum*, scripta est, *ex* Colmaria *XX. Ianuarii, anno 1494.* fol. 57 b-100. Poeta descripsit vitam, et, martyrium S. Catharinae, cui nullam, post virginem, Dei matrem, sanctitatis opinione, praeferendam esse censet, carmine hexametro. Edita fuit *Parthenice secunda,* cum nonnullis aliis MANTVANI poematibus, *solenni animadversione* Francisci Cereti parmensis: *communibus impensis* Benedicti Hectoris *bibliopolae,* Platonis*que eiusdem impressoris accuratissimi, ciuium* bononiensium, *quinto Idus Februarias M. CCCC. LXXXVIIII.* (1489) in 4. Euulgata etiam fuit *Paris.* (per Ioannem Philippi) *in vico* S. Iacobi, *in signo* S. Barbarae 1494. in 4. vid. Mich. Maittaire Tom. I. *Annal. typogr.* p. 576. *Dauentriae* 1497. in 4. cum reliquarum *Parthenicων libris, Parisiis cum expositione* Ascensii 1499. in 4. vid. Mich. Maittaire l. cit. p. 693. not. 2. *Lipsiae per* Valentinum Schumannum 1515. in 4. vid. Io. Henr. Leichii *Annal. typogr.* lips. p. 96.

V. *Parthenices tertiae,* B. Margarethae *Agonem, ad illustriss.* Isabellam, Mantuae *Marchionissam,* 101-114. Praemittitur argumentum, a Iodoco Badio conscriptum.

VI. *Parthenices quartae,* S. Agathae *agonem,* cum eiusdem Badii argumento, 114 b-121.

VII. *Parthenices quintae* B. Luciae *agonem,* cum Badii argumento, 121 b—128.

IIX. *Parthenices sextae,* B. Apolloniae *agonem ad* Ptolemaeum *fratrem,* cum Iodoci Badii argumento, 128 b-141.

VIIII. *Parthenices septimae* B. Caeciliae *vitam & agonem,*

agonem, ad illustriss. Elisabellam, Mantuae *Marchionissam*, cum Badii argumento complectitur, 142 - 158.

X. *De vita & agone* B. Dionysii Areopagitae *libros III. ad* Iafredum Carolum, Mediolani *Vicecancellarium*, & Delphinatus *Praesidem*, carmine heroico, 159 - 200. Iafredus Caroli, opus, a MANTVANO sibi inscriptum, dicauit denuo Stephano Poucherio, parisiensi *Episcopo*, & Mediolani *Cancellario.*

XI. *De vita & agone* D. Georgii Martyris *libellum* heroico carmine conscriptum, *ad illustriss. virum & excellent. Militem* Iacobum Triuultium, *Marchionem* Vigleuani, & Franciae *magnum Mareschallum*. In fine epistolae dedicatoriae legitur P. Francisci Tantii Cornigeri, ad eumdem Triuultium *epigramma*, 201 - 219.

XII. *De vita* D. Ludouici Morbioli, bononiensis, *Carmen* elegiacum, *ad* Innocentium IIX. *Pontif. max.* 220 - 229.

XIII. *In laudem* Ioannis Baptistae, *pro natali eius, carmen* elegiacum, 229 b - 231.

XIIII. *In diuum* Albertum, *Carmelitam* siculum, *hymnum* sapphicum, 231 b - 233.

XV*. *Fastorum Libros XII.* ad imitationem ouidianorum fastorum, *de festis Christianorum diebus*, carmine hexametro conscriptos, 234 - 387. Praemittitur illis a) Henrici Angeli, Carmelitae, *ad studiosum lectorem praefatio*, ex editione *coloniensi*, quo nescimus anno, per Maternum Cholinum expressa. b) Iacobi Wimphelingii Sletstatini *epistola*, ad Matthiam Schurerium typographum, scripta *Calendis Maii, anno 1518.* qua illum hortatur, vt *Fastorum libros XII.* typis exscribat, seque missurum recipit exemplar, e bibliotheca nepotis, Iacobi Spiegelii, imperialis Secretarii, cum expressa BAPTISTAE MANTVANI effigie, vt in nouae editionis vestibulo, iucundum tanti viri, maturitatisque & modestiae suae praebeat spectaculum. *Sunt haud dubie,* ait, *vobiscum, qui eam nobilissimi vatis, et, theologi imaginem, pictura, &, caelatura aptissime reddere possint. Nam & ab annis quinquaginta, quibus vrbi vestrae* argentinensi, *affectus sum, memini in ea pictores*

prae-



praeclaros, sculptoresque excellentissimos floruisse. Se praeterea confidere scribit, Hieronymum Gebwilerum, Ioannem Sapidum, Geruasium Sopherum, caeterosque politiorum literarum professores, hosce *Fastorum libros*, suis discipulis esse interpretaturos, si noua eorum detur editio. c) BAPTISTAE MANTVANI, *ad* Iulium II. *Pontificem max. praecinium* hexametron, d) Eiusdem *e tragoedia, quae dicitur* Attila, *Chorus*, metro sapphico, e) Bernardi Matii, vercellensis, *carmen* elegiacum, f) Quintiani *carmen* elegiacum, g) BAPTISTAE MANTVANI *praefatio*, carmine epico, *ad* Leonem X. *Pontificem maximum.*

XVI*. BAPTISTAE MANTVANI *vitae epitomen ad posteritatem*, quam, cum paullo breuior sit, et MANTVANI poemata, non omnium versantur manibus, integram adscribimus:

O bona posteritas, quam post mea fata relinquo
Quae fuerit vitae perlege summa meae:
Istius accepi lucis primordia, Quintus
In solio Petri *cum* Nicolaus *erat.*
Nunc in puppe sedet, rector qui nonus ab illo est
Iulius, *& pacem doctus, & arma senex.*
A teneris colui musas, mihi semper ad artes
Ingenuas calcar cura paterna fuit.
Propterea manes eius reuerenter adoro,
Et precis assiduae sedulitate iuuo.
Relligio placuit iuueni, placuere cuculli
Vitaque claustrali semisepulta domo.
Cum patribus vixi, quibus ex genitrice Tonantis
Nomen, & Heliae *sub ditione fui.*
Me virtutis amor multas perduxit ad vrbes,
Et sophiae varios fecit habere duces.
Plurima perlegi, didici, docuique nec vllum
Dum licuit studii tempus inane fuit.
Multiuagam CHRISTO *feci seruire poësim,*
Et superis vires, ingeniumque dedi
Et mihi cura fuit nostros extollere ritus,
Ac semper veteres extenuare Deos.

Plurima

Plurima conscripsi, quae si ventura probabunt
Secula, durabit nomen in orbe meum.
Nolo tamen meriti precium pro talibus istud,
Maius amant animae, nobiliusque bonum.
Haec eat, aeternae modo sit mihi gloria vitae,
Humanae titulo nil mihi laudis opus.
Saepe magistratus, & publica munera gessi,
Vitaque perpetuo fracta labore fuit.
Sed quoties adii perplexa negotia, semper
Eximia iuuit me pietate Deus.
Per mare, per fluuios iui, per saxa, per Alpes,
Mortiferam pestem, bella, famemque tuli.
Sed superi casus mecum venere per omnes,
Et mihi se fidos exhibuere duces.
Sic precor vt vitam, quae me rexere per omnem,
Prospera sint fini Numina sancta meo.
Ad senium veni, stadium vitale cucurri,
Et fero iam dudum pro pugione rudem.
Liber ab hoc tandem mortali corpore vadam
Ad superos, vel quo me Deus ire volet.
Ipse mihi pater est, quocunque vocauerit, ibo:
Et mala non aegra singula mente feram.
Me tamen illius precor vt clementia blande
Suscipiat: sceleri nec sit acerba meo.
O populi pacem, qui me coluistis habete,
Et pro me accensis sacrificate focis.
Tu quoque Carmeli *montis longaeua propago*
Spiritui fac sis officiosa meo.
Crebra sacerdotes pro me libamina CHRISTO
Reddite, & ad veniam sollicitate Deum.

4. Repetita fuit ex editione *Fastorum argentinensi*, quae hoc prodiit titulo: F. BAPTISTAE MANTVANI *Fastorum libri XII. quibus praemittitur carmen ad* Iulium II. *Pontif. max. carmen ad* Leonem X. *P. M. vita auctoris a se ipso descripta, carmine elegiaco; item & alia quaepiam. Argentorati* 1518. in 4. vid. Niceron *Memoires* l. cit. p. 119.

I. BA-



I. BAPTISTAE MANTVANI *Carmelitae Theologi, Philosophi, Poetae & Oratoris clarissimi* Operum Tomus Tertius. Cum indice librorum, qui hoc Tomo habentur. *Antuerpiae apud Io. Bellerum sub insigni aquilae aureae 1576.* folior. 317. foliis 8. prioribus non numeratis.

Voluminis initium facit Laurentii Cupaeri epistola dedicatoria, *ad* Petrum Lupum *S. Theolog. Professorem, & Carmelitarum* machlinensium *Priorem vigilantissimum*, exarata Antuerpiae *anno 1576. in festo S.* Matthiae *Apostoli*. Succedunt I. Ioannis Iouiani Pontani *ad* BAPTISTAM MANTVANVM *epistola* Neapoli *Kalendis Iuniis* 1499. quam eo tempore scriptam existimamus, cum *Venet.* ann. 1499. *carmen panegyricum in* Robertum Sanseuerinatem MANTVANVS ederet. 2. Philippi Beroaldi *ad* Hieronymum *Carmelitam epistola*, quae collectioni *operum* quorumdam *poeticorum* MANTVANI, Bononiae, *a* Benedicto Hectoris, excusae, praemissa fuisse videtur. 3. Heliae Capreoli, brixiani, *ad* Ioannem Taberium, *epistola* Brixiae *IIII. Non. Decembr. 1498.* scripta. E prima *brixiensi* editione, libri *de patientia*, depromta videtur, quam e Michael. Maittaire *Annal. typographicis* Tom. I. p. 655. per Bernardinum de Misintis, papiensem 1497. in 4. excusam diximus in *Adparat. literar.* Tom. II. p. 955. Sed vel in Michael. Maittaire l. cit. error typographicus est, editioque *brixiensis* anno 1498. demum excusa fuit, vel heic typothetarum errore, annus 1498. pro 1497. excusus legitur. Ipsa MANTVANI poemata, in hoc volumen reiecta, hoc ordine disposita sunt.

I. Alphonsus, siue *pro rege* Hispaniae, *de victoria ad* Granatam, *a* Saracenis *reportata Libri VI.* carmine heroico, fol. 1-98. Occurrunt L. III. fol. 44 b. tres versus, quibus Ioannam Papissam, in inferno, poenas luere cecinit, quique a fabulae patronis, veluti testimonium omni exceptione maius proferri solent.

Hic pendebat adhuc sexum mentita virilem

Foemina,

Foemina, cui triplici phrygiam diademate mitram
Extollebat apex, & pontificalis adulter.

Conf. *Merkwürdige Historie der Päbstin* Iohanna *aus des Herrn von* Spanheim, *Professoris der Academie zu* Leyden, *lateinischen Dissertation von dem Herrn* l'Enfant *gezogen, vnd von demselben nebst verschiedenen Anmerkungen des Herrn* des Vignoles *in franzœsischer Sprache herausgegeben; nunmehro aber wegen ihrer Vortrefflichkeit aus dem Franzœsischen ins Teutsche übersetzt. Frfurt. vnd Leipz.* 1737. in 8. P. II. Cap. V. p. 154.

II. *Trophaei* Francisci Gonzagae *Libri V.* carmine heroico, *ad* eumdem Franciscum Gonzagam Turcum, Mantuae *Marchionem, quartum, pro* Gallorum *ex* Italia *expulsione scripti, & directi*, 99-187. Iodocus Badius in praemisso argumento Raphaelis Maffei, volaterrani, &, Marci Antonii Sabellici, testimoniis confirmauit, multa in hoc poemate a MANTVANO, magnificentius quam verius, de Venetorum victoria iactata fuisse, dubiumque esse, &, incertum, an Galli aut Veneti exstiterint victores. Satis enim constare, ait, duplo maiorem numerum, ex italico exercitu, in acie tarrensi, quam gallico cecidisse, sed rem venetam eo superiorem fuisse, quod impedimentis Gallo ademtis, hostis, qua Venetus voluit, ire coactus sit, non qua iturus putaretur.

III. *Carmen de fortuna* Francisci Gonzagae *Marchionis* Mantuae, 187-193. Compositum fuit a MANTVANO carmen, cum Franciscus Gonzaga, pro Gallis, conuerso studio pugnaret, & cum quibusdam copiis eorum, noctu, in patauinum agrum, ad Caesaris castra contenderet, apud insulam vero Scaligeram, veronensis agri pagum, Graecorum equitum multitudine circumuentus, in potestatem Lucii Malvezzi deueniret, qui illum diu, Venetiis in custodia seruauit, donec Iulii pontificis beneficio, missoque Friderico filio, Romam, fidei obside, liberaretur. Exstat editio *bononiensis per* Io. Antonium Platonidem de Benedictis 1509. in 4. vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 202.

IIII. *In*

IIII. *In* Robertum Sanseuerinatem *carmen panegyricum* epicum, *ad clarissimum equitem dominum* Ludovicum Gonzalem, Hispanum, *diui* Iacobi Galleci *commendatarium*, 193 b - 208.

V. *Ad magnificum Comitem* Andream Bentiuolum *sexdecimuirum*, *somnium* romanum, hexametris compositum, 208 b - 220. Ob argumenti cognationem, *panegyrici in* Robertum Sanseuerinatem, editionibus additum conspicitur. Vtrumque poema, *cum variis epigrammatibus*, *et*, *gratiarum actione erga* Falconem, *qui auctorem*, *ex variis periculis liberauerat*, prodiit *Dauentriae* 1496. in 4. vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 629. de editione *veneta* 1499. in 4. Tom. I. p. 693. not. 2. de *dauentriensi* 1500. Tom. I. p. 727.

VI. *Panegyricus in* Brixiam *ciuitatem* Galliae *dictus*, 221 - 233.

VII. *Villa* Ioannis Refrigerii, 233 - 238. Vtrumque carmen genere epico conscriptum est.

IIX. *Quercus* iulia, *ad reuerendum* D. Galeottum Franciotum, S. Petri *ad vincula Cardinalem*, 238 b - 242. Quercum insigne gentilitium Sixti IIII. & Iulii, hexametris celebrat.

VIIII. *Siluarum libri IIII. aucti*, *&*, *restituti*, 242 b - 317.

I. BAPTISTAE MANTVANI, *Carmelitae*, *Theologi*, *Philosophi*, *Poetae & Oratoris clarissimi*, Operum Tomus quartus, soluta oratione conscriptus. Cum indice librorum, qui hoc Tomo comprehenduntur. *Antuerpiae apud Ioannem Bellerum*, *sub insigni Aquilae aureae* 1576. pp. 304. & folior. 232. si folia 8. priora, fuerint excepta.

Dicauit hoc volumen Laurentius Cupaerus, Stephano Gilbadio, *Confessario sanctimonialium* cortenberganarum. *Theologiae Licentiato*, *anno* 1576. *ad Kalendas Martias.* Epistolae dedicatoriae addidit, *in laudem* MANTVANI *carmen* elegiacum. Sequuntur

I. BA-

I*. BAPTISTAE MANTVANI *ad* Ptolemaeum Gonzagam, *virum magnificum, equitemque auratum, contra detractores, seu de vitiis linguae dialogus,* inter Bartholomaeum Brunatium, &, Alexandrum, BAPTISTAE MANTVANI fratrem, praeclaros iureconsultos, &, cathedralis ecclesiae mantuanae canonicos, pag. 1-57.

II*. Eiusdem, *ad* Ptolemaeum, *fratrem, contra calumniatores, epistola,* p. 57-88.

III*. Ptolemaei Hispanioli, BAPTISTAE *fratris, contra detractores suorum operum apologia,* p. 88-169. Praemittitur Marii Aequicoli, *ad* Ioannem Iacobum Bardellum *epistola,* Cymacli *IIII. Id. Nouembr. 1508.* scripta, qua eum rogat, vt Ptolemaeo, consilium, de defendendo fratre suo susceptum, dissuadeat, sibique permittat, eiusmodi, contra obtrectatores fratris, apologiam conscribere.

IIII*. *De Licentiis antiquorum poetarum,* Ptolemaei Hispanioli *corollarium,* p. 161-197.

V*. BAPTISTAE MANTVANI *contra nouam opinionem, de loco conceptionis* CHRISTI *tractatus, ad* Sigismundum Gonzagam, *Episcopum* mantuanum, R. *Ecclesiae* Marchiae anconitanae *legatum,* p. 198-215. Impugnat sententiam Petri lucensis, canonici regularis, qui in ecclesia cathedrali mantuana, pro concione dixerat, cuidam mulieri, sanctitatis eximiae, diuinitus fuisse reuelatum, CHRISTVM non in *vtero,* loco communi humanae procreationis, sed *iuxta cor, in pectore,* fuisse conceptum, fotum, & alitum, & huic opinioni, satis adstipulari, honestatem rei, videlicet enim longe honestius, tantum hospitem, nostrae salutis gratia, ad nos diuertentem, quodam peculiari hospitio recipi, quam ad commune xenodochium mitti. Hanc sententiam absurdam, impugnat MANTVANVS, &, seruatorem nostrum sanctissimum, in virginis vtero, vt cum aliis fieri solet hominibus, conceptum fuisse, demonstrat.

VI*. Eiusdem, *Redemtoris mundi matris ecclesiae lauretanae, historia, ad* Hieronymum Ruerum, S. Chrysogoni *Cardinalem, &, Episcopum* recanatensem. In

 epistola



epiſtola dedicatoria, quam Laurentius Cupaerus volumini praefixit, de hac hiſtoria ſcribit: *Ex vetuſto admodum libro, manuſcripto, quem Canonicorum regularium, monaſterii* Corſendoncani *digniſſimus dominus Prior* Iacobus Vervliet, *e ſua bibliotheca mihi dedit commodato, deſcriptam a me virginis matris apud* Lauretum *cultae hiſtoriolam, a* MANTVANO *noſtro compoſitam, hactenus arte impreſſoria, nunquam, ni fallor, euulgatam, calcographiae mandaui, &, Tomo huic adiunxi.* Sed erraſſe Cupaerum, in propatulo eſt. Nam Niceron in *Memoires* l. cit. p. 122 ſqq. adfirmat, exſtare editionem, quae *in aedibus* aſcenſianis anno 1514. ad editionem, in Italia euulgatam, exſcripta fuerit in 8.

VII*. BAPTISTAE MANTVANI *ad* Hieronymum mediolanenſem *Carmelitam, de cauſſa diuerſitatis, inter interpretes ſacrae Scripturae epiſtola*, p. 226-231.

IIX*. Eiusdem, *contra eos, qui detrahunt, ordini Carmelitarum, ad* Sigismundum Gonzagam, *R. E. Cardinalem, eiusdem ordinis protectorem, Apologia*, p. 232-243.

VIIII*. IOANNIS TRITHEMII, *Abbatis* ſpanhemenſis, *de laudibus ordinis Carmelitarum, liber I. & de viris illuſtribus, eiusdem ordinis liber II.* p. 244-295. De variis libri editionibus vid. Niceron *Memoires* Tom. XXXIIX. p. 223 ſqq. quibus addi poterit editio, hoc titulo inſignita: *De ortu, &, progreſſu, ac viris illuſtribus, Ordinis de monte* Carmelo, *Tractatus* IO. TRITHEMII, Auberti Miraei, *&* Ioannis de Carthagena; *Accedit Catalogus illuſtrium ſcriptorum, eiusdem ordinis, cum aliis quibusdam opuſculis, Colon. Agrippin. ſumtibus Iodoci Calckouen* 1683. in 8. Ex quo vero tempore, Martialis a S. Ioanne Baptiſta, *Bibliothecam ſcriptorum vtriusque Congregationis, &, ſexus Carmelitarum, Burdigalae* 1730. in 4. edidit, IOANNIS TRITHEMII, Petri Lucii, Auberti Miraei, Ioannis Mariae Penſa, Ioannis de Carthagena, Danielis a virgine Maria, *Bibliothecis*, &, *Catalogis virorum illuſtrium, ordinis carmelitici* ſuperſedere poſſumus.

X*. *Vocum, ac rerum, controuerſae poſitionis, tam in epiſtola* BAPTISTAE MANTVANI *contra calumniatores,*

tores, *quam in* Ptolemaei Hispanioli *Apologia contra detrectatores operum* BAPT. MANTVANI, *& eiusdem corollario*, *de licentiis antiquorum poetarum index*, p. 296 - 304.

XI. BAPTISTAE MANTVANI, *de patientia Libri III.* fol. 1 - 17. de quibus data opera disseruimus in *Adparatu literario* Tom. II. p. 953 sqq.

XII. *De vita beata dialogus*, inter Hadrianum, &, Gigonem, *ad* Petrum Spagnolum, *patrem suum dilectissimum*, *&*, *obseruandissimum*, fol. 178 - 211. In sermonem gallicum conuersus fuit, &, editus, titulo, haud satis adcurato: *Eclogue de* BAPTISTE MANTOUAN *de la vie bienbeureuse*, *Paris* 1521. in 8. vid. Niceron l. cit. p. 124.

XIII*. AVGVSTINI DATHI, senensis, *de vita beata libellus*, fol. 211 b - 229. Plerumque hic libellus, MANTVANI, *de vita beata*, editionibus, additus conspicitur. Niceron l. cit. p. 123. se vidisse adfirmat editionem *parisiensem apud Antonium Bonnemere*, in 8. sine anni indicio euulgatam, quae vtrumque libellum complectebatur. *Opera* AVGVSTINI DATHI *omnia*, in vnum volumen collecta, edita fuere, ab eius nepote, Hieronymo Nicolao, *Senis* 1503. in fol. & recusa *Venetiis* 1516. in fol. Recensio vid. in Henrici Wharton *Adpendice ad* Guilielmi Caue *Histor. literar. scriptor. eccles.* p. 182. Conf. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 76. Antonii Posseuini *Adparatus sacer* Tom. I. p. 144. &, Nicolai Dathi, filii, *elogium eloquentiae*, *&*, *patris* AVGVSTINI, quod *operibus* patris praemissum est, Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca latina med. & infim. aetat.* L. I. p. 197. &, qui prae ceteris legi merentur, Ioannis Nicolai Bandiera *de* AVGVSTINO DATO *Libri II. Romae*, *typis Ioan. Zempel* 1733. in 4. Niceron *Memoires* Tom. XL. p. 24 sqq.

Praeter haec *opuscula*, in editione *antuerpiensi Operum* BAPTISTAE MANTVANI, nihil amplius inuenitur, quamuis teste Io. Alberto Fabricio, in *Biblioth. latin. med. & infim. aetat.* L. II. p. 453. alia passim inveniantur opuscula a MANTVANO composita. Ea,

quae asteriscô notauimus, in editione *parisiensi* desiderantur. Id autem silentio praeterire haud possumus, editionem *antuerpiensem* multis typothetarum vitiis deformatam esse. Etiamsi enim prolixus errorum catalogus, in fine voluminis IIII. additus est, multo tamen plures, in opere ipso, in omni fere pagina occurrunt. Praeter auctores, qui *Bibliothecas*, &, *catalogos virorum illustrium, ordinis carmelitici* congesserunt, ii, de BAPTISTA MANTVANO, euolui poterunt scriptores, quos Tom. I. *Adparat. literar.* p. 955. nominauimus.

VII.

HELII EOBANI HESSI *Poetae excellentiss.* & amicorum ipsius, epistolarum familiarium Libri XII. Quibus non modo vita illius sed & aliarum rerum descriptiones pulcherr. scituque digniss. continentur. *Marburgi, Hessorum Christianus Egenolphus excudebat MDXLV.* (1545) in fol. 3 Alph. pl. 10.

Hanc HELII EOBANI HESSI, *epistolarum* collectionem, in bibliothecis instructissimis vix inueniri monet Io. Vogtius, in *Catalog. libror. rar.* p. 340. nobis etiam omnia excellentissimi illius ingenii monimenta libris rarioribus merito adnumeranda esse videntur. Librum ipsum, vt nonnihil describamus, quos in fronte eius, praefixos versiculos legimus, huc adiicere visum est:

HESSI *poetae siquis effigiem cupit,*
Veraeque vitae cernere aliquam imaginem,
Has illius licet legas epistolas,
Quietis & secretiorum interpretes.
Nam nullius ita faciem Apelles *pinxerit,*
Aut ora speculum obuersa sic certo refert,
Vt certa mentis est imago oratio.

Editionem curasse videtur Ioannes Draconites, qui eam Ioanni Rudelio, lubecensis *ciuitatis oratori*, versibus iambicis

iambicis dicauit. Dedicationem excipit *epicedion* EOBANO, a Iacobo Mycillo ſcriptum, quo perelegans de vita eius narratio continetur; ſubiectum eſt aliud illius *epitaphium*, a Iano Cornario auctore compoſitum, quod heic adſcribimus:

Soles occidere atque redire, referre Catullum
Nouimus, aſt homines non ea ſors remanet,
Noſtraque vbi occidimus, tenebris immerſa profundis,
Perpetua ſomnus corpora nocte grauat.
Hoc falſum eſſe ſcias: Namque HELIVS *iſte poeta*
HESSVS, *habens patrii nomina clara ſoli,*
Occidit & rediit, viuit victurus in aeuum
Scriptorum ingenii nobilitate ſui.
Viuit ad aethereos transgreſſus lucidus orbes
Depoſito heic ſaltem corporis exuuio,
Quod quoque in occurſum CHRISTO *veniente reſumet.*
Corpora iam quis adhuc noſtra redire negat?

Epiſtolae quidem ipſae, nec a ſtili elegantia, nec rerum momentis, ſunt commendandae, ea tamen in illis, quae ad poetae vitam faciant, inuenire licet, quae a Ioachimo Camerario in *vita* eius, aut plane praeterita, aut leui tantum, quod aiunt, brachio tacta fuere. Eo referri meretur, ſumma eius, atque, perpetua paupertas, quam natiuis coloribus depictam inuenias; ſemper querulum audias, libro autem octauo, ac, nono, vix quidquam, niſi de pecuniae inopia, lamentationem inuenias. Ita epiſtola XX. libri Octaui, ſuam Homeri *verſionem*, ſe venalem exponere velle ſcribit, illud addens: *quoniam eo ingenia noſtra adiguntur indignitatis, vt vigilias noſtras, hoc eſt, non tam libros, quam liberos vendere, prae inopia cogamur, & nondum pudet eius rei noſtros principes.* Eamdem repetit cantilenam, libro eodem, epiſtola XXX. vbi, ab amico ſuo, Ferrario, quatuor florenos, tempore reddendos petit, atque, ita finit: *vale e noſtro muſeo* homerico, *hoc eſt paene mendico, ſed tamen poetico.* Et libro nono, epiſtola II. ita ſcribit: *Nunc in hanc neceſſitatem coniectus ſum, ex qua nec commode ſatis, nec honeſte me, vt adparet, extrico.* & paucis interiectis: *famae ſtudens, vix famem, a me,*

 meisque

meisque depello, & debeo: & vocor tantum non ad iudicem. Haec ille scripsit, quum Marburgi, a Philippo Hassiae Principe euocatus, viueret, cuius tamen liberalitatem laudat L. VI. ep. XII. eo, quod CL. floreni, quotannis sibi pendendi promissi essent, aliaque variae vitae commoda sibi praeberentur, eo denique descendit, vt relictos a se Thuringos *crassos, & stupidissimos ventres*, toto animo se gaudere adfirmat, eiusdem quoque Libri epistola XIIII. & XVII. sacerdotale beneficium, decanatum vocant, sibi, a principe suo, concessum esse glorietur. In eadem etiam egestate, antea, quam in patriam venisset, Erfordiae vixerat. Ea enim coactus primum ad iurisprudentiam, deinde, cum rem ea sibi parare non posset satis amplam, ad medicae artis studium, animum, teste Ioachimo Camerario, in *vita* eius, atque ex epistola Hessi XXXVIIII. Libri IIII. & aliis nonnullis epistolis intelligimus. Adeo autem in medendi scientia profecit, vt iam Doctoris insignia sibi sumenda esse crediderit, in eoque negotio perficiendo, vt pecunia se adiuuaret, rogat Sturtiadem L. V. Ep. III. Eodem denique paupertatis morbo laborauit, cum Noribergae viueret. Petit enim ab illo Sturtiade L. VI. ep. III. vt sibi inde Erfordiam redeunti, pecuniis opem ferat, vt sine contumelia Noribergam relinquere posset. In hac quoque vrbe se satis liberaliter rebus omnibus fuisse tractatum ipse testatur, L. II. ep. II. cum mercedem diligentiae suae, quam in erudienda iuuentute ibidem nauasset, tulit CL. aureorum, & Camerarium eodem meruisse stipendio docet L. VIIII. ep. V. Sed haec de querimonia, quam EOBANVS de paupertate, in reliquis epistolis passim iactat, dicta sufficiant. Potationibus EOBANVM, cum iuuenis esset, indulsisse, ipse Camerarius in *vita* illius commemorat. Quod vero virili aetate, eodem vitio laborauerit, ex nonnullis epistolis, praecipue vero ex ea, quae in L. VIIII. XXIIX. est, adparet. Epistola VIIII. L. I. sui ingenii damno, scholae praefecturam sese gessisse scribit. *Negari*, inquit ille, *certe non potest, quin tristis austeritas, & personata seueritudo, quam ludimagister*

prae

prae se ferre cogitur, plurimum alacritatis & viroris decerpat, & quasi sic impediat cursum stili, vt haerere & torpere videatur. De poetis italis, quid senserit, more suo L. III. ep. V. ingenue exponit. Laudat Italorum sobrietatem, simulatque diligentiam, &, *poetas* eos habere *aut nullos, aut excellentes* ait, eosque magni a se fieri, & in his praesertim Sanazarium, Pontanum, ac, Vidam scribit. Nunc demum ea, quae EOBANVS, in his litteris, de iis quidem scriptis suis, quae vel in his *Operum farraginibus*, de quibus mox dicemus, non occurrunt, vel a saepe laudato, Ioachimo Camerario, non memorantur, dixerat, referemus. Et libri quidem VI. Ep. II. de libello quodam, cui titulum *de simplicium natura* fecisset, ita ad Sturtiadem scribit: *Quod hortaris, vt libellum nostrum, de simplicium naturis, denuo edam, parebo adhortationi tuae.* L. vero VIIII. ep. VII. de *notis* suis *in* Virgilium ita: *Eram missurus etiam — — — adnotationes meas in* Virgilium, *nisi nondum fuissent redditi, a perfidis nostris vectoribus.* Item in *oratione*, quae in fine libri VIIII. collocata, Lipsiaeque in *praelectione Syluarum* suarum, est recitata ab EOBANO, confectam a se fuisse ait Prussiae τοπογραφίαν ποιητικὴν, eique adiunctum *carmen, ad amicum* quemdam, *contra venerei amoris impotentiam dehortatiuum.* Homeri *versionem*, per poetam nostrum concinnatam, iam laudauit Camerarius, qui etiam *Fastorum christianorum* opus, adfectum praedicat, de quo & ipse HESSVS, epistola vltima L. IIX. ad Philippum Melanchthonem data, scribit, petens ab eo, simulque a Luthero, &, Iusto Iona, vt, quod viri essent Deo gratissimi, pro se vota facerent, ne sibi, supremi numinis adiutorium, in hoc labore perficiendo deesset. Caeterum in hoc volumine occurrunt, & HELII EOBANI poetici labores plurimi, & aliorum nonnulli, cum libro VIIII. primum locum Philippi Melanchthonis versibus conscripta epistola, tenet. Iam reliquum est, vt ea, quae libris XI. & XII. contineantur, declaremus. Ii quidem, aliorum tantum doctorum virorum comprehendunt epistolia, maximam partem, ad nostrum

scripta, in quibus tres Erasmi roterodami, ad eum epistolae inueniuntur, e quibus satis patet, quanti Erasmus, illius aestimauerit ingenium. Etenim Ouidii christiani titulo eum ornare, hisque verbis compellare, haud dubitauit ille sui temporis eruditorum Princeps: *Iam arbitrabar*, inquit, *mihi cognitam* Germaniam; *&, quidquid esset insignium ingeniorum peruestigatum, adamabam ingenium* Beati Rhenani, *exosculabar indolem* Philippi Melanchthonis, *suspiciebam* Capnionis *maiestatem: capiebar* Hutteni *deliciis, & ecce derepente* HESVS *quod antebac in singulis vel amabam, vel mirabar, vnus in vniuersum exhibuit*, lib. cit. Ep. VI. Et IIX. ep. ad EOBANVM, idem ille sese excusat, quod eum, cum Basileam ad se venisset, nonnihil frigide acceperit, in caussa fuisse ait, tum adfectam valetudinem suam, cum Germanorum ad se accedentium, simulque literas sibi committi petentium copiam; de eadem re scribit, & Draconi, epistola hoc libro, VII. vbi totus in HELII laudibus occupatur. Ex eadem quoque tum e quarta h. l. ad Mutianum directa, perspicimus, EOBANVM ab Erasmo, aliquando dissensisse, vbi inter alia haec habet: *Ego ob dogmatum varietatem nulli amicitiam renunciaui, praesertim iis, quos mihi singularis eruditio conciliauit, in quibus te, vel in primis numero, cui cetera*. In eodem libro conspiciuntur Ioachimi Camerarii epistolae V. & Martini Lutheri II. omnes ad EOBANVM perscriptae. Denique huius XI. & sequentis libri literarum auctores, sunt varii, in quibus Iusti Ionae nomen saepissime occurrit.

IIX.

Operum HELII EOBANI HESSI farragines duae, nuper ab eodem, qua fieri potuit diligentia, recognitae, & correctae, quibus etiam non parum multa accesserunt, nunc primum & nata & edita. Accessit vnicuique farragini suus etiam index explicans quid in singulis libris contineatur, & ad quos potissi-

potissimum Auctor scribat. *Hallae Suevorum Anno MDXXXIX* (1539) in 8.

In prima horum *operum farragine*, primo quidem adparent,

I. *Bucolicorum Idyllia XVII.* cum dedicatione *ad clarissimum virum* D. Ioannem Ficinum de Lichtenauia. *Primi* autem εἰδυλλίου argumentum, iter complectitur, quod ex patria sua, EOBANVS admodum iuuenis, Erfordiam susceperat, adiuncto sibi comite Ludovico Christiano Francobergense, suo quondam praeceptore; illi Melisaei, sibi autem Camilli nomen imposuit. *Octauum* εἰδύλλιον *ad doctissimum virum* Mutianum Rufum, *beatae tranquillitatis encomion* inscribitur. Secessit enim Mutianus, vt melius studiis literarum vacare posset, relicta hassiaca aula, in Thuringiam, aedibusque suis, quas Gothae habuit, symbolum imposuit *Beata Tranquillitas*: atque aliud: *Bonis omnia pateant.* Post *Idyllion XII.* haec leguntur: *Finem hic habent ea, quae prima editio continebat, quae ex vndecim eclogis, in duodecim idyllia digesta sunt.* Haec sequuntur quinque noua εἰδύλλια, quibus EOBANVS sequentes versus praefixit:

Hactenus agresti iuuenili carmine plectro
Pinximus, & syluas quae decuisse queant.
Quae quaecunque leges, nec passim lecta probabis,
Aetati veniam, quam decet esse, sine:
Rustica nam primum, quo tempore carmina lusi,
Vix ierant vitae bis duo lustra meae:
Quae nunc bis adiecta vides, ea serior aetas
Protulit, octauae proxima Olympiadi.
Quae nisi commendant tibi se satis ipsa, putato
Talia quaeue premas carmina, quaeue legas.
At tu, qui iuuenem nostri studiose probabas,
Spero equidem melius posse probare virum.
Quodsi temporibus non hoc satis assequor istis,
Fiat posteritas aequior ipsa mibi.

Noribergae *MDXXVII.* (1527) *Mense Augusto.* Singulorum carminum heic argumenta adponemus, propterea, quod seria sunt omnia. *Primum Idyllion*

 est

est *Encomion* Philippi, Hessorum *Principis*; *secundum ad* Philippum Melanchthonem, *de contemtu studiorum* agit; *Tertium Euritus* inscribitur, *ex Cyclope* Theocriti factum, *ad* Georgium Sturtiaden, *medicum* erfurtensem. *Quartum vrbis* norimbergensis *laudes* praedicat. *Quinto* denique titulus *de collapso scholae & reipublicae statu*, praefigitur. *Bucolica* excipiunt

II. *Heroidum epistolarum libri III.* D. Paullo *Baroni* a Schwarzenberg, herbipolensis, *&*, bambergensis *ecclesiae Canonico* dedicati. Illarum vltima, titulum: *ecclesiae adflictae epistola ad* Lutherum prae se fert, atque, in illa, quae *Parisiis* 1546. in 12. prodiit, editione omissa fuit, vid. Niceron *Memoires* Tom. XXI. p. 310. *Analecta* nostra *literaria de libris rarioribus* p. 306. Primam editionem memorat Niceron l. cit. quae *Lipsiae per Melchiorem Lottherum* 1514. in 4. edita fuit, vid. Io. Henr. Leichius in *Annal. typogr.* lipsiens. p. 95. qui etiam p. 93. editionem *lipsiensem* duobus annis antiquiorem, 1512. in 4. protulit. *Heroidum christianarum epistolis* subnectuntur

III. *Clarorum aliquot virorum memoriae scripta epicedia XII.* in quibus illud, quod in Huttenum scriptum est, legi omnino meretur, in quo mors, &, Huttenus ipse, loquentes inducuntur. Item & illa *epicedia*, quorum alterum, in Desiderii Erasmi roterodami mortem exarauit, alterum in obitum Ioannis Reuchlini, EOBANVS composuit, pereleganter scripta sunt. *Epicediis* subiunguntur

IIII. *Siluarum libri VIIII.* quorum primus, qui Sarmaticus, *ad Principem* Ioannem Dantiscum, *Episcopum* culmensem, illa poemata complectitur, quae is, cum in Polonia ageret, composuerat; omissum tamen illud est, quod tempore nuptiarum Sigismundi I. Poloniarum Regis conscriptum, & titulo: *Encomion nuptiale diuo* Sigismundo *Regi* Poloniae *scriptum, anno christiani calculi M. D. XII.* (1512) *Magistri* EOBANI HESSI *diligentia*, Cracouiae impressum fuit a Ioanne Haller, *regnante inclyto* Sigismundo *Rege* Poloniae *P. P. Pridie Kalendas Martias Anni M. D. XII.* in 4. foliorum 6. Descri-

Descriptum est in Ioannis Daniel. Janozki *Nachricht von denen in der hochgrafl.* Zaluskischen *Bibliothek sich befindenden raren* polnischen *Büchern* P. IIII. *Breslau* 1753. in 8. form. maior. p. 129 sqq. Caussa, cur illud *encomion nuptiale, farraginibus* istis insertum non sit, illa fortassis esse videtur, quod ipsimet EOBANO, minus probatum fuit, vt ex praefatione, quae eidem praefixa est, perspicere licet.

In *farragine* posteriore, primum locum tenet

I. *Vrbis* Norimbergae *descriptio*, eaque peradcurata, vtpote quae, omnia illa, quae in hac vrbe memoratu digna sunt, carmine eleganter depingit. Seorsum illam euulgatam esse *Norimbergae* 1532. in 4. testem habemus Niceronum in *Memoires* Tom. XXI. p. 312.

II. Locum occupat *de victoria* wirtenbergensi, *ad illustrem & inclytum Heroa* Philippum Hessorum *Principem acclamatio gratulatoria*, quae cum imaginibus Philippi, &, EOBANI *Erphurdiae* 1534. in 4. edita fuit. vid. Niceron l. cit. p. 312. Reliqua omnia, sequenti ordine sese excipiunt

III. Coluthi Lycopolitae Thebani, *de raptu* Helenes, *& indicio* Paridis *poema, latino carmine redditum.*

IIII. Homericae *aliquot icones insigniores, latinis versibus redditae.*

V. *Bonae valetudinis conseruandae rationes aliquot, ad* Georgium Sturtiaden.

VI. *Medicinae laus, ex* Erasmo roterodamo *versibus reddita, ad* Martinum Hunum, cui adiungitur

VII. *Chorus illustrium Medicorum, in Museo* Sturtiadae *pictus*, & *chorus Musarum*, quo continentur singulae imagines, & paucis versibus comprehensae inscriptiones. Omnia quae numero V. VI. & VII. adtulimus, edita fuere *Paris. apud Simon. Colinaeum* 1533. in 8. cum aliis, aliorum auctorum, opusculis, vid. Michaelis Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 783. Alias editiones recenset Niceron l. cit. p. 312.

IIX. *Elegiae tres*, I. *de schola* norica, II. *in auspicio scholae compositum carmen*, III. *in inuidum, quo intentatae calumniae respondet.*

VIIII.



VIIII. *Elegiae* quaedam, *pro assertione* lutherani *dogmatis*.

I. In Martinum Lutherum. α) *de eius in vrbem* Erfordiam *ingressu elegiae duae*, β) *de concione* Lutheri, *ad populum* erfurdiensem, γ) *ad* Martinum Erfordia *abeuntem*.

II. *Ad* Iustum Ionam, *theologum, cum* Martino *redeuntem, a Caesare.*

III. *Ad* Huldericum Huttenum, *vt* Lutheri *caussam adserat.*

IIII. *In* Hieronymum Emserum, Lutheromastiga, *inuectiua* EOBANI HESSI, & tandem

V. *Ad auctores ludi* Wittenbergae *in* Caprum (Emserum) *editi*. Sex istae *elegiae*, iam anno 1520. ab EOBANO editae fuerant. Recusae

fuerunt istae *Operum farragines duae Francofurti* 1564. in 8. vid. Niceron *Memoires* l. cit. p. 314. Notae ad Ioachimi Camerarii *Narrationem de* HELIO EOBANO HESSO, *Lips.* 1696. in 8. p. 82. Io. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 391. qui insignem *farraginum* raritatem testatur. Conf. Io. Daniel Janozki l. cit. p. 129. Auctores, qui res ad HELIVM EOBANVM HESSVM pertinentes exposuerunt, nominauimus in *Analectis literariis* l. cit. quibus accenseri poterunt Iosias Simlerus in *Bibliotheca* p. 270 sqq. Melchior Adamus in *vitis* germanor. *philosophor. Francof.* 1706. in fol. p. 49 sqq. Lilius Gregor. Gyraldus in dialog. II. *de poetis sui temporis* in *Operib.* Tom. II. p. 408. Olaus Borrichius in *dissertat. academic. de poetis latinis, Francof.* 1683. in 4. Dissertat. IIII. p. 129. Adrien Baillet in *Jugemens des Savans sur les principaux Ouvrages des Auteurs* T. IIII. *Amsterd.* 1725. in 12. P. I p. 165 sqq. Biantes, siue, qui sub hoc fictitio nomine latet Ioan. Daniel Griel, in *vitis eruditorum & illustrium* erfurdensium, *Erfurd.* 1722. in 8. p. 78 sqq. Iustus Christoph. Motschmann in Erfordia *literata* Collect. IIII. *Erf.* 1731. in 8. p. 493. in not. & 497. Conf. eiusdem Erfordia *literata continuata*, Continuat. V. Sect. II. p. 611 sqq. Carmina a celeberrimis Germaniae poetis, in HELII

EOBANI HESSI laudem conſcripta, collegit Aegidius Periander in Germania, *Francof. ad Moen.* 1567. in 8. p. 311 ſeqq.

VIIII.

Libellus nouus Epiſtolas & alia quaedam monumenta Doctorum ſuperioris & huius aetatis complectens. Quae ſcripta omnia eiuſmodi ſunt, vt eorum cognitio, neque vtilitate caritura & voluptatem legentibus allatura eſſe videatur. Editus ſtudio IOACHIMI CAMERARII *Pabeperg. Lipſiae Iohannes Rhamba exprimebat An. Chriſti M.D.LXVIII.* (1568) *Cum priuilegio Quinquennii.* in 8. folior. 167.

Inueniuntur inter viros doctos, qui hanc epiſtolarum collectiunculam, oppido raram, *epiſtolarum* IOACHIMI CAMERARII, ſed haud ſatis adcurate, *Tomum primum* adpellant. Sic enim Georg. Daniel. Morhofius, in libello *de ratione conſcribendarum epiſtolarum Hannouer.* 1716. in 8. p. 26. ſcribit: IOACHIMI CAMERARII, *viri doctiſſimi epiſtolae eleganter ſunt ſcriptae, ac paullo altius ſurgunt, quam* Melanchthonis, *proſtant illae tribus tomis in 8. quorum primus ab ipſo viuo anno 1568. alter 1583.* Francofurti, *ſex epiſtolarum libros continens, tertius denique quinque libros complexus, ibidem 1595. a filiis fuit editus.* Maxima epiſtolarum pars, quae in illa collectione inueniuntur, ab aliis viris, eo tempore, quo viuebat CAMERARIVS, doctiſſimis, eiuſque amicis, &, ſodalibus conſcripta eſt, inter quas eobanicae principem locum obtinent. *Cum nuper,* inquit CAMERARIVS, in epiſtola dedicatoria, ad Reinartum Schenck, Praefectum illuſtriſſ. munitioni ziegenhanenſi in Haſſia, *forte epiſtolae quaedam* eobanicae, *ad me, & alios ſcriptae, incidiſſent in manus meas, quae hactenus inter ſane confuſas cartas meas delituerant. In his relegendis, &, reminiſcendo vitae illius, aliarum rerum ſecurae, inque ſolo quaſi commercio Muſarum verſantis, &, ipſae tum perfundi voluptate, &,*

credere



credere alios quoque libenter eas esse lecturos. Itaque exprimendo curaui edendas, vna cum quibusdam aliorum Chunradi Mutiani *inprimis, viri dignitate, virtute, &, doctrina praestantis. — Communicauit autem* mutianica, *&, versuum* Eobani *scripta mecum, ante aliquot annos, dignitate, &, doctrina clariss.* V. D. Bruno Seidelius, *cuius etiam epistolam, de hoc ipso, ante ea, exprimi statuimus. — Addidi & aliorum epistolas, inque his doctrinae eruditione superioris, altero quouis, vel certe non inferioris* Adriani Turnebi, *cum quo superioribus annis paucis amisimus maximam spem, quasi culturae accuratioris optimarum disciplinarum, &, artium. Adieci & meas quasdam, vt libellus minus esset exilis, quarum forte exempla asseruata iam reperissem.* Ex Helii Eobani Hessi epistolis, septem ad IOACHIM. CAMERARIVM, quatuor ad Euricium Cordum, vna ad Georgium Hopellum, vna ad Lazarum Spenglerum, &, vna ad Daniel. Stibarum scripta est. Occurrit inter illas, epistola iocosa, nisi fallimur, ad CAMERARIVM, scripta, qui, in epistola dedicatoria, eiusmodi scribendi generi, apologiam scripsit. Reliqui viri, quorum epistolae heic leguntur, sunt Petrus Mosellanus, Valentinus Capella, Antonius Niger, qui & Nigrinus, atque, interdum Melas vocatur, Andreas Camicianus, Conradus Mutianus, Georg. Sturciades Opercus, Euricius Cordus, Iacobus Mycillus, Bruno Seidelius, Aldus Manucius, Adrianus Turnebus, Matthaeus Irenaevs, Iacob. Bordingus, Adamus T. Ioannes Stigelius, Matthaeus Collinus, Petrus Lotichius secundus, Sigismund. Gelenius, Franciscus Dryander, Franciscus vinariensis Vicecancellarius, Petrus Suauenius, Wolfgang. Schopperus, Vilhelmus Megala, Georg. Sabinus, Cornel. Sithardus, M. Garbicius, illyricus, Iacob. Ziegletus, Conrad. Gesnerus, Ludouicus Brassicanus, Adam Carolus, Ioan. Riuius, G. S. Seldius, Daniel Stibarus, Ioannes Stramburger, Vitus Theodorus, quorum epistolae, maxima ex parte, ad CAMERARIVM scriptae sunt. Sed inueniuntur etiam quaedam, ad alios exaratae. Graecae sunt, quas Turnebus scripsit. Varia istis *epistolis*

immista

immiſta ſunt *carmina*, ab Eobano Heſſo, Conrado Mutiano, Io. Stigelio aliisque compoſita, inter quae etiam epiſtola occurrit elegiaca, a Georgio brandenburgenſi, ad IOACHIMVM perſcripta. Epiſtolae IOACHIMI CAMERARII, ſi recte ponimus calculum, numero ſunt quinquaginta, quibus nonnulla carmina graeca, &, latina inſperſa ſunt. Omnis autem collectio ita comparata eſt, vt non ſolum multa in illa inueniantur, quae, ad hiſtoriam iſtorum temporum literariam illuſtrandam, omnino faciunt. Sed ex literis quibuſdam, inprimis, Eobani Heſſi, Euricii Cordi, IOACHIMI CAMERARII, &, aliorum, qui *ſodalitio* ſic dicto *muſico*, adſcripti fuerunt, ſatis dilucide ádparet, iſtos ſodales, genio nonnunquam indulſiſſe, &, tempus, a gravioribus ſtudiis vacuum, inter riſus, iocos, quid? inter pocula tranſegiſſe. Epiſtolae dedicatoriae, adpoſita ſunt inſignia camerariana, quae tres cornices referunt, his adpoſitis verbis: CAMERMAISTER ZV B. Illis ſubſcriptum eſt hoc epigramma:

Τοῦτο τριγωνωδῶν πατέρων ἀπόσημα κορωνῶν
    Τῶν ΚΑΜΕΡΑΡΙΑΔΩ͂Ν ἐστι παβεργτέων.
Ὃν μὲν ἄγαν περίφημον ἑοῖς γνωστὼν δὲ πολίταις
    Εἰς ἀριθμηθείσας τρεῖς τρὶς ἐτῶν γενεάς.
Ἵλαος σὺ δὲ Χρίστ᾽ ἐπὶ λειπὰ τιθεὶς ὅσα γ᾽ ἔσαι,
    Αἰὲν ἔχοις πιστὸν τόν δε δόμον πελάττην.

Cornicum triquetrae ſunt baec inſignia formae,
    Eſt CAMERARIADVM *quae nota priſca domus.*
Hic vbi adbuc Pabeperga *ſuis ſtat nixa ruinis*
    Caeſareasque aegre, quaſſa tuetur opes.
Non turpis nota, non opibus quamquam inclita. nouit
    Annis ſed centum ter prope quam patria.
At tu CHRISTE *voles quodcunque adiungere tempus,*
    Quaeſo clientelae ſeruiat omne tuae.

Collectionis mentionem, praeter alios, fecit Niceron in *Memoires* Tom. XVIIII. p. 111. &, Georgius Summerus in *Catalogo librorum* IOACHIMI CAMERARII ad ann. 1568.

X. M. TE-

X.

M. TERENTII VARRONIS Pars Librorum quattuor & viginti de Lingua Latina. Ex Bibliotheca ANTONII AVGVSTINI. *Romae apud Vincentium Luchinum M. D.LVII.* (1557.) in 8. pp. 211. si praemissa, &, indices folior. 84. exceperis.

Haec editio, vt libri, quos ANTONIVS AVGVSTINVS curauit, omnes, prae caeteris rarior est. Exemplar, quo vtimur, in bibliotheca, olim, Marquardi Gudii fuit, qui librum, quibusdam suis emendationibus, in margine, passim illustrauit. Typographus, qui librum typis suis exscripsit, vt verba in fine conspicua testantur, fuit Antonius Bladius, *impressor Cameralis*. ANTONIVS AVGVSTINVS, librum, sine omni praefatione, in publicum prodire iussit. Initium faciunt Ciceronis, Augustini, Quintiliani, &, Lactantii, quibus VARRONEM ornauerunt, *elogia*. Illis breuis subiecta est tractatio, *de ordine, &, ratione librorum de lingua latina, &, quo tempore scripti sint.* Quae sequuntur pp. 15. ANTONII AVGVSTINI sunt, &, ad loca dubia, spectant, quae ex antiquis codicibus, &, praecipue Achillis Mafei, libro, quo diligenter vsus est, heic lucem accipiunt. Praeter istas *castigationes*, etiam in libri margine, alia cruce, alia dimidio circuli addito, notantur, e quibus illa, e libris varie scriptis, haec ex doctorum virorum coniecturis desumta sunt. Pag. libri I. exhibentur doctorum virorum nomina, qui huic libro emendando, operam impenderunt. Illi sunt Pomponius Laetus, Angelus Tifernas, Franc. Rolandellus, Aldus Manucius, Michael Bentinus, Angelus Colotius, Octavius Pantagathus, Petrus Victorius, ANTONIVS AVGVSTINVS, Gabriel Faernus. Pag. 2-4. catalogus occurrit, erratorum typographicorum, quibus liber valde deformatus fuit. *Indices* libro adiecti, complectuntur 1. *Scriptorum, &, librorum nomina, quae a* VARRONE *referuntur.* 2. *Deorum, atque, hominum nomina.* 3. *Sacerdotum, &, magistratuum, & eorum ministrorum*

nistrorum nomina. 4. *Animalium nomina.* 5. *Arborum, herbarum, &, fructuum nomina.* 6. *Loca vrbis* Romae. 7. *Populorum, gentium, locorum, aquarum nomina.* 8. *Dierum, ludorum, &, sacrorum nomina.* 9. *Graeca verba.* 10. *Latina verba, ac, sententias.* Adrianus Turnebus L. XXIII. *Aduersariorum* Cap. XVII. col. 784 sqq. edit. *argentoratens.* 1599. in fol. ANTONIVM AVGVSTINVM, virum, & eruditissimum, & optime de literis elegantioribus meritum, VARRONIS vero vindicem, adsertorem, patronumque vnicum habendum, imo vero eius potius Aesculapium habendum esse adfirmat. Conf. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 100. Niceron *Memoires* Tom. VIIII. p. 67 sqq. *Emendationes* eius, editioni postea additae fuerunt, quae hoc prodiit titulo: M. TERENTII VARRONIS *Opera quae supersunt. In Lib. de Ling. Lat. Coniectanea* Iosephi Scaligeri. *In Lib. de Re Rust. Notae eiusdem. Alia in eundem scriptorem, trium aliorum* Turn. Vict. August. *Editio tertia, recognita & aucta. Anno M. D. LXXXI.* (1581) *ex officina Stephan.* in 8. Recensio vid. in *Thesauro bibliothecali* Tom. IIII. p. 189 seqq. Exstant etiam, vt alias iam editiones taceamus, in editione *dordrechtana* 1619. in 8. &, *amstelodamensi* 1623. in 8. quibus, nullam, hactenus locupletiorem VARRONIS editionem, vidisse lucem, scribit Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. latin.* Tom. I. L. I. Cap. 7. p. 79.

XI.

M. TERENTII VARRONIS Pars librorum quattuor & viginti de lingua latina. M. VERTRANIVS MAVRVS recensuit. Additis indicibus fidissimis & amplissimis. *Lugduni apud haeredes Seb. Gryphii* 1563. Cum priuilegio Regis.

MARCI VERTRANII MAVRI Libellus de vita VARRONIS. Deque notis ad eius libros de lingua latina. *Lugduni apud Haeredes Seb. Gryphii* 1563.



Cum Priuilegio Regis. in 8. pp. 330. exceptis indicibus pp. 94.

Nitida, &, admodum rara editio, aliquot locis auctior est *romana.* Primo loco occurrit Caroli VIIII. Regis Galliae priuilegium, Francisco Miralleto, &, Antonio Gryphio, ab anno 1561. ad decem annos concessum. Secunda libri pars, quae p. 173. inchoatur, *vitam* VARRONIS, & *notas* ad eius *libros, de lingua latina* complectitur, quibus in fine, editor, M. VERTRANIVS MAVRVS, Iureconsultus Galliae doctissimus, hanc addidit clausulam: MARCVS VERTRANIVS MAVRVS *scripsi, tibique* B. Cauleti *dicaui, quo neque mihi gratiorem, neque meo iudicio, qui philologiam studiosius amplectatur, religiosiusue colat, nostra quemquam* Prouincia (Prouence) *tulit. Quae lecturis, si modo fuerint, qui dignantur ista cognoscere, index amoris in te mei clausula, & peracti operis esto.* Animo quidem constitutum habuerat MAVRVS, hunc librum, Blasii Cauleti nomine inscribere, sed dum liber excudebatur, amicum, praematura mors rapuerat, quae caussa fuit, quam ob rem, communi vtriusque amico, Andreae Penae V. C. Senatori, illum dicaret, Aquis sextiis *Idib. Octobr.* 1561. VARRONEM, ad codices mss. florentinos, &, romanos, se contulisse, cum Italiam peragraret, testatur MAVRVS in epistola, ad Penam dedicatoria. *Notae* eius *eruditae* dicuntur, a Io. Alb. Fabricio, in *Biblioth. latin.* Tom. I. L. I. Cap. 7. p. 79. *Indices* iidem sunt, qui in editione *romana.*

Conf. de MARCO VERTRANIO MAVRO, Iosiae Simleri *Bibliotheca* p. 475.

XII.

M. TERENTII VARRONIS Operum quae Exstant, Noua Editio. Edente & recensente AVSONIO POPMA, *Frisio.* Eiusdem AVSONII in eadem notae, & Coniectanea. *Ex officina Plantiniana, apud Christophorum Raphelengium, Academiae Lugduno-*

duno-Bat. Typographum CIↃDC.I. (1601) in 8. pp. 733. non numeratis praemiſſis folior. 8.

Editionis raritatem teſtatur *Catalogus Bibliotb.* Daniel. Salthenii p. 473. ſed nitorem, a quo illa ibidem commendatur, inuenire non potuimus, cum omnia, officinae plantinianae decrementa produnt. Epiſtolam praemiſit AVSONIVS A POPMA, ad fratres Sixtum, &, Titum, IIII. Kal. Aug. anno 1600. ſcriptam. Illam excipit *vita* VARRONIS, ab AVSONIO POPMA conſcripta, cui ſubiiciuntur Ciceronis, Senecae, Dionyſii halicarnaſſenſis, Plutarchi, Quintiliani, A. Gellii, Solini, Arnobii, Tertulliani, Lactantii, Auguſtini, &, Sidonii Apollinaris *iudicia*, &, *teſtimonia*. Poſt *libros de lingua latina*, occurrunt *fragmenta, e variis libris* VARRONIS *deperditis*, quibus ſuccedunt *libri de re ruſtica*, &, *fragmenta* VARRONIS, *non indicato eius opere, a variis auctoribus* adlata. Eorum in calce, poſita ſunt, 1. *Teſtimonia autorum, ex quibus* M. VARRONIS *fragmenta collecta ſunt.* 2. *Scriptorum, qui a* VARRONE *citantur, nomina.* 3. *Antiquae voces apud* VARRONEM, & 4. *erratorum typographicorum catalogus.* In *Bibliotheca*, quae ſequitur varroniana, AVSONIVS POPMA, de ſcriptis differit VARRONIS, partim editis, partim deperditis. Libro finem faciunt, AVSONII POPMAE *in libros* VARRONIS, *&, fragmenta, notae, &, coniectanea*, quibus, hominibus criticis, non omni ex parte ſatisfecit, cum paſſim alienis inuentis, auctore diſſimulato, pro ſuis vſus eſt, cuius rei luculenta indicia protulit Ioan. Matth. Geſnerus V. Cel. in praefatione, ad *ſcriptores rei ruſticae, Lipſiae* 1735. II. Tom. in 4. editos, Tom. I. p. VI ſqq. *Notas* in primis in librum *de re ruſtica*, ſurripuiſſe dicitur Ioſepho Scaligero, a quo, anno aetatis XXV. confectae fuiſſe perhibentur. vid. Scaligerana *prima Amſterd.* 1695. in 8. p. 19. Sibi igitur Scaliger temperare non potuit, quo minus Geneuae exclamaret: POPMA *a pauvrement fait ſur* VARRON. *O les pauvres jugemens, que les deux* POPMA. *Ce qu' ils ont fait eſt pitoyable. Celui qui a fait ſur le* VARRON Salluſte (*in* Salluſtii

 Catilinam



Catilinam *&* Iugurtham, *emendationes* edidit Cyprianus Popma, AVSONII frater, *Francof.* 1607. in 8.) *stercora collegit*, vid. Scaligerana *altera Hag.* 1668. in 8. p. 191. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 90. Cel. Gesneri praefatio l. cit. Cum praeter ea, in *Catalogo Biblioth* falthen l. cit. editio, quam descripsimus, *adcurata*, *&* *egregia* dicitur, omnia alia docet Cel. Gesnerus, l. cit. p. VII. vbi ait: *de* POPMAE *notis illud adhuc dicendum, mirifice corruperunt eas librarii, & minime ex dignitate* plantinianae *officinae ediderunt. In mediis vocibus, vt hoc vtar, est interpunctum, toti versus geminati, & alia id genus flagitia* &c.

Vitam AVSONII A POPMA, aloſtani Frisii, grammatici, & Iureconsulti, e nobili POPMARVM familia, quae raro exemplo, vno tempore, quatuor fratres, Sixtum, Titum, Cyprianum, & AVSONIVM, ingenii, & doctrinae laude florentes protulit, oriundi, dara, quod aiunt, opera descripsit Daniel Richterus, in *programmate, de vita, &, scriptis* AVSONII A POPMA, *Annaberg.* 1746. in 4. Conf. Io. Franc. Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. I. p. 114. qui M. TERENTII VARRONIS *fragmenta, adiecto coniectaneorum* AVSONII POPMAE *libro, Franekerae typis Radaei* 1590. euulgata esse prodiit. Editionem duobus annis antiquiorem, hoc titulo insignitam: M. TERENTII VARRONIS *fragmenta satyrarum menippaearum, logistoricorum,* περίπλου φιλοσοφίας, *libr. II.* Promethei *Libr. II. de philosophia liber vnus, recensente* AVSONIO POPMA, Frisio, *Eiusdem* AVSONII, *in eadem coniectanea, Franekerae, apud Aegidium Radaeum* 1589. in 8. prolatam inuenimus in Nicolai Bassaei *Collectione omnium in vnum Corpus librorum, qui in nundinis* francofurtenfibus, *ab anno 1564. ad annum vsque 1592. venales expositi fuere, Francof.* 1592. in 4. P. I. p. 514.



XIII. In

XIII.

In hoc codice continentur: instituta artium PROBI que catholica: COR. que (Corneliique) FRONTONIS de nominum verborumque differentiis: & PHOCAE grammatici de flatili nota atque de aspiratione libellus aureolus: Ab A. IANO PARRHASIO nuper inuenta: ac nunc primum edita *C. V. M. Priuilegio ne cui idem liceat in tota ditione Veneta per quinquennium*

I. Antonius Caesarius ad Lectorem

Qui cupis Ausoniae normas cognoscere linguae:
Hoc lege frugiferum candide lector opus
Nam cito tranquillum intrabit tua cymbula portum
Nec mirum quum sint haec proba scripta PROBI.

Eiusdem

Grammaticae quaecunque PROBVS praecepta reliquit
Aetatis vitio delituere diu
Ausoniae postquam IANVS custodia linguae
Prouidit: volitant docta per ora virum.
Debemus tibi IANE: magis PROBVS ipse fatetur
Se debere tibi: quo duce morte caret.

in fol. folior. 40. non numeratis 4. foliis prioribus.

In fine editionis, nisi fallimur, omnium primae, &, oppido rarae, literis romanis excusae, talia legimus verba: *Expliciunt instituta artium, & Catholica:* PROBI CORNELIIque FRONTONIS *De nominum verborumque differentiis unicus & aureus libellus. Itemque* PHOCAE *grammatici de aspiratione praeceptio nondum publicata.* Veicetiae *XII. Februarii. M.D.IX.* (1509) *per* Henricum *&* Ioannem Mariam *eius F. Librarios. Cum priuilegio.* Hisce verbis typographi insigne adpositum est. Euulgauit illam, cum epistola, ad Senatum Veicentinum IANVS PARRHASIVS, e qua haec,

 quae

quae ad libri historiam faciunt, excerpsimus. *Quanta apud antiquos* VALERII PROBI *fuerit auctoritas,* A. Gellius *in Noctibus* atticis Aeliusque Donatus *indicat & Seruius* honoratus *ac* (*siquid inter hos habet loci*) Priscianus: *qui testimoniis eius vt oraculis vtuntur: Is inter alia monumenta frugiferi sui laboris: Instituta artium reliquit & Catholica: quae rationem totius emendati sermonis amplectuntur. Ea sexcentis & amplius abhinc annis in altissimo puluere iacuerunt incognita: donec a situ* Georgius *primum* Merula *vindicauit in vsum tantummodo suum. Mox eo defuncto: quidam proprii iuris exemplaria fecerant. Indignumque videbatur ambitioni paucorum seruire, quae latinae linguae diligentissimus indagator: in hominum lucubrarat vtilitatem. Quare nos iisdem: quibus ante* Merula: *vestigiis ad interceptae praedae cubile deducti libros aetate iam putres exscripsimus: Incredile* (Incredibile) *quanto labore propter obsoletas veterum literarum notas: & iam temporis iniuria vanescentium. Sed ne quod in aliis accusamus imitari videar haec edere constitui:* PROBI *manibus ingratum fore non ratus: si (cui scripta sunt) ingenua studiosaque iuuentus inde proficiat: inprimisque vestra: quam mihi (qui maximus honor est) instituendam tradidistis annuis ex aerario ducentis: quanti (praeter me) nemini — Philosophiae Medicinae eloquentiaeque & grammaticae professores: a vobis ad hanc diem conducti: vel in patriam neglecto reditu apud vos in summis rerum omnium commodis: ocioque tranquillissimo consenuerunt: vel exacto docendi munere: domum grauissimis ornati decretis: & donis aucti redierunt. In iis vt nomen etiam ponatur meum pro virili parte contendam — Haec opera* PROBI — *vestro nomine publicaui: paullo post emissurus & alia: vigiliarumque nostrarum maturos fructus: si vobis haec intellexero placuisse:* Veicetiae *VIII. Eid. Febr.* Epistolam sequitur *verborum index.* Helias Putschius, in Corpore *Grammaticorum latinor.* hosce VALERII PROBI libros, e codice Iacobi Bongarsii restitutos, exhibuit, col. 1386 sqq.

COR-

CORNELII FRONTONIS *de nominum verborumque differentiis libellus*, inchoatur fol. XXXIIII. Praemisit illi IANVS PARRHASIVS, epistolam, ad Ludovicum Michaelem, Patricium Venetum. *Cum tuo nomine*, inquit, *futurus esses mihi valde carus: vt animi corporisque dotibus adulescens ornatissimus: ac frater vxoris Equ. & poetae comitisque clarissimi* Hieronymi Nogarolae: *cuius eleganti iucundaque consuetudine non parum delector: accessit etiam commendatio minime vulgaris auunculorum tuorum* Francisci Donati *Praetoris huius inclytae ciuitatis integerrimi: quem propter eximias eius virtutes in obeundis legationibus exteri quoque suspiciunt: ego autem non secus ac aliquod augustum numen obseruo: velut auctorem publicae securitatis: vnde maiorem fructum quam ceteri percipiunt mansuetiorum musarum professores: eiusque patruelis* Hieronymi Donati *sanctitate morum: dicendi copia: ac omnium disciplinarum cognitione aetatis nostrae facile principis: vt qui pene solus vtriusque linguae sapientiam cum summa nobilitate coniunxerit. Itaque dum mecum cogitarem quo pacto posses euadere dignus eorum necessitudine, qui tanto opere de te laborant: inprimisque* Petro *parente tuo: optimo Senatore atque in omni vitae colore tersissimo: venit in mentem* COR. FRONTONIS *opusculum de nominum verborumque differentiis ad te mittere.* PHOCAE*que grammatici breuissimam quidem: sed auream de statili nota praeceptionem: quae cum* PROBI *commentariis e postliminio mortis in lucem reuocauimus. vt inde proprietatem latini sermonis haurias & nitorem: quae mirifico studio consectaris. Ea si tibi grata fuisse cognouero: non patiar vt hoc in genere studium meum desideres. Adhibebis ad haec* Aloysium Donatum Francisci F. *hilaris & ameni ingenii puerum. Nam paullo post ipse te suo munusculo; quod adhuc apud me sub incude est: impartiet. Vale & nos ama.* Veicetiae. *VIII. Eid. Febr.* Subiecit epistolae epigramma:

I. Antonius Caesarius *ad Lectorem.*

Quaesieras fortasse diu discrimina vocum.
Nec fueras voti compos amice tui.

Perlege nunc igitur FRONTONIS *opuſcula: quae te*
Multa quidem mira ſub breuitate docent.

Antonium Luſcum, iuniorem, veicetinum, operi recognoſcendo impendiſſe operam, patet ex eius epiſtolio, *ad Lectorem*, quod fol. XXX IX b. legitur: *Cum mihi* PARRHASIVS *iniunxiſſet officium recognoſcendi quas impreſſorum negligentia mendas iis effudit operibus: offendi quaedam quae tumultuarium lectorem remorari potuiſſent: ea ſubiicienda curauimus: ipſe tibi ſine criminis nota: tuum codicem caſtigato. quando nemo tam lynceus iuuentus vnquam ſit: quin eius acumen aliqua non effugerint: vtque facilius hoc impetremus, adiecimus indicem rerum cognitu dignarum. Vale.*

Conf. de VALERIO PROBO, CORNELIO FRONTONE, & PHOCA, Io. Alb. Fabricii *Biblioth. latina* L. IIII. Cap. VII. p. 785. 787. & 792. De MARCO CORNELIO FRONTONE legi etiam poteſt Henrici Cannegieteri *Diſſertatio, de aetate & ſtilo* Flauii Auiani, quae exſtat in *fabularum* Fl. Auiani, *Amſtelod.* 1731. in 8. calce, Cap. XII. p. 275 ſqq. De FRONTONE etiam *programma* ſcripſit Fridericus Gotthilf Freitag, pater, ſcholae prouincialis portenſis Rector, *Numburgi* 1732. in fol. Conf. P. Baile *Dictionaire*, Tom. II. p. 1221 ſqq.

IANI PARRHASII, qui patrio nomine IOANNES PAVLLVS PARISIVS adpellabatur, & Demetrii Chalcondylis gener fuit, elogium ſcripſit Paullus Iouius, in *elogiis doctorum virorum, Baſileae* 1571. in 8. p. 270 ſqq. Res vero ad illum pertinentes, omnium optime expoſuit P. Baile, in *Dictionaire* Tom. III. p. 2180. Conf. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 328. Nicol. Toppi *Biblioteca* napoletana, *Napoli* 1678. in fol. p. 112. Leonardo Nicodemo *Addizioni alla Biblioteca* napoletana *del* Toppi, *Napoli* 1683. in fol. p. 87 ſqq. Pierii Valeriani *de Literatorum infelicitate* L. I. p. 25 ſqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. p. 423 ſqq. Ioan. Matth. Toſcanus in *Peplo* Italiae, qui ſubiungitur Io. Alberti Fabricii *Conſpectui Theſauri literarii*

Italiae,

Italiae, *Hamburg*. 1730. in 8. p. 453. eum ſequenti ornauit epigrammate:

Ille ſui IANVS *ſaecli* Varro, *Ille veternum*
Torpentem excuſſit, turba magiſtra, tibi.
Abdita Cecropiae *doctrinae clauſtra refregit,*
In Latium*que tuas tranſtulit* Hellas *opes.*
Nec ſatis eſt veterum quod vatum aenigmata ſoluat,
Ille etiam numeros exprimit arte pari.

XIIII.

Grammaticae latinae auctores antiqui Chariſius. Diomedes. Priſcianus. Probus. Magno. P. Diaconus. Phocas. Aſper. Donatus. Seruius. Sergius Cledonius. Victorinus. Auguſtinus. Conſentius. Alcuinus. Eutyches. Fronto. Vel. Longus. Caper. Scaurus. Agroetius. Caſſiodorus. Beda. Terentianus. Victorinus. Photius. Caſſius Baſſus. Fortunatianus. Rufinus. Cenſorinus. Macrobius. Incerti. Quorum aliquot nunquam antehac editi, reliqui ex manuſcriptis codicibus ita augentur & emendantur, vt nunc primum prodire videantur. *Opera & ſtudio* HELIAE PVTSCHII. Cum Indicibus locupletiſſimis. *Hanouiae Typis Wechelianis apud Claudium Marnium & haeredes Ioannis Aubrii, MDCV.* (1605). *Cum gratia & priuilegio S. Caeſ. Maieſt. ad Sexennium & chriſtianiſs. Regis Galliae ad decennium.* in 4. col. 2804. ſi folia octo praemiſſa, &, indices folior. 39. excepti fuerint.

De eximia operis raritate vid. Io. Henrici Boecleri *Bibliographia critica Lipſ.* 1715. in 8. Cap. II. p. 22. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 141. Io. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 315. *Analecta* noſtra *literaria* p. 395. *Catalog. Biblioth.* Daniel. Salthenii p. 173 &c. Ne vero cramben bis coctam adponere videamur,

deamur, ab vberiore recensione nos abstinemus, & lectores nostros, ad scriptores ablegamus, in *Analectis literar.* l. cit. nominatos, qui recensione, vt aiunt, ad amussim effecta, opus descripserunt. Omne quidem opus, nomine Iosephi Scaligeri inscriptum est, sed singulae illius partes, singulis viris doctis, dicati fuere. Iacobo Bongarsio Priscianus; Marquardo Frehero Rhemnius Palaemon, & ceteri, qui in titulo nominantur, ad Sergium vsque; Iano Grutero Cledonymus, ad Anonymum vsque *de differentiis vocabulorum;* Ioanni Philippo Stamlero Velius Longus, ad *fragmentum* vsque *de metris,* Censorino vulgo adscriptum. Omnes sane illi viri, PVTSCHIO, & consiliis, & libris, quos quisque e sua bibliotheca, cum illo communicauerat, praesto fuerunt. Iacobum in primis Bongarsium, multis effert laudibus, quod non solum suasor illi exstiterit, vt Charisio, quem solum in lucem emittere animo constituerat, reliquos adiungeret grammaticos socios, sed illum quoque libris, ad eam rem exequendam, e sua bibliotheca adiuuerit. *Siquid hinc,* ait in *epistola,* ad Bongarsium, Prisciano praemissa, *ad rem literariam commodi redundabit, id totum tibi rescribo, sed vereor, ne itidem tibi, cum illis laborandum sit, qui cauillabuntur me iuuenem adhuc, difficillimum onus, cui se multi impares palam professi sunt, in humeros suscepisse. Quidquid fuerit, ego istos ad te remittam, qui mihi per* Cl. Marnium, *cum* Charisium, *separatim edere constituissem, prouinciam hanc imposuisti.* Conf. Iani Gruteri *epistola,* ad Iacobum Bongarsium, quae legitur, in Iacobi Bongarsii & Georg. Michael. Lingelshemii *epistolis, Argentorati* 16'0. in 12. p. 339 sqq. in quo, inter alia haec leguntur: *Grammaticos aliquot a te misit* Dominus Marnius, *communicandos* PVTSCHIO, *iuueni admodum adhuc adolescenti, sed egregie docto, nec minus bene morato, quantum licuit colligere ante annum, vno alteroque colloquio, quod mihi heic cum eo,* Heidelbergae, *quo excurrerat* Francofurto: *eum e Belgio quotidie heic expectamus. Non frustra quaeris quis sit; nam non quiuis sane par tanto oneri. Metuo ne & ille succumbat,*

nisi

nisi nobis det auctores illos per partes. Nam vel vnus Priſcianus, *aetatem hominis ſibi poſtulet. adeo in eo multa mendoſa & mutila.* Superſedemus heic, multis aliis, locis excerpendis, quae ad libri hiſtoriam faciunt, &, in ipſis Lingelshemii, &, Bongarſii *literis* legi poſſunt. Qua ratione, a Scaligero, liber exceptus fuerit, intelligimus, ex *epiſtola* ad PVTSCHIVM ſcripta, quae exſtat, in collectione *epiſtolarum* Scaligeri, a Daniele Heinſio, *Lugd. Bat.* 1627. in 8. euulgata, p. 570 ſqq. *Pudet me*, inquit, *honoris oblati, cui impar ſum. Miſeret me operis, quod meliore patrono dignum erat, vnde tibi plus gloriae, & fortaſſis aliquid vtilitatis, contingere potuiſſet — Verum age, tu me inſigni beneficio tuum feciſti, ego illi impar ſum, audeo etiam dicere, hoc ingratiſſimum ſeculum tam praeſtanti opere indignum eſſe. Certe te id aetatis, & tantis temporis anguſtiis id praeſtitiſſe, quod memoria patrum noſtrorum, ne vno quidem ſaeculo, multa foecunda ingenia explicare potuiſſent, qui non mirabitur, ille aut literas neſcit, aut mortalium ingratiſſimus eſt.* Quamuis hoc opus, communi fere virorum doctorum adplauſu, exceptum fuit, maiorem tamen PVTSCHIVS ab iis iniiſſet gratiam, ſi notis ſuis, veteres iſtos grammaticos illuſtraſſet, ſine quibus, e Bongarſii ſententia, editio omnino manca eſt. Propoſitum fuiſſe PVTSCHIO, notas conſcribere, & hortatu Lingelshemii, id conſilium dimiſiſſe, patet, ex huius *epiſtola*, ad Bongarſium, p. 200 ſqq. *Grammaticos veteres, iam ad* PVTSCHIVM *ipſe detuleram, ſed domo aberat; o vtinam eum ardorem, ad opus iſtud exornandum adferret, quem decet. Queritur de laboribus immenſis in indice conficiendo, & mallet dare notas ſuas; ego diſſuaſi vehementer, & bonum indicem pro notis eſſe dixi, & maximo ipſi leuamento fore indicem, ad notas ſuas rite conficiendas. Ait ſe vnum hoc agere poſthabitis omnibus aliis ſtudiis.*' Indices operi addidit tres ampliſſimos. Primus complectitur *ſcriptorum, & librorum nomina, quae a grammaticis referuntur.* Secundus refert *voces graecas, hoc opere occurrentes*, & tertius *rerum, & verborum eſt, toto hoc opere grammaticorum,*



ticorum, contentorum. Cum ipse PVTSCHIVS adigi non posset, vt notas, quas conscripserat, diuulgaret, nec Ioannes Philippus Stamlerus, ad quem illae peruenerunt, iteratis Petri Scriuerii admonitionibus, se eo perduci pateretur, vt illas cum republica literaria communicaret, Cl. Marnius varios viros doctos, &, inter illos praecipue Gothofredum Iungermannum, sed irrito etiam successu adiit, vt notis in grammaticos conscribendis operam darent. Ipse id refert Iungermannus, in *epistola* ad Melchiorem Goldastum, in *epistolis virorum Cll. & doctorum ad* Melchiorem Goldastum, *e Bibliotheca* Henrici Güntheri Thalemarii, *Francof. & Spirae* 1688. in 4. editis p. 244. *Quid tibi videtur? valde vellet* (Marnius) *vt ego recenserem grammaticos* putschianos, *& notas adderem. Taediosum laborem video, & non pauxilli temporis, nondumque recipio, licet saepius tentauit.* Quid Gaspar Barthius, de PVTSCHII editione iudicauerit, ex *epistola* eius ad Daumium, ad posteros transmisit Burcard Gotthelf. Struuius, in *Actis literariis* Tom. I. *Ien.* 1713. in 8. Fascic. VI. p. 73. vbi haec talia leguntur: *de* PVTSCHII *grammaticis faueo tibi vtenti. Sed nisi & illas editiones habueris, quas maxima licentia corroxit* PVTSCHIVS *ad scripturarum veterum excerpta, non poteris confidere illius paginae lectioni, &, id, potissimum in* Prisciano, *cuius graeca, vt & latinorum auctorum exempla, vsu reperi esse inconstantissimae fidei. Magnum decus & commodum attulerunt literae, in notis illius bene docti iuuenis, quas si scripsisset, & expoliuisset, infinitae res bonae lucem haberent. Expertus sum in* Charisio, *magni pretii scriptore, quid desit mihi, cum recurrere ad nullum omnino subsidium datur.* Conf. *Leben der berühmten* Lindenbrogiorum, *nebst einer Nachricht vom Leben* Elmenhorstii, Moersii, PVTSCHII &c. p. 99 sqq.



XV. Au-

XV.

Auctores latinae linguae in vnum redacti corpus. M. Terentius Varro de lingua latina. M. Verrii Flacci fragmenta. Festi fragmenta a Fuluio Vrsino edita. Schedae Festi a Pomp. Laeto relictae. Sext. Pomp. Festus, Paulo Diacono coniunctus. Nonius Marcellus. Fulgentius Plantiades. Isidori Originum libri XX. Ex veteribus grammaticis, qui de proprietate & differentiis scripserunt excerpta; Vetus Kalendarium Romanum. De nominibus & Praenominibus Romanorum. Varii Auctores, qui de notis scripserunt. Notae DIONYSII GOTHOFREDI I. C. ad Varronem Festum & Nonium. Variae lectiones in Fulgentium & Isidorum. Index generalis in omnes superiores authores. *Apud Guilielmum Leimarium M D.LXXXV.* (1585) in 4. col. 1924. si folia 3. praemissa, &, index folior. 37. non fuerit numeratus.

Titulus satis superque prodit, quid in libro ipso inveniatur, ideoque vberiore nos recensione abstinere possumus. Inter editiones GOTHOFREDI prima est, quae Io. Alb. Fabricii, & Niceroni notitiam effugisse videtur, nisi forte editio anni 1595. quam illi memorant, errori typographico originem debet, &, eadem anni 1585. est. Editor eam dicauit Wolffgango Christophoro, & Wilhelmo Christophoro *Mareschalis haereditariis S. R. Imperii, Dominis in* Bappenheym. Grammatici, e quibus col. 1327 sqq. exhibentur excerpta, sunt Cornelius Fronto, Nonius Marcellus, Agraetius, Aelius Donatus, Aruntius Celsus, Fl. Sosipater, Charisius, Q. Asconius Paedianus, Marius Servius Honoratus, S. Pompeius Festus, M. Terentius Varro, Q. Terentius Scaurus, A. Gellius. Illis subiiciuntur a) *vocum aliquot apud* Terentium *explicatio, e veteribus membranis;* b) Paulli Manutii, *Patris de veterum*

terum dierum ratione; c) *Kalendarii* romani *explanatio:* d) *de nominibus impositiuis, ex* Constantini *Censura;* e) Caroli Sigonii *de nominibus* Romanorum *liber;* f) Valerii Probi, *Grammatici, de notis* Romanorum *interpretandis libellus;* g) *Notae iuris, a* Magnone *collectae;* h) Petri Diaconi *de notis literarum more romano liber;* i) *de minutiis ex* Demetrio Alabaldo; k) *Notarum, &, literarum singularium, dictionumque contractius, &, per compendium, tam in antiquis inscriptionibus, quam in nummis scriptarum explicatio;* l) *venerabilis* Bedae, *Presbyteri tractatus de computo, & loquela per gestum digitorum.* Conf. de hac editione die *Merkwürdigkeiten der kœnigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. I. p. 460. Secunda libri editio, teste Io. Alb. Fabricio, & Nicerono, prodiit 1602. in 4.

XVI.

Auctores latinae linguae, in vnum redacti corpus: Quorum auctorum veterum & neotericorum Elenchum sequens pagina docebit. Adiectis notis DIONYSII GOTHOFREDI, I. C. Vna cum indice generali, in omnes auctores. Editio postrema, emendatior & nonnullis auctior. *Coloniae Allobrogum apud Petrum & Iacobum Chouët. M.D.C.XXII.* (1622) in 4. col. 1924. si folia 4. praemissa, indicem folior. 49. &, adpendicem col. 106. exceperis.

Omne, editionis tertiae, quae ad columnarum vsque numerum, cum prima conspirat, augmentum, versatur in elencho, &, serie corporis, quae post tituli paginam reperitur, &, in adpendice, quae post indicem, operi accessit, & complectitur 1. *Librum glossarum, ex variis glossariis,* quae sub Isidori nomine circumferuntur, collectum. 2. *Excerpta* pythoeana, *ex veteribus glossis,* & 3. *Excerpta differentiarum,* ab amplissimo viro Iacobo Bongarsio, legato regio, communicata. Haec postre-

postrema incipiunt, *de proprietate sermonum, vel rerum.*

Omnia vero, quae de Corpore *auctorum latinae linguae* gothofrediano, dici poterant, collegit, &, exposuit Io. Alb. Fabricius, in *Biblioth. latin.* L. IIII. Cap. VI. p.763 sqq. ad quam, lectores nostros ablegamus. Conf. Gottfried Ephraim Mülleri *Einleitung zu noethiger Kenntniß vnd nützlichen Gebrauche der alten lateinischen Schriftsteller* P. I. Dresden 1747. in 8. mai. Sect. IIII. p.305 sqq. Daniel Georg. Morhofius in *Polyhistore* literario L. IIII. Cap. X. §. 2. p. 830 de hac collectione, tali ratione scribit: *Si verum fateri volumus, Auctores hi etymologiam potius tractant, quam vt artis grammaticae regulas pertractent: suntque in iis etymologiis, multa eorundem deliria: cum nemo infelicius in hoc studiorum genere, sit versatus, quam ipsi* romani, *vt sunt plerique nationis vernaculae grammatici, pessimi verborum interpretes:* quam sententiam, suo comprobauit suffragio, Io. Georgius Walchius, vir S. R. qui, in *historia critica latinae linguae, Lips.* 1729. in 8. Cap. IIII. §. XIIII. p. 256. illi addidit: *omnino res ita se habet, veteres grammatici, quorum scripta viri eruditissimi ediderunt, multa interdum tradiderunt, quae sunt nugae, in primis vbi in etymologiis explicandis versantur, id quod illi praecipue fecerunt, quos collegit* DIONYSIVS GOTHOFREDVS, *quo circa collectiones* Putschii, *&* Fabricii (edita *Lipsiae* 1569 in 8) *maioris sunt pretii ac dignitatis. sed tamen hosce auctores, plane abiiciendos esse, a cultoribus latinae linguae, inprimis vbi ad philologiae romanae studia tractanda, se conuerterunt, persuadere nolimus. inter praecepta enim sterilia, quae habent, occurrunt obseruationes, quae linguae huic lucem adferre possunt.*

Vitam DIONYSII GOTHOFREDI, parisiensis I. C. qui moerore, & infirmitatibus correptus, diem obiit supremum, in amplexu amicissimi Matthiae Berneggeri, anno 1622. aetatis anno LXXIII. dedit Matthias Berneggerus, quae legitur in calce *opusculorum* Antonii Loiselii p. 584 sqq. In compendium illam redegit

Melchior



Melchior Sebitzius, in Henning. Wittenii *Memor. Iureconsultorum* Decad. I. p. 85 sqq. & Paul. Freherus in *Theatro viror. eruditione claror.* p. 1034. Omnium autem optime eius vitam exposuit Niceron. in *Memoires* Tom. XVII. p. 47 sqq.

XVII.

M. T. C. (Marci Tullii Ciceronis) Rhetoricorum Libri recenter castigati. M. Fabius Victorinus. Franciscus Maturantius. Antonius Mancinellus. in fol. folior. 106. & 56.

Eadem, in editionis admodum rarae, & literis romanis exscriptae, titulo, conspicitur figura, quam in titulo Strabonis, *Venetiis, a Philippo Pincio, mantuano,* 1510. impressi, inueniri diximus Tom. I. *Adparat. literar.* p. 123. Tempus, quo editus fuit liber, designatur in fine hisce verbis: Venetiis *a* Philippo Pincio Mantuano *Anno dni M CCCCC VIIII.* (1509) *die XII. Februarii. Serenissimi D. D.* Leonardi Lauredani Venetiarum *Ducis tempestate.* Complectitur volumen incerti Auctoris, seu, vt doctis quibusdam videtur, Cornificii, ad C. Herennium *Rhetoricorum Libros IIII.* qui heic, sub CICERONIS nomine, *rhetorices nouae* titulo prodeunt. Praeter ea M. TVLLII CICERONIS *Rhetoricorum seu de inuentione rhetorica libros II.* continet, qui reliqui sunt e quatuor libris. Illi Francisci Maturantii, & Antonii Mancinelli, hi autem Marii Fabii Victorini, Rhetoris, *commentariis* illustrati sunt.

Franciscus Maturantius, patria Perusinus, seculo XVI. literarum graecarum latinarumque Professor, in gymnasio patrio fuit, &, anno 1518. siue, vt alii scribunt, anno 1512. mortuus est; tanto, vt Augustinus Oldoinus, in *Athenaeo augusto, Perus.* 1678. in 4. p. 117. scribit, patriae dolore, vt publica oratione, eius iacturam deplorauerit Christophorus Saxus, Perusinus, Maturantii discipulus, & in Cathedra successor.

Catalogum operum, quae conscripsit, exhibet Oldoinus l. cit. Conf. Iosi. Simleri *Bibliotheca* p. 204. qui

recte

recte suspicatus est, Francisc. Mataracium, & Franciscum Maturantium, vnum, eumdemque esse virum. Extant enim nonnulli libri, qui sub Francisci Mataracii nomine euulgati fuere, &, vt ex Oldoini l. cit. patet, a Maturantio compositi sunt, v. c. Franc. Mataratii, Perusini, *viri vtraque lingua eruditissimi, ad* Petrum Paul. Cornelium, *eruditum, & ingenuum adolescentem de componendis versibus, hexametro, & pentametro, opusculum,* Venetiis, *ab* Erhardo Ratdolt, augustensi, *probatissimo librariae artis exactore, summa confectum diligentia anno Chr. M. CCCC. LXIIX.* (librum non 1468. sed 1478. excusum esse, contendit Mich. Maittaire in *annal. typogr.* Tom. I. p. 391.) *VII. Calen. Decembr.* in 4. Conf. die *Merkwürdigkeiten der kœnigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. III. p. 196. P. Papinii Statii *opera, cum commentariis* Placidi Lactantii *in* Thebaiden, Franc. Mataracii *in* Achilleidem, *&* Calderini *in Syluas* &c. Venetiis *per* Octauianum Scotum Modoetiensem *MCCCCLXXXIII.* (1483.) *IIII. Non. Decembr.* in fol. vid. Mich. Maittaire l. cit. p. 445. die *Merkwürdigkeiten der kœnigl. Biblioth. zu* Dresden l. cit. p. 283 sqq. *Commentarii* in Statium, nullam quidem Oldoinus fecit mentionem, sed illum a Maturantio profectum colligimus, e Gaspar. Barthii *Animaduersionibus* in Statium, qui, vt multos alios locos, vbi Statii commentatorem Maturantium adpellauit, taceamus, Tom. III. p. 1576. ait: Francisci Maturantii, *&* Ioannis Britannici *laboriosa commentaria raro attigimus. Cum viderem non sine veterum scholiastarum insertis notis concinnata, quod vel vtriusque de vita poetae obseruationes indicare possint. Vnde enim nota iis alioquin talia fuissent?* & p. 1655. *hoc notauit etiam,* inquit, Franciscus Maturantius, *homo qui totum* Papinium *sic illustrare debebat. Sed vt iam monitum non semel, multa veteribus scholiis debita, eius Commentario inesse arbitramur.* Conf. M. Antonii Coccii Sabellici, *de latinae linguae reparatione dialogus,* in *Operibus* Tom. IIII. Basil. 1560. col. 334. vbi haec talia leguntur: Statii Achillem, Franciscus Maturantius *tractabiliorem reddidit,* papi-

niana *illa duritate candido sermone emollita. sed in verrinis actionibus explicandis, maiorem, vtilioremque se praestitit, quamquam materiam diligentius, quam artem tractauerit: velles & poeticae vacasse: nihil eius musa cultius.* Quae cum ita sint, perplacet nobis Bernardi de la Monnoie *obseruatio*, qui ad Adriani Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 100. adnotauit Maturantii nomen latinum, patrium vero, & hetruscum, Maturacci esse. *Enarrationes in libros rhetoricorum* ad Herennium, quae in *lexico eruditorum* Tom. III. col. 298. omissae sunt, scripsit, ad Antonium Morettum, brixiensem, quem in *epistola* nuncupatoria, post celebratum artis impressoriae admirabile, & prorsus diuinum inuentum, his verbis compellat: *Tu mi* Antoni Morette, *omnium, modo non inuideant, consensu dignissimus iudicaris, qui, quidquid rei literariae, pro tuo exactissimo iudicio fore arbitraris adiumento, diligenter, vel anxie potius inuestigas, & vel ab inuitis dominis extorques, tradis impressoribus, &, vt quam optime, ac emendatissime imprimantur, operam das. Non minus pro tam ardenti in linguam latinam studio, & in literas, ac doctos omnes obseruantia, habiturus apud posteros nominis, quam aut* Tryphon *ille bibliopola, cuius quotidiano conuitio, coactum se fatetur* Fabius, *vt iam pridem scriptas ederet oratorias institutiones, aut socii, quorum pumice, nitidus* horatianus *liber spectari, & prostare in publico properarat, consecuti sunt.* Conf. eminentissimi Principis ANGELI MARIAE R. E. Cardinalis Bibliothecarii, QVIRINI, *Specimen variae literaturae* brixiensis, *Brixiae* 1739. P. I. p. 140. Istae vero *enarrationes*, priscis temporibus, saepissime euulgatae fuerunt, variaeque editiones, passim notantur, a Michaele Maittaire, in *Annal. typogr.*

De Antonio Mancinello diximus in *Adparatu literario* Tom. I. p. 694 sqq. In librum tantum modo primum *rhetoricorum ad* Herennium, *commentariolum* scripsit, ad Hieronymum Omphredi Iustinianum Patricium venetum, *Protonotarium apostolicum, Archidiaconum* concordiensem. Quod ad tres reliquos libros,

non

non ſcripſerit commentarios, hanc ipſe cauſſam exponit: *Quod autem commentariolus iſte, ad primi duntaxat voluminis calcem peruenerit, nulla alia eſt cauſa; niſi quia dum opus id* Romae *publice profitebar ante diem reliqui prouinciam* Venetias *petiturus: Nec vlterius addere licuit. Quantos nam labores* (*vt prima ſaltem Commentariorum meorum in* Iuuenalem, *&* Horatium Flaccum, *editio emendatior vagaretur*) *ſum paſſus, & in aliis item opuſculis te fugit minime. Scio autem voluminum quattuor primum eſſe difficillimum, quo circa maiori cura maiorique ſtudio opus fuit. In reliquis, vbi occaſio dabitur, aliquid operae noſtrae adiicietur. Addo vlterius, antequam iſtaec collegiſſem, vidiſſe me commentarios quosdam, ſine certo auctoris nomine, quibus cum multa, meo* Matte, *tum noua, tum neceſſaria, adiici poſſe viderem: eo libentius in* rhomano *gymnaſio rhetoricen ad* Herennium *profitebar. Hinc quaecunque eo tempore, legenti mihi oblata ſunt, & in libello notata, nunc impreſſoribus trado. Saepe enim vir egregius* Antonius Moretus, brixienſis, *peritus quidem, & cui ſtudioſi omnes, ob eius in libris imprimendis curam, & ſtudium debent, illa etſi minime ad operis finem peruenerant, a me petiit, itaque & amico, & occaſioni ſatisfacere volui. Nam propediem* Venetiis *ſoluam, patriam, coniugem, filios reuiſurus, iam triennium abſens* &c. Scripſit *epiſtolam* dedicatoriam Venetiis, *octauo idus Nouembr. M.CCCC.XCIII.* (1493) id quod nos, in eam adducit ſententiam, vt credamus, Ciceronis *libros II. de inuentione, cum* Franciſci Maturantii, *&*, Antonii Mancinelli *commentariis*, quos Michael Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. I. p. 474. *Venetiis* 1486. editos eſſe ſcribit, inter libros, qui non exſtant, referendos eſſe, in primis cum nemo ſcriptorum, Maturantium, &, Mancinellum, *commentarios in libros, de inuentione*, compoſuiſſe adnotauerit. Ad eamdem librorum claſſem referimus, quam Niceron in *Memoires* Tom. XXXIIX. p. 326. memorat, Mancinelli *adſertionem, Rhetoricen ad* Herennium, CICERONIS *eſſe*, in 4. excuſam. Non enim aliam iſtius rei, exſta-

E 2 re



re Mancinelli *adſertionem*, quam *epiſtolam* ad Hieronymum Omphredi Iuſtinianum, nobis plane perſuademus, quae ſi ſeorſum excuderetur, vnum vel duo folia, in 4. impleret. Antonii Mancinelli *Commentarius*, inſertus fuit eius *operibus*, *Baſileae*, anno 1501. in 4. editis, vid. *Adparatus literarius* Tom. I. p. 693.

De Fabio Mario Victorino, Afro, qui Rhetoricen Romae, tanto adplauſu, ſeculo IIII. docuit, vt diſcipuli eius, Senatores romani, ſtatuam, in foro Traiani, ei ponendam curarent, vid. Auguſtinus *Confeſſionum* libr. IIX, Cap. 2. 4. 5. in *Operibus*, *Baſil.* 1569. in fol. Tom. I. col. 136 ſqq. 138 ſqq. vbi illum, in ſenectute, ad chriſtianorum ſacra tranſiiſſe memorat, Hieronymus *de viris illuſtribus* Cap. CI. in Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca eccleſiaſtica* p. 190 ſqq. Chriſtian. Schoettgenius in *Continuat. Biblioth.* fabrician. *latin. med. & infim. aetatis Hamburgi* 1746. in 8. L. XX. p. 819 ſqq. Louis Ellies Dupin in *Bibliotheque des auteurs eccleſiaſtiques* Tom. II. p. 296. Mr. Gibert in *Jugemens des Savans, ſur les auteurs, qui ont traité de la rhetorique, Amſterd.* 1725. in 12. Tom. I. p. 310. & 437. Io. Nicol. Funccius *de vegeta latinae linguae ſenectute*, *Commentar. Marburgi* 1744. in 4. Cap. V. §. VI ſqq. p. 353 ſqq. Gottfr. Ephr. Müller in *Einleitung zu noethiger Kenntnis, vnd nützlichen Gebrauch der alten lateiniſchen Schriftſteller* Tom. I. p. 343 ſqq. Thomas Pope Blount in *Cenſura celebrium auctorum*, *Geneu.* 1694. p. 237. ſqq. Mortuus dicitur, anno circiter 370. Non diuerſa eſt *expoſitio*, *in* CICERONIS *libros de inuentione*, vt quidem e *lexico eruditorum* Tom. IIII. col. 1582. quispiam colligere poſſit, a *commentariis in* CICERONIS *rhetoricam*. Prima ſine dubio editio eſt, quae Mediolani *impreſſa* dicitur, *per* Antonium Zarotum, parmenſem *M. CCCC. LXXIIII.* (1474) *V. Id. Decembr.* in fol. vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 339. Poſtea cum aliis commentatoribus in CICERONIS *libros rhetoricos*, & *libros rhetoric. ad* Herennium, inprimis cum Maturantio, & Mancinello, plus vice ſimplici edita fuit. Inuenitur etiam in *collectione* admodum rara, *antiquo-*

tiquorum rhetorum latinorum ex bibliotheca Francisci Pithoei *I. C. Parisiis*, 1599. in 4. p. 79 sqq. Scripsit *in Victorini expositionem*, *castigationes* Marinus Becichemius, scodrensis, quae cum aliis eius *operibus*, teste Io. Alb. Fabricio, in *Bibliotheca latina med. & infim. aetat.* L. XII. p. 87. prodiere 1506. in fol. Conf. Dauid Clement Viri Cl. *Bibliotheque curieuse historique & critique des livres, qui sont difficiles à trouver* Tom. III. p. 21 sqq. vbi, & aliae collectiones nominantur, in quibus Becichemi *castigationes ad* Victorinum, locum inuenerunt.

XIIX.

M. FABII QVINTILIANI Oratoriarum institutionum. Vna cum annotationibus Raphaelis Regii in deprauationes eiusdem, & tabula per alphabetum nouiter addita. in folio, folior. 199. si folia 4. priora, non fuerint computata.

Inter editiones QVINTILIANI, quas exhibuit Petrus Burmannus, initio Tomi I. editionis, nostra aetate optimae, *Lugduni Batauorum* 1720. II. Tom. in 4. euulgatae, haec locum occupat nonum, quamuis ea non vsus fuisse videatur Burmannus, typographique nomen, haud satis expresserit adcurate. Literis exscripta est romanis; Raphaelis Regii *adnotationes*, QVINTILIANI verbis, partim e regione adpositae, partim subiectae sunt. Titulum libri, ornat figura S. Georgii, equo insidentis, qui lancea sua, monstrum, siue draconem interficit. Id typographi insigne fuisse credimus. In fine talia leguntur verba: *Impressum* Venetiis *ope & impensa* Georgii de Rusconibus, *Anno dni. M.CCCCC.XII.* (1512) *Die XIIII. Aug. regnante Inclyto Principe* Leonardo Loredano. In vltima voluminis pagina, alia conspiciuntur typographi insignia, ab illis, quae in titulo exstare diximus, plane diuersa. *Tabula alphabetica*, cuius in titulo operis mentio facta fuit, cum *capitum indice*, voluminis initio, locum inuenit. Conf. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 238. Ioan.

 Alb.

Alb. Fabricii *Biblioth. latin:* Tom. II. L. II. Cap. XV. p. 685. Ioan. Nicol. Funccii *de imminente latin. linguae senectute Tractat. Marburg.* 1736. in 4. Cap. VI. §. XXV. p. 376. Prima editio, quae cum Raphaelis Regii *adnotationibus* in lucem exiit, sine dubio est, quae Venetiis, *per* Bonetum Locatellum, *mandato, ac sumptibus* Octauiani Scoti *Anno ab incarnatione Redemptoris nostri* Christi Iesu *optimi Maximique impressa* dicitur *M.CCCC.LXCIII.* (1493) *XVI. Kalendas Sextiles*, vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 559. vbi in not. s) adnotauit, mendose, numeralibus literam L. infertam esse. De omnium prima, & rarissima QVINTILIANI editione, quae cum Ioann. Antonii Campani, praefatione, euulgata dicitur Romae, *ex officina* Vdalrici Han, *siue* Galli viennensis *M.CCCC.LXIIX.* (1468) in fol. vid. auctores supra citat. ll. citt. Jean de la Caille *Histoire de l'imprimerie, & de la librairie, Paris.* 1689. in 4. p. 17. Io. Anton. Campani *epistolae*, a Io. Burchardo Menckenio, *Lips.* 1707. in 8. editae p. 550 sqq. vbi Campani *praefatio* integra legitur. Nondum autem extra omnem dubitationem positum est, quo anno prima editio *romana* prodierit. Eminentissimus Princeps ANGELVS MARIA R. E. Cardinalis Bibliothecarius QVIRINVS, in *Adpendice ad* Michaelis Canensii *vitam* Paulli II. *Romae* 1740. in 4. §. XVII. p. 213 sqq. de illa haec habet: Romanam QVINTILIANI *institutionum editionem, ab* Aleriensi *curatam*, Paullo*que* II. *nuncupatam, non omnium principem habendam esse, recte monet* Fabricius *in* Bibl. Lat. *vbi de* QVINTIL. *quum eam alia praecesserit apud* Vlricum Gallum *anno 1468. adornata, hancque obseruat in* Annal. typogr. Michaelem Maittaire *omisisse. An* Fabricius Vlrici *editionem ob oculos habuerit, an ipsam alicubi exstare certo compererit, ignoro; nec enim alios dicti sui testes allegat, nisi* historiam Typographiae *anno 1689* gallico *sermone* Parisiis *vulgatam, & perelegantem* Campani praefationem, *qua* QVINTILIANVM *confert cum* Cicerone. *Non eum annum 1468. sed annum 1470.* QVINTILIANI Institutionibus Romae *cum* praefatione

tione Campani *publicatis assignat* Orlandus, *monetque praeterea, in illius editionis calce hanc notam legi:* Absolutus Romae in via Papae prope S. Marcum anno salutis MCCCCLXX. die vero tertio mensis Augusti Paulo Veneto Papa II. florente anno eius VI. *Idem* Orlandus *Operis sui Part. II.* Romanam *editionem in aedibus* Maximorum *anni nota carere scribit. Horum omnium fides penes auctores. Ex* epistola Aleriensis — *certo constat,* QVINTILIANI *editionem a* Campano *curatam,* Aleriensis *illi praeiuisse. Hic etenim librum illum, minore quam caeteros labore, recognouisse scribit;* propterea quod, *ait,* ab homine ordinis nostri excellenti ante traditus erat alteri talium opificum officinae imprimendus, cuius etiam Epistolam, in volumine nostro transtulimus, vt quid vir doctissimus de QVINTILIANO senserit, ex nostris quoque codicibus intelligatur. *Ea* Campani praefatio *exstat in* Aleriensis *editione,* huius Epistolae *ad* Paullum *ilico subiuncta, eademque pariter impressa reperitur in volumine* Operum Campani. *At quum neutro loco anni notam praeferat, nullum nobis argumentum praebet,* Campani *editionem siue anno 1468. quod facit* Fabricius, *siue anno 1470. quod facit* Orlandus, *figendi.* Aleriensis *Editio certum annum suum demonstrat, quum is eidem apponatur, sicuti Impressorum nomina, &* Maximorum *aedes innotescunt, ex versibus in calce recitatis:* Aspicis illustres &c. — *Quamuis* Campani *editionem* Annales typographici *minime memorent, vt obseruatum diximus a* Fabricio, *non inde tamen quis arguat eorum auctorem latuisse* Campani *in* QVINTILIANVM Praefationem, *qua contra ita captum se profitetur* Maittaire, *vt aliquam eius partem, non potuerit Lectori inuidere. Eam itaque recitat in vtraque editione, at cum hoc discrimine, quod in priore* praefatio, *seu* epistola Campani *scripta dicitur* Antonio Moretto, *in posteriore vero* Cardinali senensi. Antonii Moretti Brixiani *typographi, nomen, & labores literarios pluribus locis commendauimus in lib.* de Brixiana literatura. *Ibidem tamen pag. 155. P. II. haud dissimulandam putauimus notam fraudis, qua* epistolam Ni-

 colai



colai Peroti *in* Plinii Hiſtoriar. Prooem. *in* Veneta, *quam ipſe adornauit, Editione, veluti ſibi ſcriptam publicauerit, quam tamen non* Moretto, *ſed* Franciſco Guarnerio *miſſam accuratiores* Cornucopiae *editiones, in quibus ea* epiſtola *recitatur, palam demonſtrant; & multo adhuc clarius, quod poſita in ea* epiſtola *pluribus locis,* Mi Antoni, *compellatio fraudis palam redarguatur ob aliam,* Mi Franciſce, *quae ex impreſſorum, ſeu editoris ipſius oſcitantia vno loco doloſam illam immutationem euaſit. Dolum in* Campani epiſtola *admiſſum, aeque certum reddit* Alerienſis *editio, quae eandem transſcripſit cum hac inſcriptione:* Campanus Franciſco Picolomineo Cardinali ſenenſi meo ſalutem. *Deinde priora eiusdem* Epiſtolae *verba:* Vtinam quod nuper in Liuio Papienſis noſtri iuſſu conatus ſum facere, vt eſſet quam emendatiſſimus, idem nunc hortatu tuo, & in QVINTILIANO licuiſſet, *potius quam impreſſoriae artis opifici, Eccleſiae principi conueniunt* &c. Scripſit Michael Maittaire, *diſſertationem epiſtolarem, de antiquis* QVINTILIANI *editionibus ad* Ioannem Clericum, *London* 1719. in 4. quam vero, diligenter inueſtigatam reperire, & oculis perluſtrare non potuimus.

De Raphaele Regio, vid. quae prolata fuere Tom. I. *Adparat. literar.* p. 483. Eum iam anno 1490. *dialogum, cum quodam* Calphurnio Beſtia *de quibusdam locis* QVINTILIANI, *Venetiis* in 4. edidiſſe memorat Petrus Burmannus, &, qui eum ſequitur, Io. Alb. Fabricius ll. citt. Niſi omnia nos fallunt, Burmannus, &, Fabricius, virum quemdam fuiſſe exiſtimarunt, qui Calphurnius Beſtia adpellatus fuerit, ſed ex eminentiſſimi QVIRINI *Specimine variae literaturae, quae in vrbe* Brixia, *eiusque ditione, paulo poſt Typographiae incunabula florebat,* P. I. *Brixiae* 1739. in 4. p. adnotauimus, in *Adparatu literario*, l. cit. atrociſſima interceſſiſſe Raphaeli Regio, cum Ioanne Calphurnio, critico brixienſi, diſſidia, quem propter contemtum, &, vt inſigni eum adficeret contumelia, hoc ſcripto, *beſtiam* adpellavit. Illum autem *dialogum,* ſiue *diſputationem;* contra Calphurnium, in opere exſtare crediderimus, quod hoc titulo:

titulo Raphaelis Regii *epistolae* Plinii, *qua libri historiae naturalis*, Vespasiano *dedicantur, enarrationes, eiusdem in quibusdam locis* Persii, Valerii Maximi, Tullii de officiis, QVINTILIANI *disputationes*, Gulielmi Tridinensis *cognomento* Animamia *opera* fuisse *descriptum*, Venetiis *Principe* Augustino Barbadico, *decimo Calendas Iunias MCCCCXC.* (1490) in 4. retulit Michaël Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 520.

XVIIII.

Habes candide lector in hoc opere PRISCIANI volumen maius: cum expositione elegantissima clarissimi philosophi Ioannis de Aingre. Habes insuper eiusdem volumen minus: & de duodecim carminibus: ac etiam de accentibus: cum expositione viri eloquentissimi Danielis Caietani: nunc primum edita. Habes praeterea de numeris ponderibus & mensuris. de praeexercitamentis rhetoricae. De versibus comicis. de declinationibus. nec non de situ Orbis. Omnia quippe accuratissime emendata. in folio. folior. 283.

Prodiit iam anno 1500. *Venetiis, operum* PRISCIANI editio, impressa per Philippum Pincium, Mantuanum, foliis 283. in fol. hoc titulo: *Habes candide lector in hoc opere* PRISCIANI *volumen maius, cum expositione elegantissima clarissimi Philosophi* Ioannis de Aingre. *Habes insuper eiusdem volumen minus: & de duodecim carminibus: ac etiam de accentibus: cum expositione viri eloquentissimi* Danielis Caietani *nunc primum edita. Habes praeterea de numeris, ponderibus & mensuris: de praeexercitamentis rhetoricae: de versibus comicis: de declinationibus: nec non de situ Orbis. Omnia quippe accuratissime emendata:* ad quam editio rara, quae ante oculos versatur, Ioanni Alberto Fabricio incognita, expressa videtur, cum & titulus, & foliorum numerus, cum illa conuenit. Literis excusa est

 romanis,

romanis, & in fine haecce refert typographi verba: *Impressum* Mediolani *per Magistrum* Leonardum Pachel *Anno Dni MCCCCCXI. Die IIII. Iunii.* Voces graecae, quae per opus passim occurrunt, characteribus quidem graecis exprimuntur, sed adeo rudibus, &, inconcinnis, vt coniectura saepe numero opus sit, si characteres earum, adcurate dignoscere velis.

Quis ille Ioannes de Aingre fuerit, cuius, ad libros XVI. priores, legitur, in variis editionibus antiquis, *commentarius*, non constat. In fine Libri XVI. *inter summos expositores, grammaticae artem possedisse* dicitur. Daniel autem Caietanus, in *epistola, ad magnificum & generosum patritium* Venetum, Andream Mocenicum, lucubrationes eius, haud adeo magni aestimare videtur, cum scribit: *glossemata quae in maius volumen edita circumferuntur, sortiantur, quem velint auctorem, dummodo nec dicantur, nec sint nostra: qualia illa, viderint alii, habebis res meas vsque ad pondera, cis frustra expectabis, quoniam de ipsis ponderibus, &, reliquis quae sequuntur, enchiridium compegimus, quod olim in manus perueniet.* Prima editio *operum* PRISCIANI, quae Danielis Caietani, prae se fert *expositionem*, a Francisco Arisio, in Cremona *literata* Tom. I. *Parm.* 1702. in fol. p. 389. curata dicitur, Venetiis *per* Bonetum Locatellum, *impensis* Octauiani Scoti, modoetiensis *VIIII. Kal. Mart. M. CCCC. XCVI.* (1496) Augustino Barbadico, Venetiarum *Duce.* vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 612. Omnibus editionibus, ad hanc expressis, quarum variae quidem exstant, sicuti & nostrae additum fuit Ioannis Baptistae Policii, Cremonensis, *ad Lectorem* epigramma:

Saepius in lucem venere volumina PRISCI
Huic sunt nulla tamen aequiparanda typo
Consilium sumptus lector depone recentis
Vltimus impensae sit labor iste tuae.

De PRISCIANO, patria romano, ob iacta vero Caesareae in Palaestina, doctrinae fundamenta, caesariensi dicto, grammatico christiano, qui Constantinopoli maxime floruit, &, Magno Cassiodoro Senatore, aequalis fuit,

fuit, circa annum 520. conf. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. latina* L. IIII. Cap. VI. p. 729 sqq. Ioan. Nicol. Funccii, *de inerti, &, decrepita latinae linguae senectute Commentarius, Lemgouiae* 1750. in 4. Cap. IIII. §. XVIIII. p. 315 sqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. Part. III. p. 39 sqq. Libello *de ponderibus, & mensuris*, in omnibus hisce editionibus additum est, Rhemnii Fannii Palaemonis, grammatici vicentini, *carmen de ponderibus, & mensuris*, versibus hexametris compositum, de quo diximus Tom. I. *Adparatus literar.* p. 108 sqq. *Praeexercitamenta rhetorica*, e graeco Hermogenis translata sunt; Libello *de metris comicis*, adiectus est Rufini, *de* Terentii, Plauti, *&, aliorum comicorum metris commentarius.* PRISCIANI COSMOGRAPHIA, siue *metaphrasis periegeseos* Dionysii, versibus latinis hexametris, cui e Solino, nonnulla, passim, intertexta sunt, ab aliis Rhemnio Fannio Palaemoni tribuitur. Verius id quidem Gerardo Ioannis Vossio *de poetis latinis* Cap. V. p. 65. videtur, vnde Gasp. Barthii *Animaduers. in* Claudianum p. 87 sqq. & *Aduersarior.* L. LIIX. Cap. XX. col. 2765. aliorumque suspicio, qui carmine latino, Dionysii Afri περιήγησιν expresserit, Priscianum Fauonium dici, quod in libris legantur Ennius, Annius, aut Fannius, originem duxit; sed contra codicum auctoritatem id fieri, adfirmat Io. Alb. Fabricius L. IIII. *Biblioth. graec.* Cap. I. p. 24. Vid. de hisce & aliis PRISCIANI *Operibus*, eorumque variis editionibus, auctores supra citt. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. latin.* L. IIII. Cap. VII. p. 783 sqq. die *Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. I. p. 453 sqq. Adrien Baillet l. cit. editionem, omnium primam esse existimauit, quae Venetiis *per* Iohannem de Colonia, & Iohannem Manthen de Gherretzen MCCCCLXXVI. (1476) euulgata fuit. vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 362. sed opinione fuisse deceptum Bailletum patet, ex eiusdem Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 290. vbi editio adlata est, sine typographi, &, loci indicio, *Anno Domini M. CCCC. LXX.* (1470) in fol. excusa. In nota 4. subiecta, monet Maittaire,

nitidam

nitidam esse, & venustam hanc primam editionem, seque vidisse eamdem editionem, sine anni notatione. Excepit eam editio in fol. sine vrbis aut typographi indicio, & anni MCCCCLXXII, (1472) nota, non in libri totius calce, sed paullo ante, ad vnius ex PRISCIANI *operibus* finem addita, id quod aliquando in editionibus illis antiquis euenire, obseruauit Mich. Maittaire l. cit. p. 317. not. 1 *quasi voluerint Typographi isti lectorum oculos fatigare & industriam exercere.* Optima librorum PRISCIANI censetur editio, quam Helias Putschius, in *corpore Grammaticorum veterum, Hanou.* 1605. in 4. p. 531-1358. exhibuit

Daniel Caietanus, Alexandri F. grammaticus, poeta, & criticus seculi XV. celeberrimus, Cremonae prognatus politiorem literaturam primum Hunnii, in Foro iulio, mox in patria, subinde Patauii, publico stipendio, multis annis professus, editisque scriptis, insignem nominis celebritatem adeptus est. A Francisco Sfortia II Mediolanum accitus, humaniora studia, summa cum laude, aliquamdiu docuit. Insubria demum ab Hispanis occupata, eiectoque Duce, in patriam se recipere, coactus est, vbi pestilenti contagione adflatus, diem obiit supremum anno 1528. non quidem egestate confectus, &, mendicabundo similis, vt e Pierio Valeriano, *lexicon eruditorum* Tom. I. col. 1549. aliique prodidere, sed vt Francisc. Arisius Tom. I. Cremonae *literatae* p. 388. ex ipsis, quas inspexerat, duabus Caietani *literis*, exeunte anno 1527. scriptis, retulit, nonsolum patriae fuit decurio, &, insigni librorum supellectile instructus, sed terris etiam, mola, & domo locuples. *Operum*, quae conscripsit Caietanus, & partim edita sunt, partim manuscripta adseruantur in Bibliotheca Conuentus S. Francisci cremonensi, idem concinnauit Arisius l. cit. indicem. Conf. Tom. III. Cremon. 1741. p. 332. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 155. vbi minus adcurate Daniel adpellatur Galetanus, *Analecta literaria* p. 179.

XX. Ha-

XX.

Habes candidiſſime lector, In hoc opere Ignorata ab aliis grammaticis, nec non omiſſa vel incuria, vel inſcitia, quae ad methodicen pertinent, a Varrone vſque in hodiernum diem vulgaria omittuntur, vnde Titulus de rebus non vulgaribus. in fol.

Non ipſi oculis noſtris conſpeximus librum, ſed ab amico, illius, quae ſequitur, deſcriptio, beneuole nobiscum communicata fuit: „Deſcripſit nuper Vir Cl. „Iacobus Wilhelm Blauſus, in eruditiſſimis ſuis lucu„brationibus, quas titulo: *Vermiſchte Beytræge zur Er„weiterung der Kenntniſſ merkwürdiger vnd ſeltner Bü„cher*, edidit *Ienae* 1753. in 8. p. 60 ſqq. iſtius libri edi„tionem, cura Beati Rhenani, ex officina typographica „Matthiae Schurerii, ſeleſtadienſis, *Argentorati* 1518. „euulgatam. Mirari videtur Vir Cl. quod Beati Rhena„ni *epiſtola ad* Schurerium, libro I. addita, iam anno 1511. „ſcripta, opus vero demum anno 1518. editum fuerit, „cum nusquam inuenerit, editionem anni 1518. *ſecun„dam* eſſe, quae *Argentorati* lucem viderit. Si vero Io„ſiae Simleri *Bibliothecam* p. 151. Chriſtiani Friderici „Wiliſch, *indicem Bibliothecae* altenburgenſis, *Alten„burg.* 1721. in 8. p. 19. & Michaelis Maittaire *Anna„les typograph.* Tom. II. p. 225. euoluere placuerit, in„veniſſet omnino CVRII LANCILOTTI PASII, *in„ſtitutionis grammaticae libr. IIX. Argentorati, apud „Schurerium, anno 1511.* fuiſſe in lucem editos, quae „ſine dubio eadem eſt editio, quam Io. Georg. Wal„chius in *Hiſtoria critica latinae linguae* p. 277. *Ar„gentorati* 1611. in lucem prodiiſſe ſcripſit. Iſtas ve„ro editiones *argentoratenſes*, raritate longe ſuperat „editio *prima*, quam inter noſtros adſeruamus libros, „& e qua integrum excerpſimus titulum. In fine, hanc „typographus adpoſuit coronidem: Regii Galliae to„gatae *Impreſſit* Franciſcus Mazalis *Calcographus ciuis„que* regienſis *vtilitati ludimagiſtrorum Anno a partu „virginis M. D. IIII.* (1504) *ſeptimo Auguſti.*

„Ad

„*Ad Lectorem de erratis culpa Impressorum.*

„*Vertice sis bicipiti vel* Ianus.
„*Triplex vel corpus: singuli sint crines*
„*Fac oculi: non poteris errores*
„*Chalcograforum videre singulos.*
„*Exempla dant libri omnes: qui iam impressi*
„*Haud igitur mirum nouo ii libello.*

„Liber primus complectitur Auctoris *praefationem, ad* „*senatum populumque* regiensem, in qua retulit, quod „ex omnibus fere grammaticis, quorum a Varronis, ad „sua vsque tempora, libri exstiterint, contexuerit opus „suum. *Non vulgarem,* inquit, *literaturam profitemur.* „*Hanc ex omnibus grammaticis, quos a* Varronis *aeta-* „*te, ad nostram vsque memoriam peruenisse nouimus,* „*flosculis totius boristicae vulgaris contexuimus: & qua-* „*si nouam quandam, in arte cyclopaediam tentauimus* „*autoritatibus scriptorum dicta nostra probantibus sex* „*millibus sextingentis. Notabilibus, elegantiis, vocabu-* „*lis, & hoc genus doctrinae quatuor milibus sexcentis.* „*Etsi non ignoro plures mecum decertaturos: sicut ego* „*cum prioribus. tamen qui candidus erit lector aequa* „*lance animaduertet. Impressus est* Catholicon: Vgu- „cion, Nestor, Papias, Alexander: *impressus est & ipse* „Paganellus, Lamola, *Fecesque aliae Triuialium. An* „*hoc* LANCILOTI *opus inferius, indignius, magisque* „*vituperio dandum?* &c. Libro secundo agitur *de hu-* „*manitate, seu humanitatis studiis.* Liber tertius com- „plectitur *haud vulgaria ad regulas circa principia, ad* „*vsque verbum.* Liber quartus continet *haud vulgaria* „*ad verborum regulas.* Liber quintus exponit *de idio-* „*matis verborum.* Liber sextus *de reliquis verbis, &* „*nominibus, vsque ad comparatiua.* Liber septimus „tractat *de reliquis nominibus per regulas ad vsque ad-* „*verbia localia,* &; liber octauus denique *finem regula-* „*rum & partium orationis reliquarum* ob oculos „ponit.„

Haec sunt, quae ab amico nostro, de CVRII LANCILOTI PASII, *institutionibus grammaticis,* relata accepimus, quibus quaedam supplementi loco addere licebit.

cebit. Descripta eadem editio *regiensis* & a raritate commendata fuit, in Theophili Sinceri *Notitia historico-critica librorum veterum rariorum, Francof.* 1753. in 4. p. 12 sqq. Michaeli Maittaire editio omnino incognita fuisse videtur. Recusum opus fuit, id quod etiam clariss. Blausus fugere videtur, *Parmae* 1514. in fol. vid. Thom. Hyde *Catalog. bibliothecae* bodleianae, *Oxon.* 1674. in fol. Tom. II. p. 37. In *lexicon eruditorum* Tom. III. col. 1284. duplex, occasione huius operis, irrepsit παρόραμα. Nam opus *de literatura non vulgari*, haud diuersum est, ab *obseruationibus non vulgaribus, in grammatica institutione.* Deinde opus non in *decem*, sed in *octo* tantum modo libros distinctum fuit. Quod CVRIVS LANCILOTVS PASIVS, hoc opere plagii sibi contraxerit suspicionem, patet ex Lilii Gregorii Gyraldi *de poetis sui temporis* dialog. II. Tom. II. *Operum* p. 420. vbi scribit: *Nec incelebris poeta, & grammaticus noster* ferrariensis *fuit* CVRIVS LANCILOTVS PASIVS, *laurea insignitus, qui post carmina, vt ea ferebant tempora, non penitus insulsa, libros reliquit S. P. Q.* regiensi *inscriptos*, de literatura non vulgari, *ob cuius librorum eruditionem, eius gloriae nonnulli inuidi, eum* Pomponio Laeto, *furto illos subtraxisse distulerunt.* Eadem fere refert, qui CVRIVM LANCILOTVM, omnium fere ludibrio, &, despectui expositum, vidit Ferrariae, Euricius Cordus, in *epistola* ad Ioachimum Camerarium, in qua, haec legimus verba: *Vidi hic* CVRIVM LANCILOTVM, *grammaticum illum insignem, sed hominem sordidum, deformem, abiectum, pauperrimum, omnibus fere odiosum, neque expertem infamiae. Suspicantur eum, tanti voluminis autorem non esse, sed graculum se pauoninis his pennis exornasse.* Inseruit hanc Euricii Cordi *epistolam*, Ioachimus Camerarius *Libello nouo, epistolas, & alia quaedam monumenta doctorum, superioris, & huius aetatis complectenti, Lips.* 1568. in 8. fol 33 sqq. Conf. Iacob. Thomasii *dissertat. de plagio literario* §. 481. edit. *Leucopetr.* 1679. in 4. Pomponium autem Laetum, opus satis amplum, *de arte grammatica*, composuisse,



quod nunquam editum fuerit, narrat praeter alios Niceron, in *Memoires* Tom. VII. p. 39. Praeter *commentationes in* Persium, quarum e libro IIX. *de arte grammatica*, Cap. XLVI. mentionem fecit Cl. Blaufus l. cit. p. 62. CVRIVM LANCILOTVM conscripsisse *expositionem in hortos* Columellae, *ad clarissimum* Florentiae *lumen*, Laurentium Medicen, quae in Bibliotheca laurentiana medicea Pluteo LII. adseruetur, manu exarata legimus in Io. Matth. Gesneri, Viri Cel. praefatione *scriptorum rei rusticae*, p. XIIII. & in Bernardi a Montfaucon *Bibliotheca bibliothecarum MStorum noua, Paris* 1739. in fol. Tom. I. p. 338. qui, illam editam etiam esse a LANCILOTO, *Regii X. Cal. Octobr.* 1493. *retulit.*

XXI.

Elementa rhetoricae, siue Capita exercitiorum studii puerilis & stili, ad comparandam vtriusque linguae facultatem, collecta a IOACHIMO CAMERARIO, & proposita in schola Tubingensi. Accessit quoque rerum & verborum in his memorabilium locupletissimus index. *Cum regio priuilegio ad quinquennium. Basileae* in 8. pp. 401. si praemissa, & indicem pp. 42. exceperis.

In fine, libro adscripsit typographus haec verba: Basileae, *sumptibus* Ioannis Oporini, *mense Martio. Anno MDXLI.* (1541). Librum ob insignem, quam promittit vtilitatem, semel, iterum, atque saepius, in vsum scholarum recusum, heic adferimus, propter ea quod omnes libros, & priores, in primis eorum editiones, qui CAMERARII nomen in fronte gerunt, & in nostras incidunt manus, paullo adcuratius describere, animo constitutum habemus. Incognita fuisse videtur prima haec editio, Georgio Summero, qui eam in *Catalogo omnium operum* IOACHIMI CAMERARII, plane omisit, neque visa Nicerono fuit, qui in *Memoires* Tom. XVIIII. p. 94. ad annum 1540. eam retulit. Scri-

pta

pta quidem est epistola dedicatoria, *ad magistros bonarum artium, & doctores philosophiae in academia tubingensi*, III. Id. Iunii an. 1540. sed typographi verba, quae excerpsimus, librum, quam ob caussam nescimus, anno demum 1541. prodiisse testantur. Omnis liber XXII. absoluitur capitibus, in quibus talia pertractat: *Prooemium, vbi & de narratione.*

Cap. I. *de fabulis* aesopicis.
II. *de vario vsu tractandae fabulae.*
III. *de emendandis discipulorum scriptis.*
IIII. *de narrationibus verisimilibus.*
V. *de fabulis poeticis.*
VI. *de historia.*
VII. *de oratorum narrationibus.*
IIX. *de expositionibus, &, descriptionibus.*
VIIII. *de Chriis.*
X. *de sententia, quae* γνώμη *dicitur.*
XI. *de Ethologia.*
XII. *de epistolis.*
XIII. *de comparationibus.*
XIIII. *de paraphrasi.*
XV. *de imitationis exercitio.*
XVI. *de subiectione rationum, siue* αἰτιολογία.
XVII. *de aenigmatis.*
XIIX. *de locis communibus.*
XVIIII. *de probationibus, & reprehensionibus, deque laude, & vituperatione.*
XX. *de carminibus componendis.*
XXI. *de proposito, quam vocant* θέσιν, *& declamationibus.*
XXII. *De declamationibus, & fictis materiis.*

Haec omnia CAMERARIVS, exemplis partim e veterum auctorum scriptis, partim e recentiorum scriptorum operibus, partim a se ipso confectis illustrauit. Anno 1545. prodiit, *Basileae, editio auctior, & emendatior, ex officina* oporiniana, quam plures aliae, vti iam diximus, sequutae fuerunt, de quibus vid. Niceron *Memoires* l. cit.

XXII.

Aureum planeque diuinum opusculum MERCVRII TRISMEGISTI de potestate ac sapiencia Dei: interprete Marsilio Ficino Florentino. in 4. folior. 50.

Communicauit editionis oppido rarae, nobiscum descriptionem I. B. Cramerus, bibliopola apud Cassellenses honestissimus, quam ipsis illius verbis heic repetimus: In fine legitur: *Desideratissimo* Christi Ihesu *op. max. auspicio vel maxime fretus extremam sane quam lepido huic opusculo manum imposuit spectatissimus ille vir* Ioannes Opilionis. *primarius ciuis metropolitane vrbis* Maguntine. *faustissima eorum propagine satus: qui diuinam ferme Calcographie artem propitiis fatis inueuerunt. Anno virginei partus 1503 octauo Idus Apriles. Proinde lector vale. siquidem lecta boni equique consulueris. sin minus. efficiat picntissimus indulgentissimusque parens ille Deus e vestigio resipiscas. Iterum atque iterum vale humanissime lector.*

Impressum & expletum est diuinissimum presens opusculum In nobili vrbe maguntina *artis impressorie inventrice illuminatriceque prima. Per* Ioannem Schoeffer *Anno domini millesimo quingentesimo tertio. In vigilia palmarum.* Hisce verbis insignia gentilitia Schefferi, adposita esse, retulit Cramerus, qui hac ratione pergit: *„ich würde gern glauben daß dieses Buch zu „Anfang der Buchdruckerkunst die Presse verlassen, wenn „mich nicht das Iahr desselben, so am Ende dieses Tra„ctats 2 mal vorkoemmt, eines bessern belehrte. Sonst „hat es fast alle marquen, wie solche an Büchern, so zu „der Zeit herausgekommen, befindlich sind, an sich, aus„ser das der Titul auf einem aparten Blatt würklich „dabei gedruckt, so wie solchen angegeben. Es befin„det sich aber in diesem Buche 1. stark vnd weisses Pa„pier, 2. sind die Littern in der Groesse, wie die ietzo „sogenannte mittelantiqua, vnd kommen an gestalt we„der mit den gothischen, noch roemischen überein, son„dern haben eine etwas runde, dicke, vnd rauhe form, „auf die Art, wie die alten Codices membranacei ge-*

„schrie-

„*schrieben sind; sie stehen auch nicht in gerader Linie; sondern immer einer hoeher als der andere, wie „denn an manchen Orten so viel spatium darzwischen, „daß es mannichmal wie* 2. *oder* 3. *Worte anzusehen.* „*Es befinden sich auch* 3*tens viel Buchstaben darunter, „so in eine matrice zusamgegossen worden z. e.* fi, im, ni, „de, pp. ci, iu, ti, po. 4*tens sind noch gar keine grose „Anfangsbuchstaben dabei befindlich, auch nicht einmal „in dem darzu leergelassenen Raume, wie sonst gewoen„lich kleinere Buchstaben beigefügt.* 5*tens kommen sehr „viel Abbreviaturen darinne vor, aber keine commata, „wohl aber an deren statt cola, auch puncta, und signa „diuisionis.* 6*tens ist zu denen darinne vorkommenden „griechischen woertern leerer Raum gelassen worden, „um solche mit der Feder hineinzuschreiben.* 7. *hat es „keine rubriquen, paginas, noch custodes, doch ist es mit „Signaturen versehen.*„ Conf. qui libri mentionem fecit Michael Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. II. p. 161.

Nostri instituti ratio non fert, vt repetamus, vel discutiamus, quae de HERMETE siue MERCVRIO TRISMEGISTO, eius aetate rebus gestis, & scriptis, quae illi tribuuntur, &, inprimis *Poemandro* retulerunt viri docti. Legant, quibus talia veterum Aegyptiorum commenta, nosse volupe fuerit, praeter scriptores mythicos, & Petrum Daniel. Huetium, in *demonstratione euangelica*, *vitam* HERMETIS TRISMEGISTI, a Francisco Patricio conscriptam, & praefixam HERMETIS *libellis integris XX. & fragmentis* Asclepii, *eius discipuli L. III. ab eodem* Franc. Patricio, *locis plus quam mille emendatis, inque ordinem scientificum redactis, & de graecis latine factis*, & in Adpendice, *nouae de vniversis philosophiae, Ferrar.* 1591. in fol. editis. Ioan. Henrici Vrsini *exercitationem, de* Zoroastre, HERMETE TRISMEGISTO, *&* Sanchuniathone, *Norimberg.* 1661. in 8. p. 73 sqq. Ioan. Henr. Roeseri *Dissertationem de* HERMETE TRISMEGISTO *literarum inventore, Witteb.* 1686. in 4. Elia d'Amato *Lettera degli Oracoli dell'e* Sibille *e de' libri di* MERCVRIO TRIS-

MEGISTO, in *Lettere erudite di* Elia d'Amato, *Genoua* 1714. in 4. P. I. p. 187 sqq. *Vnschuldige Nachrichten von alten vnd neuen theologischen Sachen* ann. 1714. p. 519 sqq. vbi legitur I. C. L. D. *kurtze Observation, dass die Geschichte* Mercurii *vnd* HERMETIS TRISMEGISTI, Mosen, *oder den Patriarchen* Ioseph, *oder vermuthlich beyde zugleich angehen.* Isti praeter ea legi merentur scriptores, quos adfert Ioan. Albert. Fabricius, in *Biblioth. graec.* L. I. Cap. VII. p. 416. Id tantum modo heic memorare fas erit, quod Marsilius Ficinus omnium exstiterit primus, qui hunc librum supposititium, latina ciuitate donauit, e codice graeco, quem Leonhardus, monachus pistoriensis, e Macedonia adtulerat, & Cosmo, e domo Medicea concesserat. Primo loco, hanc suam versionem, exscribendam typis curauit Ficinus *Taruisii* 1471. in 4. Initio editionis rarissimae, haec leguntur verba: MERCVRII TRISMEGISTI *liber de potestate & sapientia Dei, e greco in latinum traductus, a* Marsilio Ficino, Florentino, *ad* Cosmum Medicem, *Patriae Patrem Pimander incipit.* In secunda folii primi pagina, haec oculis subiiciuntur verba: *Tu quicunque es, qui haec legis, siue Grammaticus, siue Orator, seu Philosophus, aut Theologus scito.* MERCVRIVS TRISMEGISTVS *sum, quem singulari mea doctrina & theologica* Aegyptii *prius & barbari, mox Christiani antiqui Theologi ingenti stupore attoniti admirati sunt. Quare si me emes, & leges, hoc tibi erit commodi, quod paruo aere, comparatus, summa te legentem voluptate, & vtilitate afficiam. Cum mea doctrina cuicunque aut mediocriter erudito aut doctissimo placeat. Parce, oro, si verum dicere non pudet, nec piget. Lege modo me, & fatebere non mentitum, sed si semel leges, rursum releges, & caeteris consules, vt me emant & legant. Bene vale.*

Franc. Rhol. Taruisinus
Gerar. de Lisa *Scriptori*
mei copiam fecit
vt ipse caeteris
maiorem copiam

faceret

faceret
Taruisii
M. CCCC. LXXI. Nouember.

In fine voluminis haec leguntur: *Finitum M. CCCC. LXXI. die XVIII. Decemb.* Conf. Michael Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 302. *die Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. III. p. 210. Franciscus Rholandellus, qui, in officina typographica Gerardi de Lisa, plagulis relegendis, iisque emendandis operam dedit, ipse ille est, cuius *emendationes* exstant, *in* Varronem *de lingua latina*, in editione *parmensi* 1480. in fol. Alias editiones versionis Marsil. Ficini recenset Io. Alb. Fabricius l. cit. p. 48. In *Operibus* Marsilii Ficini, *Basil.* 1561. in fol. exstat addito commentario p. 1837 sqq.

XXIII.

Σιβυλλικοι χϱησμοι hoc est Sibyllina oracula ex vett. codd. aucta, renouata & notis illustrata a D. Ioanne Opsopaeo Brettano. Cum interpretatione latina Sebastiani Castalionis & Indice. *Parisiis* 1599. *Cum Priuilegio Regis.* in 8. form. maior. pp. 524. & 73. exceptis foliis 8. prioribus.

Quamuis Gerardus Ioannis Vossius *de veterum poetarum temporibus, Amstelod.* 1664. in 4. Dauid Blondellus in libro *des* SIBYLLES *celebrées tant par l'antiquité payenne, que par les SS. Peres, Charenton* 1649. in 4. Samuel Maresius, in *dissertat. de* SIBYLLIS, *&* *libris* Sibyllinis, Petrus Petitus *III. Libris de* SIBYLLA, *Lipſ.* 1686. in 8. aliique viri docti, id egerint, vt auctorem nominarent certum, cui haec *oracula* suppositiitia tribuerent, tempusque, quo conscripta fuerint, constituerent, eorum tamen nobis perplacet sententia, qui cum Seruatio Gallaeo, *Dissertat. de* SIBYLLIS, *earumque oraculis, Amstelod.* 1688. in 4. editis, XXI. p. 502. nulli particulari, adtribui posse, spuria haec scripta existimant, neque simul vno, eodemque tempore,

 ab



ab vno scriptore profecta fuisse sibyllina *carmina*, nec eo ordine, quo hodie reperiuntur, in libros IIX. digesta, fuisse conspecta, sed temporis successu, his illis quaedam, tanquam sibyllina addentibus, fuisse a quodam collecta, &, in illum ordinem, quo nunc supersunt, fuisse congesta statuunt. Conf. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. I. Cap. XXVIIII - XXXIII. p. 167 sqq. qui omnia, quae de SIBYLLIS, earum *oraculis*, variorum auctorum de iis sententiis, editionibus &c. dici poterant, summa cura, atque industria congessit, atque discussit. Primus inter viros doctos, cui haec gloria debetur, vt sibyllina *oracula* graeca, in vnum volumen collecta ederet, fuit Xystus Betuleius, augustanus, qui illa, e codice Bibliothecae augustanae, *graece* additis suis *castigationibus*, *Basileae apud Ioan. Oporinum* 1545. in 8. excudenda curauit. Mox *latinam metaphrasin heroicam* adornauit Sebastianus Castellio, &, *cum notis* quibusdam, ex eadem typographica officina, anno 1546. eadem forma, in lucem prodire iussit. De aliis recentioribus editionibus vid. Io. Alb. Fabricius l. cit. Cap. XXXII. p. 199. qui editionem Ioannis Opsopaei, quae ante oculos versatur, *elegantem in primis, & emendatam* esse ait. A singulari raritate, ea commendatur in *Catalogo Biblioth.* Kielmannseggianae Tom. I. p. 922. in *Catalog. Biblioth.* Daniel. Salthen. p. 392. *Prima* editio, Ioan. Opsopaei, teste Fabricio, l. cit. prodiit *Parisiis*, anno 1589. in 8. Nostra *secunda* est, quae *societatis typographicae* parisiensis *epistolam* dedicatoriam, *ad* Iacobum Augustum Thuanum, Aimerium, *sanctioris consistorii Consiliarium*, & *supremi* Galliarum *Senatus Praesidem*, Lutetiae Parisiorum, anno 1599. Idib. Septembr. scriptam, praefixam habet. In *praefatione ad Lectorem*, Io. Opsopaeus duo pertractauit capita, I. disquirit, an *oraculorum* istorum, SIBYLLARVM nomine publicatorum, & IIX. libris comprehensorum, SIBYLLAE sint auctores, id quod negat, ea quidem ratione, vt in libris istis, hactenus vulgatis, aliquot vera SIBYLLARVM *oracula*, pauca integra, sed multa deprauata, & interpolata contineri, at reliqua omnia, noua,

va, supposititia, ex variis auctoribus comportata, ex euentu composita, in eum, quo leguntur hodie, ordinem redacta, & subinde versibus aliquot adaucta esse confirmet. Ad II. an omnia, sint vnius SIBYLLAE, aut scriptoris, an vero plurium? cum Lactantio libro I. *de falsa religione* Cap. 6. respondet, singularum SIBYLLARVM, siue scriptorum, singulos quidem libros esse, vnius tamen credi, quia SIBYLLAE nomine circumferuntur, neque discerni, ac suum cuique propter confusionem adsignari posse putat, nisi erythraeae, quae & nomen suum verum carmini inseruit, &, erythraeam se nominauit. Absolutis duobus istis capitibus, illos nominat, qui suam operam, ad hanc editionem contulerunt. *Primum,* ait *duo MS.* SIBYLLARVM *exempla habuimus, quorum vnum integrum, alterum posterioribus libris, id est, parte quinti, sexto & septimo* libro *mancum fuit. Nam qui in nostris vltimus est, ibi erat primus. Integrum pro suo, erga studia publica fauore concessit nobis integerrimus Iurisc.* Fr. Pithoeus: *mancum eumque vetustiorem suppeditauit bibliotheca clariss.* Catharinae Mediceae, *reginae* Gallorum *olim prudentissimae. Deinde exemplar* SIBYLLARVM *ab* Aemaro Ranconeto, *praeside, suo tempore doctissimo, alicubi emendatum, quaternionem vnum MS. & magni illius* Ad. Turnebi *emendationes in I. librum, & partem* II. Nic. Turnebus *filius, patre dignus liberaliter communicauit. Post ea, multum nos iuuerunt* Ioann. Aurati *variae lectiones, in 1. librum, quas partim ex ipso viuo exceptae, partim ab* Antonio Baysio *accepi. Sed &* lactantiani *codicis vetustissimi ope plurima loca emendata sunt, quem optimum, sane vir opt.* Cl. Puteanus, *ex sua bibliotheca, pro ea, qua me solitus est, prosequi humanitate lubenter concessit. Postremo viri nobiliss. & eruditiss.* P. Delbernius, *&* Aimerius Thuanus, *ille* Hermeram *philosophum, hic* Procopium *graecos vtendos dederunt, ex quibus ellogia & fragmenta* SIBYLLARVM *nonnulla.* Praefationem sequitur Paulli Melissi Franci, *Comitis Pal. & Equ. Ciuis* romani *Melos, ad* Ioannem Opsopoeum Brettanum, *Med.* Myrtilleti

 ad Ni-



ad Nicrum (Heidelbergae) anno 1590. scriptum. Succedit illi Onuphrii Panuinii, veronensis, *de* SIBYLLIS, *& carminibus* sibyllinis liber, figuris SIBYLLARVM, nitide, & eleganter aere expressis exornatus. Ediderat Onuphr. Panuinius librum, *Venetiis* 1567. in 8. qui postea, cum nonnullis aliis eiusdem operibus, *Heidelbergae* 1588. in fol. recusus fuit. Gaudentius Robertus eumdem librum inseruit Tom. I. *Miscellaneorum* italicorum *eruditorum*, & Daniel Classenius addidit *libris III. de oraculis gentilium, & in specie de oraculis* sibyllinis, *Helmstad.* 1673. in 4. Subiunxit isti libro Panuinii, Opsopoeus, SIBYLLARVM *elogia*, & *testimonia*, ex veteribus auctoribus graecis, & latinis. Ipsis *oraculis* sibyllinis, quae p. 150. inchoantur, praemisit Marci Antimachi *praefationem*, in sibyllina *oracula*, graecam, cum versione latina, iisque Sebastiani Castellionis, *versionem latinam*, carmine epico expressam, e regione adposuit. Docuit is Marcus Antonius Antimachus, mantuanus, qui in Graeciam profectus, & a Ioanne Moscho, lacedaemonio, literis graecis eruditus fuerat, medio seculi XVI. tempore literas graecas Ferrariae. Vid. de eo, & scriptis eius Iof. Simleri *Bibliotheca* p. 468. Lilii Gregor. Gyraldi *προπαρασκευὴν dialogi* I. *de poetis sui temporis*, Tom. II. *Operum* p. 378. Christophor. Hendreich *Pandectae* brandenburg. p. 207. vbi grauem errorem admisit, cum isti Antimacho, homini Italo, tribueret *fragmenta graeca poetica*, ab Henrico Stephano, inter *poetas graecos principes* Tom. II. p. 480 sqq. edita, quae ad Antimachum colophonium, vetustum poetam graecum spectant. Conf. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. gr.* L. V. Cap. XLV. p. 476 sqq. Mortem amici sui Lilius Gregor. Gyraldus hoc epitaphio prosequutus est, quod legitur *Operum* Tom. II. p. 631 sqq.

Asta viator paululum
Breuis morae precium feres
Hac Marcus *est* Antonius
Antimachus *vrna conditus*
Qui patriae ac testudinis

Consors

Consors Maronis *exstitit,*
Et tullianae *lecythi*
Hunc graia par facundia
Seu carmen ille pangeret
Seu pede soluta scriberet.
Sed ne putes hunc tantula
Vrna tegi, cuius volat
Virum per ora gloria,
Quacunque florent literae
Bonae, vigetque humanitas.
I nunc viator collige:
Virtute nil praestantius.

In fine *oraculorum* sibyllinorum, occurrunt p. 414-461 & 497-504. *fragmenta oraculorum* sibyllinorum, ex variis auctoribus collecta, quibus inseruntur p. 462-496. *Excerpta e veteribus auctoribus, de* sibyllinis *libris, & eorumdem inspectione, praecipue vero* SIBYLLAE cumanae *adscriptorum.* Pagina 505-514. exstat *index in oracula* sibyllina, cuius in calce p. 515-524. *Commendatio pro* sibyllinis, *in veteribus membranis* Cl. V. Ioan. Nicolii *exhibita, quae* venerabili Bedae, *a nonnullis adscripta fuit.* Volumini finem imponunt p. 1-73. D. Ioannis Opsopoei *notae*, in sibyllina *oracula,* immixtis Xysti Betuleii, & Ioannis (Sebastiani) Castalionis *Annotationibus;* sequitur *priuilegium* regis Galliae, Abel Langelier, Bibliopolae parisino concessum anno 1599. id quod nos in eam fere adduxit sententiam, vt existimemus editionem *parisiensem* anni 1589. quam Fabricius, vt supra diximus, memorauit, minime exstare. In Thom. Hyde *Catalogo Bibliothecae* bodleianae Tom. II. p. 161. eadem editio Opsopoei in 4. etiam anno 1599. excusa dicitur. Repetitam editionem, *Paris* 1607. in 8. vitiosissime curatam esse, e Thom. Crenii *Animaduersion. philolog. & historicis* P. X. p. 73 sqq. adnotauit Io. Alb. Fabricius l. cit. p. 199. Recentissima, & elegantissima *oraculorum* sibyllinorum est editio, quae hanc in fronte gerit inscriptionem: Σιβυλλιακοὶ χρησμοὶ, *hoc est* sibyllina *oracula, ex veteribus codicibus emendata, ac restituta, & commenta-*

 riis

riis diuersorum illustrata, Opera & studio Seruatii Gallaei: *Accedunt etiam oracula magica* Zoroastris, Iouis, Apollinis *&c.* Astrampsychi *Oneirocriticum &c. Graece & Latine cum notis Variorum, Amstelodami apud Henricum & viduam Theodori Boom MDCLXXXIX.* (1689) in 4. Nonsolum omnia illa complectitur, quae in Ioannis Opsopoei leguntur, editione, sed praeter *obseruationes* etiam nouas, easdemque paullo vberiores, e diuersis scriptoribus excerptas, textum graecum exhibent, ad Codicem MS. antiquissimum, quem ab Eduardo Bernardo acceperat Seruatius Gallaeus, collatum, & pristino nitori, plurimis in locis restitutum. Conf. *Acta eruditorum* lipsiensia, anni 1690. p. 63 sqq. Idem Seruatius Gallaeus, ecclesiae walonicae harlemensis Pastor, iam antea euulgauerat *Dissertationes de* SIBYLLIS, *earumque oraculis*, cum figuris aeneis, *Amstelodami apud Henricum, & viduam Theodori Boom* 1688. in 4. pp. 657. Subiecit Dissertationibus, siue Capitibus de SIBYLLIS XXV. Caput XXVI. de Deo Hercule Magusano, & de Dea Nehalenna, in littore maris zelandici effossis. Plura vid. in *Actis eruditor.* lipsiens. anni 1689. p. 15 sqq. Conferri cum istis *dissertationibus*, & libris supra citatis, de SIBYLLARVM *oraculis*, omnino merentur, Photii *quaestio, quot fuerint* SIBYLLAE, quae *cum versione latina* exstat in Bernardi a Montfaucon *Bibliotheca* coisliniana, *olim* segueriana *MS. Paris* 1715. in fol. p. 347 sqq. Legitur illa etiam in Photii *epistolis, graece & latine*, a Richardo Montacutio, *Londini* 1651. in fol. euulgatis p. 201 sqq. Praeter ea vid. Erasmi Schmidii sibyllina, *in tria* τμήματα *distributa I. de* SIBYLLIS *ipsis, II. de libris* sibyllinis *in genere*, III. *de librorum* sibyllinorum, *qui adhuc exstant auctoritate, Vitemb.* 1618. in 8. Io. Markii *de* sibyllinis *carminibus disputationes academicae XII. Accedit breue Examen dissertationis* gallicae *de* sibyllinis *oraculis, a* Io. Crassetio *editae, Franeker.* 1682. in 8. Jean. Crasset *Dissertation sur les Oracles des* SIBYLLES, *augmentée d'une réponse à la critique de* Jean Markius, *à Paris* 1684. in 12. Defendit postea Markium

kium contra Craffetum Seruatius Gallaeus, in *Differtat. de oraculis* fibyllinis Cap. XXV. p. 596 fqq. Ifaac. Voffii *de* SIBYLLIS, *aliisque, quae* Chriftum *praedeceffere oraculis, differtat. Oxonii* 1679. in 8. Impugnavit hunc librum Richardus Simon, in *Caftigationibus ad opufculum* Ifaaci Voffii, *de* fibyllinis *oraculis*, quas fub *theologi cuiusdam* parifienfis nomine, fubiunxit *difquifitionibus criticis, de variis per diuerfa loca & tempora bibliorum editionibus, Londini* 1684. in 4. p. 221 fqq. Refpondet ei Voffius, in *refponfione, ad obiecta nuperae criticae facrae*, quae vt alias editiones taceamus, inferta fuit *variarum obferuationum libro, Londin.* 1685. in 4. p. 207 fqq. Euulgauit poftea Rich. Simon contra Voffium: *Opufcula critica aduerfus* Ifaacum Voffium, *cum adiectis excerptis, ex* Richardi Simonii *difquifitionibus criticis, Edimburg.* 1685. in 4. &, adfcito Hieronymi le Camus, *theologi* parifienfis nomine, *iudicium de nupera* Ifaaci Voffii, *ad iteratas* Richardi Simonii *obiectiones refponfione, ibid.* 1685. in 4. vid. Niceron *Memoires* Tom. I. p. 243 fqq. Tom. XIII. p. 159. Aduerfus Ifaacum Voffium etiam M. Ioannes Reiskius edidit *exercitationes, de vaticiniis* fibyllinis, *pluribusque quotquot* Chrifti *natalem praeceffiffe leguntur, ad libellum bis editum Viri Cl.* Ifaaci Voffii, *quibus accedit de numis duobus* fibyllinis *differtatio, Lipf.* 1688. in 8. Elia d'Amato *lettera degli oracoli delle* SIBILLE *e de' libri di* Mercurio Trifmegifto, fupra iam a nobis memorata fuit, cum de Marfilii Ficini verfione *Poemandri* diceremus. Praeter hosce, aliosque fcriptores, difquifitiones de SIBYLLIS, earumque *oraculis* lectu dignae exftant, in Anton. Poffeuini *Adparat. facr.* Tom. III. p. 214 fqq. in Guil. Caue *hiftor. liter. fcriptor. ecclef.* Tom. I. p. 57 fqq. in Cafimir. Oudini *Commentar. de fcriptoribus, &, fcriptis ecclef.* Tom. I. col. 142 fqq. in Honoré de Sainte Marie *Reflexions fur les regles, & fur l'ufage de la Critique, Parif.* 1717. in 4. Tom. II. p. 178 fqq. in *Bibliotheque françoife* Tom. XXXIIX. p. 331 fqq. Tom. XXXVIIII. p. 50 fqq. & p. 84 fqq.

vbi



vbi reperitur *Differtation fur les* SIBYLLES *par Mr. le Chevalier* de Solignac.

Cum nonnulli inter viros doctos, verſum SIBYLLAE erythraeae, qui libro legitur IIX. p. 367. edit. Opſopoei

Αἴλινος ἔκτοτε καιρὸς, ὅτι λῖνος αὐτὸν ὀλεῖται

ita exponerent, vt artis typographiae inuentionem illo portendi exiſtimarent, Fridericus Gotthilf Freitag, pater, ſcholae prouincialis portenſis Rector, eorum rationes, quibus quisque, pro confirmanda, ſua vtitur ſententia, ſub cenſuram vocauit, & SIBYLLAE verſum, de miſeris iis temporibus, quae imperante Hadriano, ingruere coeperant, explicuit, & verba graeca, ſic latine reddidit:

Miſerabile hinc erit tempus, quoniam carmen lugubre illud conſumet.

Ex eius enim ſententia, vox graeca λῖνος, non *linum* ſignificat, ſed λῖνος, ſeu λίνος, vtroque enim modo ſcribitur, Polluce, Heſychio, & Suida, teſtibus, εἶδος ᾠδῆς, *quoddam carminis genus* eſt, quod ἐν πένθεσιν *in luctu* Athenaeus ἐπὶ συμφοραῖς καὶ θρήνοις, *in luctuoſo argumento, adhibitum* Euripidis enarrator perhibet. Vid. *programma*, quo SIBYLLAE erythraeae *oraculum de typographia expendit, Numburgi* 1740. in fol.

XXIIII.

Oracula metrica IOVIS, APOLLINIS, HECATES, SERAPIDIS & aliorum Deorum ac vatum tam virorum quam feminarum, a Ioanne Opſopoeo collecta. Item ASTRAMPSYCHI Oneirocriticon a Ioſ. Scaligero digeſtum & caſtigatum. Graece & Latine, *Pariſiis M. D. XCIX.* (1599) in 8. pp. 114. ſi folia priora 10. & index folior. 3. non numeratus fuerit.

Oracula, quae in hac collectione occurrunt, e veterum ſcriptorum monumentis variis excerpta, & verſione latina proſaica ornata, a Ioanne Opſopoeo, in XIIX.

Claſſes

Classes distincta sunt. Sic occurrunt classe I. *Oracula* IOVIS dodonaei, II. APOLLINIS dodonaei, in Branchidis, III. APOLLINIS ismenii, IIII. APOLLINIS clarii, in Colophone, V. APOLLINIS milesii, VI. APOLLINIS pythii, in Delphis, VII. APOLLINIS sarpedonii, qui fuit Seleuciae, IIX. APOLLINIS incerti, VIIII. AMMONIS in Libya, X. MERCVRII, XI. HECATES, XII. SERAPIDIS, XIII. AESCVLAPII, XIIII. TROPHONII Lebadiae, XV. *incertorum deorum*, XVI. *vatum virorum*, inter quos occurrunt AMPHYLITVS acarnanensis, BACIDES, & DIOPITHES. XVII. *Vatum feminarum*, quae sunt XENOCLEA, Dei interpres, PHAENNIS, PHOEMONOE Apollinis delphici interpres, & PELIADES. XVIII. *Oracula in insomniis data*, quibus addidit *praetermissa* quaedam. Hisce vero *oraculis* praemisit *testimonia* aliquot *de oraculis Graecorum*. Non omnia, in *praefatiuncula*, quae sparsim, apud auctores veteres occurrunt, lectoribus obtrudere voluit, cum singula *oracula*, singulos tractatus requirerent. Nominat praeter ea Philemonem atheniensem, qui opus περὶ παντοδαπῶν χρησηρίων, Oenomaum philosophum, qui *de vanitate oraculorum*; Porphyrium, qui περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας, & Cornelium Labeonem, qui librum *de oraculo* Apollinis clarii, commentati sunt, simulque sperat, fore, vt isti libri aliquando e tenebris in lucem proferantur.

ASTRAMPSYCHI, quod *oraculorum* collectioni subiunxit *Oneirocriticon*, monosticha iambica graeca ob oculos ponit centum, & vnum *de somniorum significatione*, quibus Ioannes Opsopoeus, e regione, suam *versionem latinam* addidit, sermone soluto compositam. Quis ASTRAMPSYCHVS ille fuerit, incertum est, Magi Persae cuiusdam nomen esse, patet e Diogenis laërtii *prooem.* Sect. II. p. 3. edit. Marci Meibomii, & e Suida Tom. II. p. 480. edit. Ludolf. Küsteri. Sed ASTRAMPSYCHVS, sub cuius nomine *Oneirocriticon* exstat, *non admodum antiquus auctor* esse, videtur Aegidio Menagio, in *Obseruation.* ad Diogenis laërtii l. cit. p. 5. & Nicolao Rigaltio, qui id *ex charactere scribendi*

bendi, item, *e neglectu moduli syllabarum* adparere, perhibet. Suidas Tom. I. p. 360. haec tantum modo illo habet ἈΣΤΡΆΜΨΥΧΟΣ ὃς βιβλίον ἰατρικὸν, εἰς ὄνων θεραπείαν πεποίηκε, καὶ ὀνειροκριτικόν. Singulos istius *Oneirocritici* versus, per *lexicon* suum sparsim, omisso saepe auctoris nomine, protulit. Sed adnotauit Ludolf. Küsterus, in antiquioribus Suidae Codd. mss. istos desiderari versus, in aliis adscriptos esse recentiore manu, vt itaque satis dilucide adpareat, ab alio, illos additos esse, non ab ipso Suida, *lexico* insertos. Vt vero facili negotio, in Suida inueniri queant, singulas dictiones Suidae indicauit Ioannes Opsopoeus p. 114. eo ordine, quo Iambi sese insequuntur. Eiusmodi versuum septuaginta quinque collegit, iambisque senariis expressit Hadrianus Iunius, & inseruit *Animaduersorum* Libro I. Cap. XIIX. p. 59 sqq. edit: Cornelii van Arckel, *roterodamens.* 1708. in 8. vbi se ignorare ait, cui auctori tribui debeant. E Iunii editione, *graece* illos, & *latine*, exhibuit Iulius Caesar Bulengerus Tom. I. *Opusculor.* Libr. V. *de ratione diuinationis* Cap. 5. Olim etiam sub Nicephori, Patriarchae constantinopolitani nomine, perperam editos esse, innuit Opsopoeus, in *notis* ad ASTRAMPSYCHVM p. 113. Primus, qui illos restituit ASTRAMPSYCHO, fuit Iosephus Iustus Scaliger, e cuius emendatione Ioannes Opsopoeus edidit, in libro, qui in manibus versatur. Ex eadem recensione, & cum eadem Opsopoei *versione*, subiuncti fuere, a Nicolao Rigaltio, Artemidori *Oneirocritico*, quod edidit, cum aliis scriptoribus oneirocriticis, *Lutetiae, ex officina Claudii Morelli* 1603. in 4. Conf. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. IIII. Cap. XIII. p. 407 sqq. vbi & aliae ASTRAMPSYCHI editiones memorantur, L. V. Cap. XLV. p. 491. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 72. Christophor. Hendreich *Pandect.* brandeburg. p. 314. In *adnotationibus*, quas Ioan. Opsopoeus *Oraculis*, & ASTRAMPSYCHO adiunxit, non singulis *oraculis* immoratur, & minuta quaeque explicat, sed fontes tantum modo monstrat, vt lectores, de veritate lectionis, vel interpretatione dubitantes, sine labore, eos

consu-

consulere queant. *Notis* istis subiicitur *index*, qui nomina eorum, quibus, & de quibus data sint *oracula*, refert. Omnia illa inueniuntur, in *Adpendice*, quam Servatius Gallaeus, *oraculis* sibyllinis subiunxit p. 1-69.

XXV.

Oracula magica ZOROASTRIS, cum scholiis Plethonis & Pselli nunc primum editi. E Bibliotheca regia. Studio Ioannis Opsopoei. *Parisiis MDXCIX.* (1599) in 8. pp. 144.

Eidem officinae typographicae, e qua sibyllina *oracula*, in lucem exierunt, hic etiam liber, natales suos refert. Caussam vero, quam ob rem, a typographis liber pagina 7. inchoatus fuerit, ignoramus. Nonnulla in nostro exemplari, & forte Opsopoei *praefationem* desiderari existimabamus, sed librum, omni ex parte esse, integrum cognouimus, e repetita Seruatii Gallaei editione, in qua nihil reperitur, quod in eo non exstet. Initium libri faciunt *testimonia veterum aliquot scriptorum, de* ZOROASTRE, quibus adduntur *fragmenta* quaedam, ZOROASTRIS e Plutarcho, *de* Iside, *&* Osiride, & *defectu oraculorum*, & ex Eusebii *praeparationis euangelicae* Libr. I. cap. vltimo. ZOROASTRIS, quae heic leguntur λόγια, siue *oracula*, sexaginta versibus, neque integris, neque recto fortassis ordine descriptis, constant. Primum *graece, cum scholiis graecis* Gemisthi Plethonis edita fuisse a Lodoico Tolerano, *Paris* 1538. in 4. scribit Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. graec.* L. I. Cap. XXXVI. p. 248. &, qui illum sine dubio sequitur, *lexici eruditorum* auctor Tom. II. col. 2584. Sed eiusmodi Lodoicum toletanum, Ludovicum *von* Toledo, vnquam exstitisse dubitamus, cum liber *Paris.* 1538. *ex officina typographica* Ioannis Lodoici Tiletani, typographi parisiensis seculi XVI. celeberrimi, de quo vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. III. p. 3 sqq. in lucem prodierit, id quod testatur Michael Maittaire l. cit. p. 285. Ios. Simlerus *in Biblio-*



bliotheca p. 691. Cum vero librum, oculis nostris non conspeximus, nemini, hancce coniecturam nostram obtrusam, esse volumus. Alias editiones, quae editionem Ioannis Opsopoei antecesserunt, recenset Io. Alb. Fabricius l. cit. Praeter suam versionem, is addidit Plethonis διασάφησιν τῶν ἐν τοῖς λογίοις τούτοις ἀσαφέστερον εἰρημένων cum versione latina. Τοῦ σοφωτάτου ψέλλου ἐξήγησιν εἰς τὰ αὐτὰ λόγια, eiusque Ἔκθεσιν κεφαλαιώδη καὶ σύντομον τῶν παρὰ Χαλδαίοις δογμάτων, quam primus, e bibliotheca regia, produxit parisiensi, suamque versionem subiunxit; Post illam collocauit *Magica* ZOROASTRIS *oracula*, Plethonis *commentariis enarrata*, Iacobo Marthano, pictauiensi, interprete. Istam *versionem*, *Parisiis*, e Ioannis Lodoici Tiletani officina typographica 1538. in 4. in lucem exiisse, adparet e Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. III. p. 299. In *praefatiuncula* ad Lectorem, se, Conradi Neobarii, qui teste Mich. Maittaire, l. cit. p. 3. Tiletano, operam ministrauit in excudendo, precibus extentis, adductum esse scribit, vt hanc *versionem* suam ederet. Istius in calce leguntur Ioannis Opsopoei *notae* quaedam. Petrus Lambecius postea ZOROASTRIS *oracula*, cum Opsopoei, & Marthani *versione*, inseruit *Prodromo Historiae literariae*, *Hamburg.* 1659. in fol. p. 94 sqq. principiumque, & extremam partem *scholiorum* Pselli, atque Plethonis, veluti specimen quoddam exhibuit p. 113 sqq. Seruatius Gallaeus vero, omnia, quae in editione Ioannis Opsopoei, parisiensi exstant, recudenda curauit, in calce *oraculorum* sibyllinorum p. 71 sqq. Multo perfectior, istorum *oraculorum* est collectio, quam dedit Franciscus Patricius, qui e multis veterum Graecorum, in primis platonicorum, quos nominat Io. Alb. Fabricius l. cit. p. 249. scriptis, trecentos viginti plus minus versus eiusmodi *oraculorum* conquisiuit, dimidios saepe, quos inuenit, vel singulos versus, pro argumenti adfinitate, coniunxit, in vndecim sectiones diuisit, latine vertit, & praefixa, de ZOROASTRE *dissertatione*, *graece & latine* edidit, in *adpendice* libri, qui talem, prae se fert titulum: Francisci Patricii *noua, de vniuer-*

sis

sis philosophia, in qua aristotelica *methodo, non per motum, sed per lucem, & lumina, ad primam causam ascenditur. Deinde propria* Patricii *methodo, tota in contemplationem venit diuinitas: postremo methodo* platonica *rerum vniuersitas, a conditore Deo, deducitur. Ad sanctiss.* Gregorium XIIII. *Pont. Max. & eius successores futuros Pontt. maxx. omnes. Opus rerum copia, & vetustissima nouitate, dogmatum varietate, & veritate, methodorum frequentia & raritate, ordinis continuitate, rationum firmitate, sententiarum grauitate, verborum breuitate, & claritate, maxime admirandum. Ferrariae apud Benedictum Mammerellum anno 1591. Superiorum concessu.* in fol. Conf. Daniel. Georgii Morhofii *Polyhistor. philosophic.* Libr. I. Cap. I. §. 12. p. 7 sqq. die *Nachrichten von einer* hallischen *Bibliothek* Tom. I. p. 205 sqq. De aliis editionibus vid. Io. Alb. Fabricii *Biblioth.* gr. l. cit. Petrus Lambecius Franc. Patricii collectionem inseruit l. cit. p. 97 sqq. In Thom. Stanleii *historia philosophiae*, a Godofredo Oleario, in latinum sermonem conuersa, *Lips.* 1711. in 4. leguntur e Francisci Patricii editione, *graece* & *latine*, subiectis Ioan. Clerici *notis* p. 1178 sqq. Nouam illorum *versionem* concinnauit, &, vt scribit, *rigidiore lima expoliuit, vt clarius sententiarum lumen fulgeat*, Otto Heurnius, L. II. *Antiquitat. barbaricae philosophiae, Lugd. Bat.* 1600. in 12. Eamdem versionem, *Prodromo* suo, *histor. literar.* indidit Petrus Lambecius p. 107 sqq. Sed minime haec Heurnii elegantior versio, omnium suffragio comprobata fuit. Thomas nimirum Stanleius l. cit. p. 1177. scripsit: *dum ea oracula* Heurnius *nititur stylo expolire, & meliori latinitate induere, quae genuine ac sincere tradiderat* Patricius, *ea inquinauit ac corrupit. Temere praeterea continuam orationem, ex hisce fragmentis, inter se nequaquam connexis, & apud varios scriptores sparsis, efficere studuit.* Conf. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* l. cit. p. 249 sqq. vbi adnotauit, multa, a Ioanne Opsopoeo, Francisco Patricio, aliisque eiusmodi *Oraculorum* editoribus, relicta esse, quibus viri docti, ingenii sui acumen exercere queant, cum

multa, ab iis interpretibus male accepta, & quia argumenta, de quibus *oracula* agunt, paucis perſpecta ſunt, inepta plerisque, vel ſenſus expertia videntur.

ZOROASTRIS hiſtoria, tot fabulis atque figmentis adſperſa, atque obſcurata eſt, vt verum ſegregare a falſo, admodum difficile, & vt Fabricius l. cit. recte pronunciauit, maioris operae ſit, quam pretii. Praeter ea, quae Franciſcus Patricius, in *diſſertatione* ſupra citata, de hiſtoria & ſcriptis, quae falſo & perperam ſub eius nomine circumferuntur, tradidit, euolui merentur, Io. Henrici Vrſini de ZOROASTRE bactriano, Hermete Triſmegiſto, Sanchoniathone phoenicio, *eorumque ſcriptis, & aliis, contra* moſaicae *ſcripturae antiquitatem exercitationes familiares*, quae cum Chriſtophori Arnoldi *ſpicilegio*, prodierunt *Norimbergae* 1661. in 8. Thomae Hyde *Hiſtoria religionis veterum* Perſarum, *Oxonii* 1700. in 4. Cap. XXIIII. p. 307 ſqq. Henr. Gottl. Schneideri *Diſſertationes hiſtoricae philologicae tres, de nomine, & vita* ZOROASTRIS, *Viteberg.* 1707. & 1708. in 4. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. IIII. p. 2925 ſqq. Ludewig Freyherrn von Holberg *Vergleichung der Hiſtorien vnd Thaten, verſchiedner, inſonderheit orientaliſch vnd* indianiſcher *groſer Helden, vnd berühmter Mænner, nach* Plutarchi *Beiſpiel, Copenhagen* 1753. in 8. P. II. p. 1 ſqq. Nemo autem doctius, & adcuratius, de rebus ad ZOROASTREN pertinentibus, diſſeruit, quem ſaepe, honoris cauſſa nominauimus, Io. Alberto Fabricio, l. cit. Cap. XXXVI. p. 243 ſqq.

De Georgio Gemiſtho, qui patria byzantinus fuit, & Pletho nominari maluit, temporibusque Michaelis Palaeologi, in Peloponneſo, aliquamdiu vixit, & in Italia, verſatus eſt, cum concilium, ſub Eugenio IIII. anno 1483. Florentiae celebraretur, nec non de multis eius ſcriptis, editis pariter atque ineditis, vid. Ioſ. Simleri *Bibliothec.* p. 227. Leonis Allatii *Diatribe de* Georgiis, *& eorum ſcriptis*, in Io. Alb. Fabricii *Bibioth. graec.* Tom. X. p. 739 ſqq. Eum primum fuiſſe, qui Alexandrinorum Platoniſmum, quem nemo fere inter Latinos,

praeter

praeter Ioannem Scotum Erigenam, pernouerat, apud Hetruſcos, in lucem extulit, & occaſionem dedit, platonicam ſectam, poſt tot rerum viciſſitudines reſuſcitandi, patet e Marſilii Ficini *prooem.* in Plotinum, *ad Magnanimum* Laurentium Medicen, *Patriae ſeruatorem*, in quo renaſcentis platoniſmi originem, & progreſſus exponit, & inter alia, haec refert: *Magnus* Coſmus *ſenatusconſulto Patriae pater, quo tempore Concilium inter* Graecos, *atque* Latinos, *ſub* Eugenio *Pontifice*, Florentiae *tractabatur*, *philoſophum graecum*, *nomine* Gemiſthum, *cognomine* Plethonem, *quaſi* Platonem alterum, *de myſteriis* platonicis *diſputantem*, *frequenter audiuit. E cuius ore feruenti, ſic eſt adflatus protinus, ſic animatus, vt inde academiam quandam, alta mente conceperit, hanc opportuno primum tempore pariturus. Deinde cum conceptum tantum, magnus ille* Medices *quodammodo parturiret, me electiſſimi medici ſui* Ficini *filium, adhuc puerum, tanto operi deſtinauit, ad hoc ipſum educauit indies; operam praeterea dedit, vt omnes, nonſolum* Platonis, *ſed etiam* Plotini *libros graecos haberem* &c. Conf. Angeli Mariae Bandinii Viri Cl. *Specimen literaturae* florentinae *ſeculi XV.* P. II. *Florent.* 1751. in 8. §. XXXIII. p. 55 ſqq.

De Michaele Pſello nonnulla, vbi opportuna data fuerit occaſio, proferemus.

Ioannis Opſopoei, brettani, Palatini, medici, vitam, & fata expoſuere Melchior Adami, in *vitis medicorum* germanor. p. 145 ſqq. Paul. Freherus in *Theatro viror. eruditione claror.* p. 1296. Niceron in *Memoires* Tom. XXXVII. p. 402 ſqq. Io. Conrad. Zeltnerus in *Theatro virorum eruditorum, qui ſpeciatim typographiis laudabilem operam praeſtiterunt*, *Norimberg.* 1720. in 8. p. 397 ſqq. Iacob. Burckhardus, in libro, quem inſcripſit *Medicus grauiſſimus, humanitatis ſtudiorum vindex*, *Wolfenbüttel.* 1716. in 8. p. 52. Mortuus eſt Heidelbergae, e Gallia redux, anno 1596. aetatis anno XL. Inſignem errorem admiſit Dauid Blondellus, in libro *des* Sibylles *celebrées, tant par l'antiquité payenne, que par les SS. Peres* Chap. XXVIIII. vbi Opſopoeus, *typo-*

graphus basileensis, sibyllina *oracula* dicitur inseruisse *Orthodoxographis.* Nam & Opsopoeus confunditur cum Oporino, & editio Oporini, cum editione Henrici Petri *Orthodoxographorum.*

XXVI.

Μιχαήλου τοῦ ΨΕΛΛΟΥ περὶ ἐνεργείας δαιμόνων διάλογος. MICHAELIS PSELLI, de Operatione daemonum dialogus. Gilbertus Gaulminus Molinensis primus graece edidit, & notis illustrauit. *Lutetiae Parisiorum, sumptibus Hieronymi Drouart, via Iacobaea, sub scuto solari. M.DCXV.* (1615). *Cum priuilegio Regis.* in 8. pp. 153. si praemissa pp. 13. &, Catalogus auctorum pp. 7. non numeratus fuerit.

Primus, qui *dialogum* PSELLI, in quo Timotheus, & Thrax περὶ ἐνεργείας δαιμόνων, aduersus Manetem, & Euchitas disputant, reipublicae literariae cognitum reddidit, Marsilius sine dubio Ficinus est, qui *excerpta*, ex illo dedit *latina*, cum aliis platonicorum *excerptis*, saepius edita. E praestantioribus, atque rarioribus editio est, quae talem in fronte gerit titulum: *Index eorum, quae hoc in libro habentur.* Iamblichus *de mysteriis* Aegyptiorum, Chaldaeorum, Assyriorum. Proclus *in* Platonicum Alcibiadem *de anima, atque daemone.* Proclus *de sacrificio, & magia.* Porphyrius *de diuinis atque daemonibus.* Synesius Platonicus *de somniis.* PSELLVS *de daemonibus.* *Expositio* Prisciani *&* Marsilii *in* Theophrastum *de sensu, phantasia, & intellectu.* Alcinoi platonici *philosophi, liber de doctrina* Platonis. Speusippi Platonis *discipuli liber de* Platonis *difinitionibus.* Pythagorae *philosophi aurea verba. Symbola* Pythagorae *philosophi.* Xenocratis *philosophi* platonici *liber de morte.* Marsilii Ficini *liber de voluptate*, in fol. In calce illius legitur: Venetiis *mense M. III. D.* (1497) *in aedibus* Aldi, vid. Michael Maittaire *Anal.*

nal. typogr. Tom. I. p. 632. Conf. quae is ibidem, p. 653. not. 12. adnotauit. Io. Georg. Schelhornii Viri S. R. *Amoenitates literariae* Tom. I. p. 98. die *Merkwürdigkeiten der kœnigl. Biblioth. zu* Dreſden Tom. I. p. 492 ſqq. Chriſtiani Theophili Vngeri, *de* Aldi Pii Manutii, romani, *vita, meritisque in rem literatam liber ſingularis,* quem nuper cum re publica literaria communicauit Samuel Lutherus Geret Vir Cl. *Vitemberg.* 1753. in 4. Sect. III. p. LXXXV. ὡς ἐν παρόδῳ heic memorare licebit, quod iſtam platonicorum collectionem, & in primis Iamblichum, Ficinus nuncupauerit Ioanni Medici, &, in *epiſtola* dedicatoria, ex turpi adulatione, & profano *ſacrae ſcripturae* abuſu, eiusmodi verbis vſus fuerit: *Eſt homo* Florentiae, *miſſus a Deo, cui nomen eſt* Ioannes, *heroica* Medicum *ſtirpe natus: hic venit in teſtimonium, vt de ſumma patris ſui magnanimi,* Laurentii, *apud omnes autoritate teſtimonium perhiberet. Huic ergo & tu precor* (Iambliche) *de ſingulari meo, erga eum amore teſtimonium perhibeto* &c. Religioſior Ficino, fuiſſe omnino videtur Aldus, vel is potius, qui in officina aldina, librum recudendum curauit, cum profanam hancce parodiam expunxit. Legitur *Epiſtolarum* Marſilii Ficini L. VIIII. fol. 159. Conf. Io. Georg. Schelhornii Viri S. R. *Amoenitates literar.* l. cit. p. 78 ſqq. vbi alia exhibentur, e Ficini ſcriptis, ſpecimina, quae profanum eius animum produnt. Poſt Marſilium Ficinum, integram *dialogi de operatione daemonum,* concinnauit *verſionem,* e codice, quem e bibliotheca Iacobi Santandreani, Canonici S. Mariae, pariſienſis acceperat, Petrus Morellus, turonenſis, & edidit cum *praefatione* Franciſci Feuardentii, *Pariſiis, apud Guilielmum Chaudiere* 1577. in 8. vid. Vigneul de Marville *Melanges d'hiſtoire, & de literature* Tom. II. *Pariſ.* 1725. in 8. p. 335 ſqq. vbi de hoc PSELLI libro, inter alia ſcribit: *Certainement ce livre de* PSELLVS *eſt bien peu de choſe, & ne merite preſque pas d'être lû. Cet auteur avouë, qu'il tenoit toute ſa doctrine d'un méchant Moine, qui à la fin ſe convertit à ce qu'il dit.* Locum inuenit Petri Morelli *verſio,* in



Bibliotheca maxima patrum lugdunensi Tom. XIIX. p. 589 sqq. Gilbertus Gaulminus, molinensis, de quo nonnulla diximus, cum Eustathii *de Amoribus* Ismenii *&* Ismenes describeremus editionem, in *Adparatu literario* Tom. I. p. 233. e duobus codicibus, altero, quem ipse possidebat, altero, quem a Federico Morello acceperat, *dialogum graecum*, addita e regione, Petri Morelli *versione latina*, edidit. In epistola dedicatoria, ad Nicolaum Verdunum, *equitem, amplissimique ordinis Principem*, hoc PSELLI libello, nihil vnquam inter veteres Graecos, in hoc scribendi genere adcuratius, elegantiusque prodiisse, adfirmare haud dubitat. In *praefatiuncula, ad lectorem*, quae in recensendo hoc auctore, ab illo praestita fuerint, hisce verbis exposuit: *Amice lector*, PSELLVM περὶ ἐνεργείας δαιμόνων, *graece nunquam antea editum, nunc primum tibi damus; Notas praeter ea, quas singulis diebus, pro penso operarum, scripsimus. In illis quid praestiterim, Tu pro candore Tuo iudicabis, ego pro modestia mea tibi indicabo. Auctoris ipsissima verba, quam emendata vt haberes, maxime curaui, sed ne hoc quidem per operarum, quas non inspexi, celeritatem licuit, quae corrupta in MS. erant emendaui, quae difficilia explicui; quae interpolata restitui — Sed omiseram poene, quae duo maxima, in hoc opusculo praestiti, breuitatem & modestiam; vtramque inuenies, qui candide de vtraque senties. Caeterum theologica & philosophica, quae quam plurima sunt, ideo non attigi, quia hoc fuisset* μάζαν ὑφ' ἑτέρου μεμαγμένην ἁρπάζειν — *Symbolum contulit characteres* arabicos *suos* (in Gaulmini notis) Gulielmus le Bè *typographus, vir linguarum orientalium studiosissimus, & si haec secula permitterent, eximius illarum propagator futurus.* Praefationem sequuntur Nicolai Borbonii, Chr. Belargerii, Io. Artisii carmina graeca, & latina, in Gaulminum, ob editum PSELLVM encomiastica. Succedit praefatiuncula typographi, *ad Lectorem*, in qua Eustathium, se breui editurum esse nunciat. Libello adiectus est *catalogus auctorum editorum, & ineditorum, qui in* Gaulmini *notis citantur, illustrantur, emendantur.* Cum

haec

haec Gaulmini editio praecipue in Germania, raro inveniretur, eam Daniel Hasenmüllerus recudendam curauit, *Kilon.* 1688. in 12. sed minus emendate, vt Io. Albert. Fabricius Tom. V. *Biblioth. graec.* p. 27. in not. Leonis Allatii *diatrib. de* Psellis, *eorumque scriptis*, subiecta *) testatur. Conf. Jean le Clerc *Bibliotheque universelle* Tom. XV. p. 118 sqq. Conradus Gesnerus in *Bibliotheca*, & ex illa Iosias Simlerus in *Bibliothec.* p. 505. MICHAEL. PSELLVM, duos libros graecos, *de daemonibus* scripsisse retulit, & clausula sane *dialogi*, qui ante oculos versatur, μὴ ἄχθου φίλτατε ἀνδρῶν. θεοῦ γὰρ παρέχοντος εἴποτε ἐοι συνέχθειμεν, ὃ ἂν τῷ λόγῳ ἐνδῇ, φιλοτίμως ὑπὲρ τὰς συββακουσίων δεκάτας καταθησόμεθα, idem fere testari videtur. *Inde coniectare licet*, scribit Gaulminus, in notis p. 151. *verum forsan esse, quod* Gesnerus *scriptum reliquit*, PSELLVM *duos de daemonibus libros scripsisse, quodsi verum est, certe nec interpretes* Morellium, *&* Ficinum, *legisse illos apparet; etsi de* Ficino, *quis dubitet, ideo maxime, quod in excerptis e* PSELLO, *quae cum excerptis pariter ex* Iamblicho, Proclo, *&* Porphyrio *edita sunt, aliqua vltimo capite afferat, quae desumpta ex secundo illo, siquis, libro, videri possunt.* E libro autem PSELLI, qui inscribitur Τίνα περὶ δαιμόνων δοξάζουσιν Ἕλληνες, illa, a Ficino fuisse desumta, quae in capite excerptorum suorum vltimo leguntur, perhibet Leo Allatius, in *diatribe de* Psellis, *eorumque scriptis*, apud Io. Alb. Fabricium l. cit. p. 28. vbi simul adnotauit, quod isti *de daemonibus* libri duo, Michaeli cuidam ephesio, a nonnullis tribuantur.

Nemo Leone Allatio melius, historiam exposuit MICHAELIS CONSTANTINI PSELLI, Philosophi, Theologi, Historici, & Medici πολυγραφωτάτου, qui seculo XI. ad finem properante, scriptis suis inclaruit, & Michaeli Ducae, Imperatori, Constantini Ducae filio, ab educatione fuit. Conferri tamen cum iis, quae Leo Allatius l. cit. tradidit, omnino merentur, quae in Iosf. Simleri *Bibliotheca* l. cit. Anton. Possevini *Adparatu sacr.* Tom. II. p. 445 sqq. Guilielmi

Caue Histor. *literar. scriptor. eccles.* Tom. II. p. 136 sqq. & p. 55. vbi *dialogum de operationibus daemonum*, verisimiliter a MICHAELE PSELLO, qui seculo VIIII. exeunte vixisse dicitur, conscriptum esse prodidit, leguntur. Vid. praeter ea Casimir. Oudini *Commentar. de scriptor. & scriptis eccles.* Tom. II. col. 646 sqq. Gerard. Ioan. Vossii *de Historicis graecis* L. II. Cap. XXVI. p. 228 sqq.

XXVII.

IOH. ANTONII VENERII *Nobilis Veneti*, de Oraculis & diuinationibus Antiquorum Tractatus succinctus & exquisitus. *Basileae Apud Henricpetrinos:*. CIↃIↃCXXVIII (1628) in 4. pp. 56. si folia 2. priora excepta fuerint.

Libellum esse rarum, nos docet *Catalog. Biblioth.* Daniel. Salthenii p. 336. vbi prima editio, quae *Venetiis* 1624. in 4. in lucem prodiit, memoratur. Lectoribus auctorem, & libellum, inscriptione quadam commendauit Franciscus Cortesius. Omnis liber, in quo auctor profanorum scriptorum sententias, de origine, ac interitu oraculorum exponere, & examinare constituerat, in XII. diuisus est capita, quorum argumenta heic adscribere licebit.

Capite I. exponitur *oraculorum antiquorum natura & ratio.*

II. *Sententia* Mercurii Trismegisti.

III. *Antiquorum sententia de angelis & daemonibus examinatur.*

IIII. *Quid de malo, ac de malis daemonibus, senserint antiqui*, narratur.

V. *Quam sententiam de oraculis & vatibus habuerit* Porphyrius, differitur.

VI. Exponitur *in quibus* Iamblichus *a* Porphyrio *differat, & quam vaticinationum caussam adducat.*

VII. Commemoratur, *quid a* Platone, *& ab illius asseclis, de vaticinationibus doceatur.*

IIX. *Sen-*

IIX. *Sententia* Procli *de diuinationibus per sacra*, proponitur.

VIIII. Plutarchi *sententia*, *de caussa & effectibus oraculorum*, examinatur.

X. *Occurritur obiectis, nascentibus ex supra dictis.*

XI. Considerantur *sententiae philosophorum* Auicennae, Auerrois, Alexandri, Petri Pomponatii.

XII. *Opinio* Aristotelis, quam & auctor amplectitur, *optima esse* demonstratur. Illius sane est sententia, omnium mirabilium, quae narrantur, caussam adsignari non posse; sed Peripateticum negare ea, quae supra naturae vires sunt, vnquam accidisse, & credere potius, vel a malis idololatricae religionis sacerdotibus, lucri obtinendi caussa, vel ab exercituum ducibus, ad animandos milites; vel a legum latoribus, ad populi obedientiam, legibus comparandam conficta fuisse. Quia vero negari non possit, multos homines spiritu rapi, quo a se ipsis alienantur, & in furorem versi multa dicant, & faciant, quae ignorant, & quae propterea, a nulla illorum animi facultate prouenire videantur; id autem cum Aristotele, abundantiae bilis calidae tribuit, qua nonnulli, quia calor ille sedi mentis vicinus est, morbis vesaniae implicentur, aut instinctu lymphatico feruescant, ex quo, vt Aristoteles ait, Sibyllae efficiuntur, & Bacchae, & omnes, qui diuino spiraculo inspirari putantur, cum scilicet id non morbo, sed naturali intemperie accidat. Caussas vero defectus oraculorum, cum Aristotele VENERIVS hasce profert; primo quia mutata religione, lymphati, non Deo pleni, sed amentes, vel daemone capti, nunc existimentur, neque eorum verba, ponderentur vt diuina, sed vel stulta, vel fallacia, vt a communi hoste proficiscentia credantur. Deinde, quia, cum multa in his oraculis, a sacerdotibus, & principibus fingerentur, populus tandem dolum cognouerit, & fidem oracula amiserint. Io. Iacob. Gronouius, & Gaudentius Robertus, librum inseruerunt, hic Tom. III. *miscellan.* italic. *eruditor.* ille *thesauro antiquitatum graecarum* Tom. VII. col. 325 sqq.

XXIIX.

Directorium humane vite alias parabole antiquorum sapientum. in fol. form. minor, folior. 82.

Vix inuenietur liber, si *scripturam sacram* exceperimus, quem tot gentes, in vernacula sua legant, quam is, cuius titulus heic comparet. Natales suos, vt peruulgata virorum doctorum opinio est, Indiae acceptos refert, in qua illum, ante duo amplius annorum millia, *Indorum vernacula*, in lucem exiisse scribunt. Quis auctor illius fuerit, nondum inter viros doctos conuenit, cum alii alium nominant libri auctorem. Abrahamus Ecchellensis, in *notis*, ad *catalogum librorum* chaldaicorum *siue* syriacorum τῦ Hebed-Iesu, *Mogunt.* 1655. in 8. Cap. CLXI. auctorem testimonio, ad id Ismaelis Sciahinsciah, in *historia gentium*, vsus ISAMVM, quintum Indorum regem fuisse perhibet. *Catalogus* leidensis p. 303. librum BIDPAO tribuit, qui illum, in regis Dabsjelim gratiam, composuisse fertur. Eiusdem sententiae fuisse videtur Petrus Daniel Huetius, in *Traité de l'origine des Romans* p. XXI. edit. quae cum fabula romanensi Zayde dicta, *Amsterd.* 1715. in lucem exiit in 12. vbi scribit: *Ce livre est si peu différent, des apologues, qui portent le nom de l'* Indien PILPAY (siue, vt rectius scribitur BIDPAI) *& qui ont paru en* françois, *depuis quelques années, qu'on ne peut pas douter, qu'il n'en soit l'original, ou la copie: car on dit, que ce* PILPAY *fût un Bramin, qui eut part aux grandes affaires, & au gouvernement de l'estat des* Indes, *sous le Roi* Dabehelin; *qu'il renferma, toute sa politique, & toute sa morale dans ce livre, qui fût conservé par les Rois des* Indes, *comme un trésor de sagesse, & d'erudition.* Fuerunt tandem alii, qui auctorem adpellarent CROISAM. Sed ab omnibus istis sententiis discessit Christianus Rauius, in *Catalogo MS. orientalium* Centur. I. num. 20. & librum a quodam BVSSVR GEVHAR confectum esse prodidit. Quisquis vero libri indici fuerit auctor, hanc potissimum in libro

compo-

componendo iniit rationem, vt regem induceret Indiae Dabsielim, qui, in aliis versionibus aliter, & in latina, qua vtimur, Disles adpellatur. Is philosopho cuidam, qui in latina versione Sendebar dicitur, varias proponit quaestiones, ad quas ille per bestiarum, & volucrum ora, respondere solet, & per fabulas, & apologos, malitiam, fraudem, & stultitiam cum reliquorum hominum, tum in primis in principum aulis, describit.

Cum fama libri ad Anasuranum, siue Chosroëm, siue Nuschi-ravan, qui tempore Iustiniani Imperatoris, Persiae sceptrum tenuisse memoratur, peruenisset, libri legendi cupiditate accensus, medicorum suorum principem PERZOEM, siue PIROZEM, siue PEROZEM, seu, vt in latina versione vocatur, BEROZIAM, hominem callidum, & versutum, ad Indos, magna pecuniae vi instructum ablegauit, qui ope cuiusdam philosophi indici, in cuius se insinuauerat gratiam, librum, veluti thesaurum sacrosanctum, in regis indici cimeliarchio reconditum, adeptus descripsit, in Persiam deportauit, & in *Persarum vernacula* ex idiomate indico conuertit. Rem pluribus verbis exposuit Simeon Sethus in *prolegomeno* I. versioni, quam dedit, graecae praemisso, & a Petro Possino, in linguam latinam, vt infra dicemus, transscripto p. 547 sqq. Aliis verbis, historia deportationis, ex India in Persiden libri, legitur in versione latina, vbi rex Anastrescasri, rex Edom, adpellatur. Exstant in variis Europae bibliothecis, varii versionis persicae codices MS. qui plerumque in bibliothecarum catalogis, titulo: *Enwari Suheili* adnotantur. E Petri Daniel. Huetii *Traité de l'origine des Romans* l. cit. tres diuersas exstare versiones persicas intelligimus. Nam *la reputation de ce livre*, ait, *étant allée jusqu'à* Nouchirevon, *Roi de* Perse, *il en eut adroitement une copie, par le moyen de son Medecin, qui le traduisit en* Persan, *que le Calife* Abujafar Almansor *fit traduire de* Persan *en* Arabe, *& un autre d'* Arabe *en* Persan. *Après toutes ces traductions* persiennes, *on en fit encore une nouvelle, différente des precedentes, sur laquelle on a fait la* françoise. Bartholom. d'Herbelot

in

in *Bibliotheque orientale*, *Paris* 1697. in fol. p. 118. illum, qui ex persico, librum in arabicum transtulit idioma, HASSAN BEN SOHAIL, *Vizir du Khalife* Almamon nominat, qui a suo nomine libro titulum fecerit *Anvar Sohaili*. E verbis illius oppido adparet, varios exstitisse inter Persas, qui huic operi conuertendo insudauerint. Sunt illa talia: Anvar Sohaili *les lumieres de* Canopus. *C'est le titre d'un livre fort fameux dans tout l'Orient, que* HASSAN BEN SOHAIL, *Vizir du Khalife* Almamon *traduisit du* Persien *en Arabe, c'est pour quoi il lui donna son nom: car* Sohail *en* Arabe *signifie* l'Etoile de Canopus. *Cet ouvrage est originalement écrit en* Indien, *& a porté premierement le nom de* Testament de Houschenck *ancien Roy de* Perse, *de la premiere dynastie, & celui de* Giavidan Khird, *c'est à dire* la sagesse de tous les siécles. *Il fut premierement traduit de la langue* indienne, *en la langue* Pehelevienne, *qui est celle des anciens* Persans, *par* BVZROVICH *Medecin du Roy* Cosroes *surnommé* Nouschirvan, *que ce Prince avoit envoyé exprès aux* Indes, *pour recouvrer ce livre: Cette traduction porta le nom* Persien *de* Humaioun Nameh, livre auguste. ABOVL MAVLI *mit cette traduction en langue* Persienne *moderne: mais son travail fut retouché & enrichi par* HOVSSAIN KASCHEFI, *& porta depuis le titre de* Calilah u Damnah, *aussi-bien que celle, qui a été faite en langue* Turque *pour le Sultan* Soliman. *Car c'est un dialogue, entre deux animaux, aux quels on a donné ces deux noms propres* &c. Khondemir *dit*, scribit Bartholom. d'Herbelot de eodem libro p. 245. *que le libre* Calilah u Damnah *fut composé en faveur de* Baharam Shah *penultieme Sultan de la Dynastie des* Gaznevides, *Prince d'un tres grand merite, & qui favorisoit beaucoup les gens des lettres. L'auteur du* Lebtarikh *écrit dans la vie de ce même Prince, qu'il aimoit extrement les lettres & ceux qui en faisoient profession: que l'on lui dédia plusieurs beaux ouvrages, & entr' autres celui de* Kalilah *&* Damnah, *composé par* NASVALLAH *fils d'* Abdelhamid *en l'etat que nous le voyons aujourd'hui*

jourd'hui dans la langue Persienne *en prose & que ce fut le poete* ROUDEKI *qui le mit depuis en vers. C'est ce même livre, lequel a été traduit en langue* Turque, *& qui porte le titre d'* Anvâr Sohaili, les lumieres de Sohail, *ou de l'astre qui porte le nom de* Canopus.

Ex indica etiam lingua, effictam fuisse versionem *syriacam*, auctore BUD-PERIDIOTA, relatum legimus in Ebed-Iesu *Catalogo* l. cit.

E persica lingua, vti iam e verbis Huetii intelleximus, liber Califae Abujafar Almanzoris, qui forte idem est, quem Herbelotius Califam Almamon adpellat, in *arabicum* sermonem conuersus fuit, eiusque versionis codices, mox titulo *Anvâr. Sohaili*, mox titulo: *Kelilah wa Dimnah*, siue *Kelibah wa Dimnah* circumferri solent. Prioris tituli originem exposuimus verbis Herbelotii citatis, posteriori occasionem dederunt duo animalia, e genere quadrupedum, quos Arabes *Thoës*, Persae autem teste Herbelotio p. 118. *Schacal* adpellare solent, de quibus vid. Iacobi Golii *Lexicon arabicum*, *Leidae* 1653. in fol. p. 153. Samuelis Bocharti *Hierozoicon* P. I. L. III. *de feris quadrupedibus* Cap. XII. col. 841 sqq. edit. *Lugd. Batau.* 1712. in fol. In sectione nimirum I. & II. duo *Thoës*, quorum alter *Kelilah*, alter *Dimnah* nominatur, omnem fabulam peragunt. Incredibile vero est, quot immutationibus, & corruptelis, iste titulus obnoxius fuerit. In Bibliothecarum enim catalogis, pro *Kelilah* expressum inuenimus *Calaileg*, *Calaileget*, *Clilab*, *Kelila*, *Kilile*, *Clila*, & *Cybile*; e *Dimnah* autem *Damnag*, *Damnab*, *Wademanab* (vbi coniunctio copulatiua *wa* pro prima vocis syllaba sumitur) *Demno*, *Dymna*, *Dimne* &c. effictum fuit. Latina versio librum, plus vna vice, titulo: *belila*, & *belile* & *dimne* producit. Arabica postea versio, originem dedit *turcicae*, *hebraicae*, *graecae*, & *persicae nouae*.

Turcicam, iussu Imperatoris Solymanni, cuius autem nescimus, confictam fuisse, & titulo *Caliláh u Damnáh*, exstare, retulit Herbelotius, verbis supra citatis. Sed inueniri etiam codices turcicos, qui titulum *Humaiun Nameh* prae se ferunt, patet inter alia e Francisci a

Meignien



Mesgnien Meninski praefatione, quam *Thesauro* suo *linguarum orientalium* turcicae, arabicae, persicae, *Viennae* 1680. in fol. praemisit.

Versionem *hebraicam*, concinnasse dicitur quidam R. IOEL, cuius nomen quidem adtulit Io. Christophor. Wolfius in *Biblioth. hebr.* Tom. III. p. 350. quis vero ille fuerit, se nescire profitetur. Cum haec versio hebraica incidisset in manus IOANNIS DE CAPVA, qui circa annum 1262. vt in Io. Alb. Fabricii *Bibliothec. latin. med. & infim. aetatis* L. III. p. 917. relatum legimus, vixisse traditur, ciuitate illam donauit *latina*. Euulgata fuit ea versio latina, titulo, quem adscripsimus, *Directorii humanae vitae*. Editio, qua, e beneuolentia Io. Christophori Gottschedii Viri cel. vtimur, literis gothicis impressa, & multis figuris, ligno incisis, quae fabularum & prologorum referunt argumenta, refertus est, quae seculi, quo liber euulgatus fuit, satis superque produnt genium. Neque vero loci, neque typographi, nec anni indicium additum est. Nos tamen minime falli eos existimamus, qui librum in Germania, seculo XV. ad finem properante, in lucem prodiisse dixerunt. Sine dubio eadem est editio, de qua Maturinus Veyssiere la Croze, ad Ioan. Christophor. Wolfium scripsit; *versionis hebraicae versionem, inter libros meos habeo, typis editam, veteribus literis in 4. imaginibus ligno incisis, ornatam, nec anni, nec loci nominibus additis.* Si enim formam libri spectaueris, ita comparata est, vt pro forma maiori, quam folio dicunt, aut pro illa, quae quarta maior nominari solet, venditari queat. In secunda tituli pagina, figura ligno incisa, refert regem solio insidentem, cui nonnulli homines adstant, e quibus vnus, regi librum offert. Duplex latini interpretis, praemissus est prologus, e quibus prior, hisce verbis conceptus est. *Verbum* IOHANNIS DE CAPVA *post tenebrarum olim palpitationem ritus* iudaici: *diuina sola inspiratione ad firmum & verum statum orthodoxae fidei reuocati. Cum plura diuersarum scientiarum genera prospexerim in lingua fundata* hebraica: *non parue vtilitatis in eruditionem*

tionem christianorum consortii, vt in sacris scripturis. & diuinis moralibus atque medicinalibus ipsa ex predicta lingua in latinam *reducere meus animus respirauit. Inter que nunc hunc libellum dictum* belila. *ex illa lingua in hanc: nunc esse vidi non etiam immerito transferendum. Est enim opus virorum intelligentie animarum multe informationis. & nihil earundem non modice delectationis. Ad honorem autem diuine trinitatis. sanctissimique eius nominis exaltationem. salutem & meritum anime. fortitudinem corporis & roborationem. atque dierum productionem Reuerendi patris & domini domini* Mathei *dei & apostolice sedis gratia.* Titulo sancte Marie in porticu diaconi cardinalis. *motus sum presens opusculum in lingua* latina *interpretari. Ad te igitur prefate pater domine dirigitur hic libellus & vt tuarum alarum gratie protectione. pusillus interpres. ad alia maiora vtiliora & nobiliora. manum imponat. ex altera prefatarum linguarum in alteram cum audacia reducenda.* Prologus posterior hisce inchoatur verbis:

Pro sapientibus & insulsis hic liber factus est.

Hic est liber parabolarum antiquorum sapientum nationum mundi. Et vocatur liber belile & dimne. *& prius quidem in lingua fuerat* indorum *translatus. Inde in linguam translatus* persarum. *Postea vero reduxerunt illum* arabes *in linguam suam. Vltimo exinde ad linguam redactus fuit* hebraicam. *Nunc autem nostri propositi est: ipsum in linguam fundare* latinam. *Est autem liber delectabilis: verbis doctrine: & preciosis sermonibus plenus. quem optauerunt sapientes nationum mundi. qui sua verba sapientie scientie. ac doctrine manifestare voluerunt: fuit autem a principio sapientum: vniuersarum linguarum & gentium affectio: suam sapientiam patefacere: donec inter eos consilio habito concordauerunt: librum conficere: & ipsum adoptare in linguam bestiarum: ferarum: volatiliumque qui est hic liber. Fecerunt autem ipsum propter tria. Primum quidem. vt adinuenirent causam. per quam suam sapientiam vniuersis hominibus prouulgauerunt. Aliud vero quia iste liber est ad scientiam & ludum. Addiscet enim*

eum sapiens propter sapientiam que in ipso est, stultus vero ad ludum & solacium. Tertium vero: quoniam pueri & qui delectantur audire parabolas: & verba puerilia gaudebunt addiscentes ipsum. vt facilis ipsis reddetur eius agnitio: propter dulcedinem verborum: ac sermonum delectationem. figurarumque & imaginum intuitionem que in ipso sunt ex memoratione ferarum & bestiarum atque volatilium. & ceterorum sermonum delectabilium vsque ad tempus quo creuerit puer, & eius intellectus vigorabitur quo recordabitur omnium illarum parabolarum: quas in tempore suo didicerat iuuentutis. & eas non intelligebat. & reducens omnia illa ad sui mentem: inueniet ipsa omnia: doctrinam & deam sapientie &c. In eo, quod reliquum est, auctor, vtilitatem libri pluribus verbis, exposuit, &, prolatis in medium nonnullis fabulis, & apologis, confirmare sustinuit. Etsi quidem iste *prologus*, a latino interprete compositus videtur, illum tamen mutatis mutandis, ex hebraico, & arabico desumtum esse idiomate, propter ea crediderimus, quod eaedem fabulae inueniuntur, in latina versione Petri Possini, e graeca Simeonis Sethi confecta, vbi in *prolegomeno* leguntur *secundo*, quod *praefationem complectitur* Simeonis Sethi, graeci *interpretis, qua tradit rationem libri, vtiliter legendi.* Vterque igitur interpres, IOANNES DE CAPVA, &, Simeon Sethus, fraudulenter egisse, &, alienum laborem sibi tribuisse videtur, id quod tamen iis indagandum relinquimus, quibus hebraicam, arabicam, & persicam versionem, euoluendi potestas concessa fuerit. Liber ipse, in latina versione XVII. absoluitur capitibus, quibus breuis narratio praefixa est, vnde discimus, qua ratione liber indicus, per Beroziam medicum, in Persiam perlatus fuerit. Argumenta capitum haec sunt:

Capitulum primum *est de* Berozia: *& est equitatis & timoris dei.* In Petri Possini versione latina, hoc caput *prolegomenon* constituit III. &, *praefatio* dicitur Perzois *medici, qui hunc librum ex lingua* indica, *in* persicam *conuertit.*

Capitulum secundum *est de leone & boue & est capitulum de dolo & seductione.*

Capi-

Capitulum tertium *est de inquisitione causę* dymne *&* *est capitulum de fine illius, qui delectabatur in malo alterius.*

Capitulum quartum *est de columba. & est de fidelibus sociis.*

Capitulum quintum *est de coruo & sturno. Et est de eo qui confidit de inimico suo. & quid vltimo accidit ei.*

Capitulum sextum *de symea & testudine. & est de eo qui affectat habere amicum: & postquam acquirit ipsum nescit eum conseruare donec amittit ipsum.*

Capitulum septimum *est de heremita & de eo qui celer est in negotiis suis: & non respicit vltima.*

Capitulum octauum *de murilego* (fele) *& mure. Et de inimico qui requirit pacem cum suo inimico tempore necessitatis.*

Capitulum nonum *de rege & aue. Et de sociis qui inimicantur ad inuicem. & quo debeant se cauere ad inuicem.*

Capitulum decimum *de* Sedra *rege. & de eo qui prorogat iram suam: vt vicia sua superet.* In Petri Possini versione latina hoc caput praecedit octauum & nonum.

Cap. vndecimum *de venatore, & leena & est de eo qui desinit a malefaciendo alteri propter malum quod sibi accidit.* In Petri Possini versione hoc caput, tria alia praecedunt.

Capitulum duodecimum *de Heremita & peregrino. Et est de eo qui relinquit opera propria & facit quae non debet.* In P. Possini versione caput vltimum est.

Capitulum decimum tertium *de leone & vulpe. Et est de amore regum qui restituitur post inimicicias.* Quae in hoc capite *de vulpe* narrantur, interpres graecus, e cuius idiomate Possinus suam concinnauit versionem, de *Thoë* retulit, quod animal, si figuram & naturam eius spectaueris, ad vulpem proxime accedit. *Nous n' avons rien dans ce pays-ci,* inquit Barthol. Herbelot l. cit. p. 118. *qui en*



approche plus que le renard, soit pour la figure, soit pour l'instinct.

Capitulum decimum quartum *de aurifice & serpente & est de facienda misericordia.*

Capitulum decimum quintum *de filio regis & sociis eius. Et est de diuina sententia quam nemo potest effugere.*

Capitulum decimum sextum *de auibus. Et est de sociis & proximis, qui se inuicem decipiunt.* Hoc caput cum proxime sequenti

Capitul. decimo septimo *de homine qui praestat aliis consilium, sibi autem nullum potest praestare,* in Petri Possini versione frustra quaesiuimus. Exstat autem p. 619. in Possini versione, *parabola de rege murium Troglodyta,* quae in IOANNIS DE CAPVA versione desideratur.

In fine capitis XVII. praeter verba: *Explicit liber parabolarum antiquorum sapientum,* nihil amplius legitur.

Versionem *graecam,* quam etiam ex arabico sermone compositam, diximus, adornauit iussu Alexii Comneni, Imperatoris byzantini, SIMEON SETHVS, qui seculo XI. ad finem vergente, Constantinopoli, in palatio Antiochi Eunuchi, magister, & protouestiarius fuit. Praeter hanc versionem, nonnulla opera alia ipse composuit, & ex arabica lingua, in graecam conuertit, de quibus vid. Leonis Allatii *diatribe de* Simeonum *scriptis, Paris.* 1664. in 4. P. I. p. 181 sqq. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca graec.* L. V. Cap. XLII. p. 319 sqq. John Freind *Histoire de la Medecine* Tom. I. P. I. *Rotterd.* 1727. in 12. p. 411 sqq. Fecit versioni suae titulum Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης, quod Petrus Possinus vertit *Coronatus & vestigator.* Adiecit Possinus, Georgii Pachymeris Michaeli Palaeologo, *Romae typis barberinis* 1666. in fol. form. max. edito *Glossarium,* vbi etiam p. 389 sqq. vox ἰχνηλάτης explicatur, eiusque deriuatio adfertur. Quibuscum conf. merentur, quae Claudius Maltretus, ad Possinum scripsit. Illa leguntur in *Glossario,* Pachymeris Andronico Palaeologo, *Romae* 1669.

addito

addito p. 482 sqq. Libri graeci versio, a PETRO POSSINO elaborata, *latina*, adpendicem constituit historiae Michaelis Palaeologi, a Georgio Pachymere conscriptae, hoc titulo: *Adpendix ad obseruationes* pachymerianas *Specimen sapientiae* Indorum *veterum Liber olim ex lingua* indica *in* persicam *a* PERZOE *medico: ex* persica *in* arabicam *ab anonymo: ex* arabica *in* graecam *a* SYMEONE SETH, *a* PETRO POSSINO Societ. Iesu *nouissime e* graeca *in* latinam *translatus*, p. 545 — 620. Quia autem PETRVS POSSINVS, *textum* SIMEONIS SETHI *graecum* omiserat, illum edidit, *nouam*que *versionem* composuit SEBASTIANVS GOTTOFREDVS STARCKIVS, & hoc titulo, in lucem emisit: *Specimen sapientiae* Indorum *veterum. Id est liber ethico-politicus peruetustus dictus* arabice Kelilah Wadimmah, Graece Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης. *Nunc primum* Graece *ex MSS. Cod.* Holsteiniano *prodit, cum versione noua* latina. *Berolini sumptibus Io. Michael. Rüdigeri. Stanno Vlrici Liebperti Typ. elect.* 1697. in 8. pp. 508. except. praefat. & indice, vid. recensio in *Actis eruditor.* lipsiens. 1697. p. 379 sqq. Codicem Leonis Allatii, quo vsus est PETRVS POSSINVS, auctiorem fuisse holsteniano, quem expressit STARKIVS, patet inprimis e tribus *prolegomenis*, quae in posteriore editione desiderantur. Refert e *catalogo MSS. librorum*, quos Comes Sparuenfeldius, bibliothecae vpsaliensi intulit, Christophor. Aug. Heumannus in *Actis philosoph.* Tom. II. p. 187. quod inter illos, codex exstiterit MS. e quo lacunae editionis starkianae suppleri potuerint. Conf. de SIMEONIS SETHI versione graeca Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* l. cit. p. 324 sqq.

Versio *persica noua*, quam ad textum arabicum, effectam diximus, NASRALLAE cuidam BEN MVHAMMED tribuitur a Gilberto Gaulmino, qui illius dedit versionem *gallicam* titulo: *les fables de* PILPAY *philosophe* indien, aliquoties in Gallia, Belgio, & Germania typis excusam. Conf. Barthol. d'Herbelot *Bibliotheque orientale* p. 206. & 456. & p. 399.

Ad versionem latinam IOANNIS DE CAPVA, quam descripsimus, expressae nobis videntur recentiores versione

fiones, *betrufcae* nimirum, *teutonicae*, & *caftellana*, fiue *hifpanica*.

In *betrufcam* linguam, liber bis translatus dicitur; altera verfio prodiit titulo: *la moral philofophia del Doni tratta da gli antichi fcrittori, overo la philofofia de' Sapienti antichi, fcritta da* Sendebar *moraliffimo Filofofo* indiano, *& tradotta nella lingua* tofcana *da gli Academici Peregrini, Venet.* 1553. in 4. cum figuris, & *Ferrar.* 1610. in 8. Altera eiusmodi abfurdum praefixum habet titulum: *Lelo demno del Governo de regni fotto morali effempiati animali ragionanti tra loro, tratti prima di lingua* indiana. In *Ferrara* 1583. in 8. Leo Allatius *de claris* Simeonibus p. 182. hanc pofteriorem verfionem infpexit, & obferuauit ineptum interpretem crediditfe *Lelum Demnum* hominem fuiffe Saracenum, qui librum e lingua indica, in agarenam transfcripferit.

Verfio *teutonica* ab Eberhardo I. duce wirtenbergenfi adornata, vel potius eius iuffu confecta dicitur, & fine dubio ipfe ille liber eft, de quo in Martini Crufii *Annal.* fueuicor. P. III. *Francof.* 1596. in fol. L. VII. Cap. X. p. 439. haec talia legimus: *laboriofus erat* (Eberhardus) *nec vnquam otiofus: femper prudentiam, actionum fuarum ducem faciens. Nihil, vnde quid laudis effet, intentatum relinquebat. Inde illud eius, Attempto, Doctorum & prudentium virorum amator: inutilium fumptuum amputator: temperantiae, caftitatis, clementiae, confectator. Ex quotidiana porro eruditorum familiaritate, tam eruditionem confecutus eft; vt quamuis* latinarum *literarum ignarus effet, tamen de omnibus rebus differere poffet: cum quidem ingenio memoriaque valeret. Doctos inter fe committebat ad difputandum iudicium de rebus prudenter ferebat, coemebat* germanicos *de quibusuis rebus libros: quosdam fcriptores curabat* germanice *conuertendos, atque in legendo frequens erat. Hinc & eloquenter ornateque dicebat. Librum ipfe eruditum de Aulica vita* germanice *fcripfit, aliisque cafibus mundi, tali epigraphe*, de Dictis Sapientum, *quam audio* latine, *&* italice *conuerfum effe*. Verba a Martino

no Crusio h. l. margini adscripta *Reinart Fuchs*, *Regnard*, indicare videntur, Crusium existimasse, fabulam notissimam de *vulpecula Reineke*, quae vt omnes hodie norunt, Henricum ab Alkmar auctorem habet, a Duce Eberhardo compositam esse. Cum igitur ea in re, opinione sua deceptus fuit Crusius, librum *de dictis sapientum*, versionem esse nobis persuademus teutonicam, operis quod descripsimus, quae iussu Eberhardi concinnata fuit, vt praeter alios testatur Sebastian. Gottfr. Starkius in *praefatione* libri cit. §. 22. qui varias versionis teutonicae editiones recenset, vbi omnium sine dubio, editio prima est, quam Eberhardo adhuc vivo, *Vlmae apud Leonhardum Hollen* in fol. an. 1483. prodiisse memorat, cum hac inscriptione: *Beyspiel der alten weysen von Geschlecht zu Geschlecht*, cum figuris CXXV. Conf. Io. Georg Schelhorn *Amoenitates liter.* Tom. III. p. 135. qui eamdem editionem, titulo paullo immutato: *das Buch der Weisheit der alten Weisen von Anbegin der Welt von Geschlecht zu Geschlecht*, *Vlm per Leonh. Hol.* 1483. cum fig. fol. protulit. Innotuit nobis editio a Starkio omissa, hoc titulo ornata: *Der Alten Weisenn exempel sprüch mit vil schœnen Beyspilen vnd figuren erleuchtet. Darinn fast aller Menschen Wesen, Hændel, Vntrew, List, Geschwindigkeyt, Neyd vnd Haß figuriert vnd angezeygt werden. In welchen auch nicht weniger der heymlich Neyd vnd Haß, so sich bey weilen an kuniglichen, vnd fürstlichen Hœfen, zwischen Ræthen, vnd anderen des Regiments Verwandten, mit falscher Schmeychlerey, vnd verræhterey der Boßhafftigen, wieder die getrewen vnd frummen zutragen, gleichwie in eim spiegel ersehen vnd erkannt werden. Allen menschen nicht alleyn fruchtbarlich vnd kurtzweilig, sondern auch schimpflich, vnd ernstlich zu lesen, vnd zu hœren.* Refert titulus, figuram regis sedentis, adscriptis hisce verbis: *K. Anastres Taszri*, & stantem philosophum cum nomine *Berosias*. In fine typographus, talia coronidis loco adposuit: *Getruckt vnd volendt in der loblichen Statt* Strasburg, *bey* Iacob Frœlich. *Als man zalt nach der Geburt Christi vnsers*

Herrn Tausent fünffhundert vnd Neun und Dreyssig Iar. Liber in folio excusus, CVII. foliis absoluitur. Ex eadem officina typographica, repetita prodiit editio, eodem titulo insignita, an. 1545. in fol. vid. *Kurtze Nachricht von den Büchern, vnd deren Vrhebern in der* stollischen *Bibliothek* Tom. I. *Ien.* 1733. in 4. p. 205 sqq. Siegm. Iacobi Baumgarten viri S. R. Anmerkung 159. zur *algemeinen Welthistorie* Tom. IIII. p. 331. T. VIIII. p. 693. num. 604.

Versionem exstare *hispanicam*, e praefatione versionis hetruscae retulit Sebast. Gottfr. Starkius l. cit. in *praefat.* §. 21. vbi, & reliquarum versionum, de quibus diximus, mentionem fecit. Promiserat quidem Adamus Eberti, versionem latinam, e codice hispanico, editione starkiana, quintuplo auctiorem, sed quod nos sciamus, promissis nunquam stetit. Vid. *Noua literaria* lipsiens. ann. 1725. p. 365 sqq. Conf. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. V. Cap. V. p. 460 sqq. &, quae etiam diligenter consuluimus Wilh. Ernesti Tenzelii *colloquia menstrua*, s. *monathliche Vnterredungen* anni 1695. p. 707 sqq. anni 1697. p. 572 sqq. Iacobi Bruckeri *Historia critica philosophiae* L. II. Cap. IIII. §. IIX. Tom. I. p. 210 sqq.

XXVIIII.

CONFVCIVS *Sinarum philosophus*, siue scientia Sinensis latine exposita. Studio & opera Prosperi Intorcetta, Christiani Herdtrich, Francisci Rougemont, Philippi Couplet Patrum Societatis Iesu, iussu Ludouici Magni, eximio missionum orientalium, & litterariae reipublicae bono, e bibliotheca regia in lucem prodit. Adiecta est tabula chronologica Sinicae monarchiae. Ab huius exordio ad haec vsque tempora. *Parisiis apud Danielem Horthemels, via Iacobaea, sub Maecenate M.DCLXXXVII.* (1687) *cum priuilegio Regis.*

Libri

Libri dedicationem ad Ludouicum Magnum regem christianissimum, sequitur *prooemialis declaratio* pp. 124. in qua, Operis origo, & scopus, nec non sinensium librorum, interpretum, sectarum, & philosophiae quam naturalem vocant, descriptio exhibetur. Inter libros sinensium classicos, & praecipuae auctoritatis, ii praesertim nominantur, qui per antonomasiam *V kim*, id est, *quinque volumina* dicuntur, & ii, quos *Su xu*, id est, *Tetrabiblion* adpellare consueuerunt. Inter *quinque volumina*, quae *V kim* dici intelligimus, notissimum illud etiam reperitur opus, quod *Ye kim* adpellatur, & a FOHI gentis sinicae fundatore conscriptum fuisse dicitur. Lineolis, & quidem paucis, certo numero atque situ pictis, omne opus constat, quae variis interpretibus, & sinensibus, & europaeis, vberrimam praebuere materiam, in arte se exercendi diuinatoria. Annis iam mille, & octingentis, monarchia steterat sinica, cum tandem Oedipus adparuit, rex Ven Vam, qui hisce lineolis, octo octies, inter se mutuo commutatis, octo rerum principalium mutuas vicissitudines exponere adgressus est. Conatus est idem, eius filius Cheu Cum, & quidem copiosius quam pater, sed vtriusque interpretatio adeo obscura, totque mysteriis, aenigmatibus, & hieroglyphicis notis inuoluta est, vt pater, iuxta & filius, aenigmata, nouis inuoluisse aenigmatibus omnino videatur. Quingentis fere post annis ipse CONFVCIVS nodum soluere sustinuit, qui arcanas FOHI lineolas, & interpretationes ipsas, hac ratione interpretatus est, vt omnia, partim ad naturas rerum, maxime elementorum, & quae cuiusque propriae sunt adfectiones, & qualitates, partim ad mores, & disciplinas hominum retulerit. Cum vero & haec satis obscura, & intricata essent, sinenses in sequuturis temporibus, tanto plus mysteriorum, in hisce FO HI lineolis latere existimarunt, quanto minus verum, & genuinum earum perceperunt sensum, eamque ob caussam, ad sortes, & auguria, lineolis aenigmaticis abuti coeperunt. Conf. Martini Martinii *Historia* sinica, *Amstelodami* 1659. in 8. p. 6. Theophili Spizelii *de re literaria* sinen-

 sium

ſium *liber*, *Lugd. Batau.* 1660 in 12. Sect. IIII. p. 56 ſqq. Sect. VI. p. 82 ſqq. Tandem noſtris temporibus verum lineolarum ſenſum eruendi gloria, reſeruata fuiſſe videtur viro omni laude maiori, Godofredo Guilielmo a Leibnitz, qui, re adcuratius penſitata, arithmeticae dyadicae veſtigia, in hisce lineolis reperit, & hoc ſuum inuentum, cum regia ſcientiarum pariſienſi academia communicauit. Legitur enim in *Memoires de l'Academie royale des Sciences* anni 1703. *explication de l'arithmetique binaire, qui ſe ſert des ſeuls caractéres* o. *&* 1. *avec des remarques ſur ſon utilité, & ſur ce qu'elle donne le ſens des anciennes figures* Chinoiſes *de* FO HY *par Mr.* Leibnitz. Inuenitur etiam in nonnullis *Theodiceae* leibnitianae editionibus, verſionis teutonicae v. c. in editione, quae vt titulus mentitur, *Amſtelodami* 1726. in 8. prodiit N. III. p. 926 ſqq. adpendix hoc titulo: *Herrn* von Leibnitz *Rechnung mit null vnd eins, vnd aus ſelbiger flieſſender Erklærung der* chineſiſchen *vralten Characteren des* FO HI. Conf. Wilh. Ernſt Tenzelii *curieuſe Bibliothec* im II. Repoſitorio, im I. Fache, *Leipzig* 1705. in 8. p. 81 ſqq. Qua ratione F. A. Knittel, Ioan. Henr. Haſenbalg, & nuperrime Io. Thom. Haupt, eccleſ. & ſcholae templinenſis Inſpector, a Leibnitii diſceſſerint ſententia, &, aliam lineolarum FO HY dederint explicationem, e libris eorum editis intelligi poterit. Conf. das *neue aus der anmuthigen Gelehrſamkeit* ann. 1753. Aerntemonath. p. 57 ſqq. Priusquam ex hoc diuerticulo, ad librum noſtrum redimus, commentationis teutonicae heic mentionem facere licebit, quam *de arithmetica dyadica* compoſitam, preloque paratam, beneuole manuſcriptam nobiscum communicauit I. G. G. H. Vir cl. Mathematicus S. P. In illius ſane introductione hiſtorica, nonnullas obiectiones, aduerſus Leibnitii hypotheſin protulit, &, nonſolum e libri ſinenſis denominatione *ye kim*, quod *librum mutationum* deſignat, ſed ex ipſa lineolarum diſpoſitione, & ſitu, variis argumentis demonſtrauit, iſtas lineolas eſſe exempla, ſingularis cuiusdam variationis, & permutationis ex arte combinatoria

toria depromtae. Comparationem praeterea instituit, inter XVI. geomanticorum figuras, & FO HY lineolas, satisque adposite demonstrauit, istas geomanticorum figuras, siquidem eorum circuli (o) per lineolas horizontales (——) exprimantur, ipsas illas esse, quae in libro YE KIM desiderantur. Sic v. g. figuras geomanticas quatuor priores, more FO HY expressit:

o —— o —— o o —— —— o o —— ——
o —— o o —— —— o —— o ——
o —— o —— o o —— —— o ——
o —— o —— o —— o o —— ——

Philippi Couplet *declarationem prooemialem* sequitur p. 117. *philosophorum* sinensium *Principis* CVM FV CV siue CONFVCII *vita*, vna cum eius imagine, aere expressa. Hanc excipit ipsa *Tetrabiblii*, siue *Su xu* versio latina. Liber primus *Ta Hio*, siue *magna scientia*, a Sinensibus CONFVCIO tribuitur. Secundus *Chum yum*, *medium sempiternum*, a discipulo CONFVCII CVSV compilatus, varia effata, & sententias CONFVCII complectitur. Tertius *Lun yu*, siue *ratiocinantium sermones*, CONFVCII, eiusque discipulorum continet effata, ad scientiam moralem spectantia, vario tempore, & diuersa occasione pronunciata, & ab anonymo, vno volumine complexa. Librum *Tetrabiblii* quartum, quem MEM CV, siue MEMCIVS Sinensium, post CONFVCIVM, philosophus celeberrimus composuisse dicitur, alio tempore, in lucem europaeam, se producturos receperunt editores. Haec autem CONFVCII *opera*, addito sinensi textu, prima vice edita fuerant, a Philippo Intorcetta, partim *Goae* in India, partim in vrbe *Quamcheu*, quae prouinciae Canton dictae, metropolis est, anno 1676. in fol. de qua editione rarissima vid. Theophili Siegfrid Bayeri *Museum* sinicum, *Petropol.* 1730. in 8. mai. Tom. II. in praefat. p. 15 sqq. Idem Bayerus inseruit Tom. II. *musei* sinici, p. 214 sqq. CONFVCII *vitam*, ex editione *Operum goana*. Adpendicis loco, editioni *parisiensi* adiecta est duabus partibus *tabula chronologica*, *monarchiae* sinicae, *iuxta cyclos annorum LX. ab anno ante* Christum 2952 *ad annum post*

Christum *natum 1683. auctore* R. P. Phil. Couplet, Belga, Soc. Iesu sinensis *missionis, in vrbem procuratore, nunc primum in lucem prodit, e bibliotheca regia, Paris. 1686.* pp. 109. praeter *praefationem* Partis I. pp. 20. *Tabulae chronologicae* adiicitur p. 107. *Imperii* Sinarum, *& rerum in eo notabilium synopsis, cui succedit Tabula genealogica trium familiarum imperialium monarchiae* sinicae, *a* Hoam Ti *primo gentis Imperatore, per 86. successores, & annos 2457. ante Christum natum.* E sinico *latine exhibita a R. P.* Philippo Couplet Belga, Soc. Iesu, sinicae *missionis in vrbem procuratore* pp. 8. Plura de hoc libro vid. in *Actis erudit.* lipsiens. ann. 1688. p. 254 sqq. die *Nachrichten von einer* hallischen *Bibliothek* Tom. IIX. p. 154 sqq. Id vero heic adiicere libet, quod editio *Operum* CONFVCII parisiensis manca & mutila sit, plusquam dimidia sui parte, quodque editores, societatis Iesu Patres, minus bona fide egerint, &, tam Galliae regem, quam pontifices, cum omnibus sedis romanae patribus purpuratis deceperint, id quod ostendit Aymonius, verbi diuini, apud hagienses minister, qui editionem meditabatur integram, cuius etiam *obseruatio*, circa hanc *scientiam* Sinensium *vniversalem* exstat in *Actis erudit.* lipsiens. anni 1713. p. 46 sqq. hoc titulo: *Obseruatio circa scientiam vniversalem* Sinensium, *in libro,* CONFVCII, *& in charta* sinensi, *duobus spissis maioris formae voluminibus, scripto exhibitam, quod MS. penes Iesuitas* parisienses, *& antuerpienses fuit, quo tempore partem eius mutilam ediderunt, iam vero a Cl.* Aymonio *V. D. apud* Hagienses *ministro, asseruatur, qui editionem integram meditatur.*

XXX.

De Priscorum Sapientum placitis, ac optimo philosophandi genere, sententiae & Theoremata varia, ad ingenuas disciplinas pertinentia, ab ALOYSIO PISAVRIO, *Marini filio patritio Veneto* proposita,

ſita, Cum Patauii Tum Venetiis publico congreſſu ad veritatis gloriam inter viros ingenuos diſcutienda. *Patauii ex officina Laurentii Paſquali MDLXVII.* (1567) in 4. folior. 48. ſi quatuor folia priora excepta fuerint.

Inſignem libri raritatem teſtantur Chriſtophorus Auguſtus Heumannus in *Actis philoſophor.* Tom. II. P. X. p. 635. Ludouic. Martinus Kahlius in *Bibliotheca philoſophica* ſtruuiana, *Goetting.* 1740. in 8. Tom. I. Cap. III. §. I. p. 153. Io. Vogtius in *Catalog. libror. rar.* p. 533. *Epiſtolam* praemiſit auctor dedicatoriam, ad Danielem Barbarum, Aquileiae *patriarch. deſign.* ſcriptam Patauii *Tertio nonas Martii* 1576. Omnis liber §§. 364. abſoluitur. Initio, de origine diſciplinarum diſſerit, ſcientiasque non ad nos a Graecis, ſed ab illis, qui a Graecis vocabantur barbari; quos tamen inſtauratores quam inuentores eſſe, dicere mauult, deueniſſe ſcribit. His Graeci poſtea, ex Auctoris ſententia ſucceſſerunt, quorum ſtudio adauctae, ordinatae, & abſolutae fuerant ſcientiae, a quibus tandem, vna cum imperio, ad Latinos deductae ſunt. Vetuſtiſſimos, quorum ſententiae nonnullae per internuncios philoſophos adhuc referuntur, Magos fuiſſe confirmat, quales Perſarum ſapientes, Indorum gymnoſophiſtae, Gallorum Druidae, & Semnothei, & Aegyptiorum ſacerdotes fuerint, quorum magiam, neque omnino naturalem, neque penitus ſuperſtitioſam, ſed miſtam, & propter ea, non omni ex parte, deſpiciendam eſſe cenſet. Quoniam autem non eorum libri, ſed pauciſſimae quaedam extant ſententiae, ab aliis tantummodo auctoribus relatae, iique difficili, & obſcuro genere dicendi delectati ſunt, vt qui illas ſententias intelligere velit, diuinandi artem in auxilium vocare debeat, propter ea admirandi potius, quam ſectandi PISAVRIO videntur. Illis igitur relictis philoſophis, ad Graecos, philoſophos, qui mortuo Socrate floruerunt, & primum §. 8-15. ad *philoſophos* venit *epicuraeos*, quos iure voluptatem maxime commendare perhibet, ſiquidem non obſcoenam

volu-

voluptatem intelligant, vt falſo nonnulli eis obiecerint, ſed animi, quam ab honeſto ſeiungi minime voluerint. Damnat autem eorum placita de atomis, &, quod animam, & Deos, procul ab omni veritate, corpora eſſe cenſuerint.

Cynicos laudat §. 16-18. quod laborem commendauerint, & in ſtudioſis laborum animis, omnia putauerint ineſſe bona: nihil praeter ea homine eſſe ſtultius, nihil eſſe ſapientius, & homini nihil libertate melius vnquam poſſe contingere dixerint. Neminem autem §. 19-21. tantopere deſipere exiſtimat, vt inter *cynicos* connumerari velit, qui nonſolum contemplatiuas non ordinauerint diſciplinas, ſed naturalem philoſophiam, & rationales doctrinas ſpreuerint, geometriam, & muſicam inutiles iudicarint, matrimonium & nuptias rem inanem cenſuerint, & male, communes eſſe voluerint mulieres.

Cyrenaicorum principiis tribuit §. 22-27. quos nec rectum, nec verum diiudicare potuiſſe perhibet, & eorum peruerſas ſententias, hoc vno, facile diiudicari poſſe ſcribit, quod *Theodorii*, qui huius fuere claſſis, omnes de Diis ſuſtulerint opiniones, ac maiorem corporis, quam animi curam ſuſceperint, *Anicerii* quoque iis adhaerentes, amicitiam ſpreuerint, honorem erga parentes, & praeclara facinora, pro patria, vt ignauiſſimi neglexerint.

Stoicos §. 28-31. ſumma dignos laude eſſe ait, quod duo prima rerum initia, materiam, & formam, & ex his duobus initiis, vnum exoriri mundum, inter quem nihil vacui reperiatur, &, eius formam eſſe eſſentialem, ordinem partium conſtituentium vniuerſum ſtatuerint; Libertatem & ſapientiam ita iunxerint, vt vnum ſine altero conſiſtere nequeat; malitiam & ſeruitutem adeo complicuerint, vt omnis malus, cenſeri debeat ſeruus, & omnis ſeruus, malus. In affectuum eradicatione, quam *ſtoici*, ſapienti conuenire adfirmant, illos a *peripateticis* voce tantum diſſentire, re autem conuenire innuit, cum eradicatio *ſtoicorum* a *peripateticorum* moderatione non ſeiungatur. Nihilo tamen minus §. 32-

35. *ſtoi-*

35. *stoicorum* reiicit placita de Deo, & anima; diuisionem philosophiae, in physicam, ethicam, & logicam; paritatem, quam sibi finxerant, peccatorum; & fatalem corporearum caussarum, cui omnia subiecerunt, seriem.

Scepticis, & *heracliticis* §. 36-40. ideo potissimum suum adsensum denegat, quod eorum dogmata, ita sint comparata, vt sibi omnino contradicere, suoque se ipsi iugulare gladio videantur.

Exponendis *academicorum* placitis §. impendit 41-68. Eos ob varium interpretandi modum, in *sex academias* distribui scribit, quarum *tres* fuerint *atticae*, *tres peregrinae*. Ad illas refert *veterem*, quae sub Zenocrate (Xenocrate) floruit, *mediam* sub Arcesila, & sub Lacyde vel Carneade *nouam*. *Peregrinas* fuisse ait *aegyptiam* sub Ammonio, *romanam* sub Plotino, & *lyciam* sub Proclo. Sed auctori breuior, in *veterem*, & *nouam academiam* placet diuisio. *Nouam* statuit veluti portionem totius academiae: nam eam partem intelligi vult, quae nihil adserit, nihil decernit, & noua dicitur, non quia a priscis, originem deduxerit suam, sed quoniam a Carneade, & iunioribus academicis in pulverem deducta, & in lucem exquisitissime reuocata fuerit. Nomine *veteris* academiae, *dogmaticam* intelligit, dum Plato, & eius sectatores, de rebus aliquid decernant, quam sapientum praecipui maxime commendarunt. In hac enim, tam de vero, tam de recto, adeo magnifice, ex illius differitur sententia, vt ad Deum, & ad rem publicam, opportunum iter, per hanc philosophiam intueri queamus. In medium autem prolatis Pythagorae, Heracliti, & Socratis placitis, neminem in numerum sapientum recenseri, pronunciat, cui Socratis, seu Platonis Daemon non adnuerit.

Reliquus liber a §. 69-344. exponendis, & commendandis Aristotelis, & *peripateticorum* dogmatibus destinatus est. *Philosophiam* enim *peripateticorum*, omnium esse censet *optimam*, quod nonsolum e libri initio, & quidem e §. 2. patet, vbi ait: *pro veritatis adsequenda gloria, quam plurimi, in hac mundi quasi barena,*

harena, dimicarunt, atque alii alio sunt pacto, ingenii sui vires periclitati, soli tamen peripatetici, *inter mundi philosophos, ad eam proxime accesserunt, & principem sibi locum vindicarunt, etenim cum ratione ordinis, & methodi, tum ratione inuentionis & iudicii altius eleuati,* Aristotele *duce (vt nomen pollicetur) optimum operi imposuere finem* &c. sed id etiam §. 344. satis & abunde hisce verbis declarat: *his gradibus, ad sapientiae sacrum nos deduxere* peripatetici, *quibus cognoscere valemus, neminem ex philosophis, tam exquisite nobis monstrasse philosophias, & tam prope attigisse scopum, ac illi fecerint: adeo vt vere terminos nobis ostenderint facultatis humani ingenii. Nec hominum inuentis emendari possunt. Iure itaque (quod ostendere sumus polliciti) soli inter philosophos corona digni censeri debent.* Reliquis §. §. 345-364. quosdam *peripateticorum* in *theologia, physica,* & *philosophia morali,* ob oculos ponit *errores.* Cum autem humanis inuentis, non corrigi posse *peripateticos* existimat, *altior philosophandi modus,* vt ait, *& eminentior praeceptor* inquirendus est, qui nulli errori sit obnoxius, ad cuius amussim exactius, quam ad lesbiam regulam, *peripateticorum* declinationes dirigantur. *Ea autem in re, munificentissimum,* inquit auctor, *se praestitit almus mundi parens. Nam primo per ea, quae monstrauit primis parentibus, mox prophetarum instrumento, ac postremo per vnigenitum filium, omnem ignorantiae caliginem, a mentibus recte dispositis, longe repulit. Munere huius lucis cognoscimus, in multis errasse* peripateticos. — *Hac luce repellendae sunt tenebrae; hac veritate inuenta* peripateticorum *sunt corrigenda; his tandem institutis, vita hominis formanda, & dirigenda est, si procul ab errore, felicissimam vitam viuere cupimus, & in fonte lucis creatorem, & creaturas speculari exoptamus. Quae sapientia, per eminentiorem sapientiae lucem corrigi non potest, quoniam qui via, veritas, & vita est, solus sine errore, nos dirigere, docere, & perficere valet.* Conf. Christophori Aug. Heumanni *Acta philosophor.* l. cit.

XXXI.



XXXI.

Haec Deo fauente disputanda proponit AVGVSTINVS MVTIVS *Bergomas*, *Artium Doctor*, & *Patauinae Academiae Dominorum iuristarum Rector*, quorum, siquid orthodoxae fidei repugnet, id imbecillitati, non prauae hominis sententiae aequus Iudex adscribat. *Patauii Gratiosus Perchacinus excudebat* MDLVIII. (1558) in 4. folior. 62.

Ipse ille hic libet est, qui plerumque a scriptoribus, *axiomatum* titulo excitari solet. Mille & triginta quinque, si recte posuimus calculum, ille complectitur propositiones, quas AVGVSTINVS MVTIVS, portentosi ingenii homo, Patauii, in ecclesia cathedrali, mense Iulio, per sex dies, insigni hominum concursu defendit. Docet id nos libri subscriptio, quae in fine talis est: Patauii *disputabantur, sub foelicissimis auspiciis Clarissimi D.* Nicolai a Ponte *Doctoris equitisque aurati, &* Padue *Praetoris dignissimi. In ecclesia cathedrali per sex dies, mense Iulii a die vsque ad Hora 19.* Lacunae, diebus, calamo adscribendis, destinatae fuerunt. Cum propositiones centum priores ex *iurisprudentia* desumtae sunt, excusationem in *epistola* dedicatoria *ad* Laurentium Priolum Venetiarum *ducem*, adfert AVGVSTINVS MVTIVS, quod ad iurisprudentiam mentem iterum adplicuerit, quam, dum ceteris bonis artibus incumberet, negligere visus fuerit. A se praeterea longe abesse scribit, vt gloriae potius inanis, quam solidae sapientiae amore ductus, legibus studeat, vel magis id mentiatur, vt ingenii videretur admodum perspicacis, & validae mentis, qui omnia vellet agnoscere, omnia profiteri. Propositiones reliquae, e *philosophia* depromtae sunt, & quidem, secundum principia, eiusmodi auctorum, qui nouas ad sapientiam vias tradiderant. *Cum multa satis huc vsque*, inquit MVTIVS, fol. 14 b. *ad Iurisprudentiam attinentia, proposuerimus, egoque nihil recusem, quod ad sapientiam posse facere videatur, age, & ad eos, qui philosophi communi voce appellan-*

appellantur, accedamus, quorum quatuor praesertim, ex antiquis, totidemque ex recentioribus dociores omnes concelebrant. Illi sunt Hermes, Pythagoras, Plato, *&* Aristoteles. *Hi vero* Raymundus Lullius, Nicolaus Cusanus, Ioannes Picus, Iulius Camillus. *Hi enim ferme sunt, si qui sunt, qui ad sapientiae apicem propriis methodis peruenerunt.* Propositionibus octo, inter philosophicas, prioribus, nonnulla de hisce octo philosophis, & eorum scriptis tractit. Posterior Iulius-Camillus Delminius, vir cabalistarum nugis, incredibili ratione deditus, machinae ligneae, in formam Theatri exstructae, inuentor est, cuius ope omnes scientias, inprimis artem rhetoricam tradere constituerat. Quae auctor noster de illo refert, talia sunt: Iulius Camillus *etsi ad rhetoricam magis dirigit theatrum suum, quam ad aliquam scientiam, in eo tamen rerum omnium capita tradit, modumque inueniendi, cognoscendi, & disponendi omnia, a primis enim orsus, ad vltima peruenit, quam ob rem vniuersa ab eo rerum series, modusque sciendi traditur, in eo autem maximam affert vtilitatem, quod antiquorum mysteria, nudamque veritatem simul aperit, quam ob rem vniuersa, quae docet in* Idaea Theatri (*L'idea del Theatro, in Firenze* 1550. in 4) *confirmamus.* Cum Iulius Camillus, in *idaea Theatri*, carminum fecerit mentionem, quae palam non voluit proferre, ne profanentur, AVGVSTINVS MVTIVS fol. 60 b. eorum adtulit initium, quod integrum ex Virgilii *Aeneid.* L. VI. v. 724 sqq. desumtum est:

Principio caelum, ac terras, camposque liquentes
Lucentemque globum lunae. titaniaque astra
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet
Inde hominum pecudumque genus &c.

Haec nos adscribimus, ait, *ne authori fraudem faciamus, cuius intentio non est inuida, sed subticuit solum, ne latius cogeretur exponere, nos autem illa diximus ita, vt & dicta, & non dicta dici possent,* quod de omnibus fere propositionibus e Iulii Camilli libro prolatis, optimo iure dici poterit, cum ita comparatae sint, vt non nisi

nisi ab initiato in cabalistarum mysteriis, vel si mauis, deliramentis, intelligi queaht, e. g. Prop. I. fol. 60. *Quamquam decem in rei veritate sunt* Saphiroth, *nihilo minus septem solas recte* Iul. Camillus *posuit, nam &* Salomon, *cuius testimonio ipse vtitur, dixit:* Sapientia sibi aedificauit domum, excidit columnas eius septem, *tres autem primas subticet, quae non sunt mensurae fabricae, sed notae fabricantis.* Propos. 2. ibid. *Quamquam* Metraton, *ab aliis sub* Malchuth *ordinetur princeps* Issim *& ab aliis sub* corona, *quae prima est numeratio praeses* Haioth Acadoschi. *tamen recte etiam respondet tertiae* Sephiroth, *quae dicitur* Bina. Proposit. 3. ibid. *Quamquam* Malchuth *ab aliis Cabalistis influere ponatur per* Issim *nullo particulari planeta intermedio, &* Jesod *lunae attribuatur,* Hod *autem* Mercurio, *non tamen inconuenit* Hod, *&* Nezah *attribui* Veneri, Jesod Mercurio, *&* Malchuth *lunae* &c. Ex hisce sane speciminibus, portentosum & Iulii Camilli, & AVGVSTINI MVTII ingenium satis, & abunde elucet. Cum Iulii Camilli scripta, omnia admodum sunt rara, nonnullorum, quae nobis innotuerunt, titulos heic adscribimus: *Le Idée, overo forme della Orazione da* Ermogene *considerate, e ridotte in questa lingua per* Giulio Camillo, Delminio Friulano. *A questo si aggiunge l'artificio della Bucolica di* Virgilio *opere mandate in luce da* Gio. Domenico Salomoni. *In Vaine per Gio. Battista Natolini* 1594. in 4. Immutato titulo liber recusus fuit a *Bernardo Junta Venetiis* 1602. & 1608. vid. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari, nella lingua* italiana *in Londra* 1726. in 8. p. 237 sqq. *Due Trattati di* Giulio Camillo, *l'uno delle materie che possono venire sotto lo stile dell'eloquante, e l'altro della imitazione.* *In Venezia presso il Farri* 1544. in 4. *Modo di ben orare, e del compor le Orazioni cavato dalle idee di* Ermogene *di* Giulio Camillo. *In Venezia per i Giunti e Ciotti,* 1608. in 4. *Topica delle figurate locuzioni di* Giulio Camillo. *In Venezia presso Francesco Rampazzetto* 1560. in 8. vid. N. F. Haym *Notizia* p. 240 sqq. Scripsit praeter haec, & alia opera, quae in vnum cor-

pus collecta, *Venetiis* 1567. it. 1579. & 1581. II. Tomis in 12. edita fuere, *adnotationes* lingua hetrusca in Petrarcam, quae nonnullis Petrarcae editionibus additae fuere. vid. N. F. Haym l. cit. p. 127. & 214. Ex eius *epistolis* nonnullae leguntur in *lettere volgari di diversi nobilissimi huomini, & eccellentissimi ingegni scritte in diverse materie, nuovamente ristampate, & in più luoghi corrette In Vinegia, in Casa de' figliuoli di Aldo* in 8. *Libro I.* 1544. *libro secundo* 1545. In construendo theatro, cuius ex AVGVSTINO MVTIO fecimus mentionem, annos quadraginta versatus fuit, nec ad finem perduxit. Diuisit illud septem planetis, in quibus vniuscuiusque proprietates obseruauit. Rationem illius aliquatenus exponere videtur in carmine ad Petrum Bembum, quod legitur in Ranutii Gheri *Delitiis poetarum* italorum Tom. I. *Francof.* 1608. in 12. p. 551 sqq.

Bembe *decus* Venetum, *cui circum roscida culta*
Aonidum *ars est, ex qua aeternum ducis honorem,*
Quid quaeso hoc est? quid? multos ego multa per annos
Congessi ex scriptis veterum; multa otia rupi
Mentibus, vt iuuenum per me labor omnis abesset
(Si possem, atque ausis diuina bis numina adessent)
In rebus, verbis, arte, artubus articulisque.
At genus est hominum, vulgo quod sustulit ante
Assensum nobis, & dicta admouit acerba.
Quam lustrauit opus sensu, quo saepe tenax mens
Cum gestum ratione videt quid, cum ordine gestum
Consentire solet: quoniam dat vera fidem res.
Fac elementa (quibus paucis variata figuris
Innumeris legimus quam multa volumina chartis)
Ignorare homines, librosque extare per orbem,
Atque ex ignaris tandem vnum existere, qui se
Spondeat haec paruum, quae non finita videntur.
Acturum in numerum, quis Bembe *huic crederet vni?*
Inque notas vnquam quis scripta putaret easdem
Recidere assidue? at sunt inuidiosa reperta
Te cultrix nemorum testor, te pinniger Hermes,
Te Venus, *atque vno qui cernis lumine cuncta,*
Te belli, te caeli rex, te falcis aduncae,

In

In quorum septem haec moles tam daedala *mundi*
Numine tota est, atque simul mea machina tota est:
Vos certa mundi versatis moenia lege,
Vos certa nostri regitis loca picta theatri.
Nam si quod sub, supraque est. circumque videmus,
Quicquid in amplexu est vestro, natura creatrix
Perfecit, non est naturae a lege remotum,
Me fines rebus, verbis, artique parare:
Haec quoniam quemcunque locum tria vincla tenebunt,
Diuitiae casti sermonis, materies, ars.
Verba etenim ipsas res signant, quas vestra potestas
Continet extra quas, aliis sunt auia claustra.
Et quanuis prima suscepti mole laboris
Et res, & verba, & minima horum, & maxima quaeque
In promptu poterint studiosis omnibus esse:
Delectus tamen horum obscurus, iudiciumque
In tenebris. nisi lux (quae semper in arte magistra,
Et media est inter res, & rerum inter amictus)
Scriptorum mentes caecis erceret ab vmbris.
Quin etiam ars alia est illi, qui verba solutis
Contexit numeris populo, aut spectante senatu
Insanoue foro, vel nunc tu qualia Bembe
Aeternae mandas famae saeclisque futuris,
Inclita describens Venetum *tot gesta tuorum:*
Atque illi, qui plena Deo sacroque furore
Ad raucum fontis murmur laticisque perennis
Aut cinctus Paphio, *aut victrici tempora ramo*
Serpentine hedera, circumludentibus auris
Inter odoratos flores canit, inter & vmbras,
Cui pulsi responsant luci amnesque sonori:
Quorum quis maior tu qui aemula dignaque Phoebo
Bembe *facis, melius poteris quandoque referre.*
Hoc ego! res nunquam verborum luce niteret,
Luminis in puras ni ars certas educeret oras,
Materiem quae alte mentis pernicibus alis
Attollit secum. sapiens, qui firma reliquit
Prima solo vestigia, deinde potitus aperta
Planicie, socios iam cursu praeterit omnes:
Mox animo exultans Diuum sublimia tentat.

Atque Plato *superum, qui oculos in numine fixus,*
Hisque inhians, diuinam ingenti pectore curam
Concipit, ad terrasque docens descendit ab alto.
Atque aliter sacrum fului os auri, aurea lingua,
Sacrorumque alii proceres: quorum (o ego possem!
O lethi incertos casus mea vinceret aetas!)
Cuncta simul tandem digesta in sede paterent
Dicta sua, fuerant quae iam dispersa per omnes.
Sic eadem sedes praeberet cuncta legenti,
Dissidium tandem sic linguae & cordis abesset.
Sed modo me moueant, quae vltro rex maximus olim
Munera promisit tantis dignissima coeptis,
Forte ego multorum auxilio, duroque labore
Praeripiam morti immortales primus honores.
Hoc volui scires, dum res abitumque pararem
Distentus, totiesque italis *reuocatus ab oris*
Ne de me incertus rumor, variusque feratur
Amplius, haec scriptis committo: caetera coram.

Quae Lilii Gregorii Gyraldi de machina, & carminibus eius, quorum nonnulla etiam leguntur in *Carminibus illustrium poetarum* italorum Tom. III. *Florent.* 1719. in 8. p. 108 sqq. fuerit sententia, haec testantur verba, quae dialog. II. *de poetis sui temporis* Tom. II. *Operum* p. 410 sqq. leguntur: *Fuit* Iulius Camillus foroiuliensis *Polyhistor, qui in disciplinis nouas quasdam methodos se inuenisse gloriabatur, vt* Theatrum *illud suum, quo miraculose conclusas disciplinas praedicabat, ad ostentationem & quaestum potius, quam ad erudiendos credulos adolescentes: vnde non modo, ab amicis, sed & a principibus viris grandem pecuniam interdum extorquebat, vidi vero eius pleraque carmina, cum latina, tum vernacula, non inerudita illa quidem, sed quasi inuitis musis, &* Minerua *composita, quorum & nonnulla suis ipse commentariis est interpretatus, certe dum vixit multos in sui admirationem conuertit, quos inter tu* Porte, *& tu* Ricci *fuistis, qui & eius epitaphium hoc elegans composuisti:*

D. M.

Iulio Camillo viro & ad omnia omnium scientiarum

sensa

ſenſa mirifice eruenda, & ſcientias ipſas in ſuum ordinem apte conſtituendas natura mire facto, de latinis literis inprimis optime merito, qui dum Mediolani ſub Daualo Hiſtonii Principe D. Ioannis arcana diuinitus perſcrutatus, repentino apud Dom. Savilum mortuus concidit, vixit ann. * * *

Conf. Daniel. Georg. Morhofii *Polyhiſtor literar.* L. II. Cap. VI. §. 25 ſqq. p. 372 ſqq. qui vero opinione deceptus fuit, cum L. VII. *Polyhiſt. literar.* Cap. I. §. 9. p. 1011. ſibi perſuaderet, Iulii Camilli *ideam Theatri*, quam lingua hetruſca, euulgatam eſſe ſupra diximus, librum eſſe, qui artis dramaticae traderet praecepta. Reliqua, quae ad Iulii Camilli hiſtoriam faciunt, e Ioſia Simlero, Girolam. Ghilini, Laurentio Craſſo, & Iacobo Gaddio peti poterunt.

Reuertimur iam ad AVGVSTINVM MVTIVM, qui in *epilogo* propoſitionibus adiecto, *per Deum viuentem*, eos omnes obſecrat, qui haec legere non fuerint dedignati, ſi ſecretum aliquod inde perceperint, *ne ſpargant margaritas ante porcos.* Librum admodum eſſe rarum, e tot catalogorum, quos euoluimus, ſilentio, non immerito coniicimus. Quae de AVGVSTINO MVTIO, in Nicolai Comneni Papadopoli *hiſtoria gymnaſii* patauini, *Venet.* 1726. in fol. Tom. II. L. II. Cap. 30. num. 162. leguntur, haec talia ſunt: AVGVSTINVS MVTIVS, Bergomas *clari generis* (Caluus *Scen. liter.* P. I. p. 9.) Patauii *philoſophiae primum ſe ſtudioſiſſimum praeſtitit, quam cum parumper vt Iurisprudentiae operam daret, hanc ſtatim deſeruit, vt ſe philoſophiae iterum reſtitueret, cuius partes & dogmata, cum ſtudioſiſſime percurriſſet, ſcrutatus placita* Triſmegiſti, Pythagorae, Platonis, Arabum *quoque atque* Italorum Lulli *ac* Mirandulani, *horum doctrinam propoſitis theſibus nongentis, publice propugnauit, in templo principe* patauino: *inde ad iurisprudentiam rediit, gymnaſticis ordinibus venerabilis, tantique habitus, vt omnium ſuffragio Iurisconſultorum Rector, an. MDLVIII. lyceo noſtro praefuerit.* (*Catal. Rect. Operis* Lib. I. Part. I.) Romam *profectus ſuae virtutis fama, curiam impleuit, ex eo quo-*

que, quod linguarum graecae, latinae, & hebraicae peritissimus, seueriores disciplinas, quas doctor profitebatur eruditionis exoticae deliciis innotescere, & vel delicatis ingeniis placere docuisset. Obiit circa finem seculi XVI. Annus emortualis ignoratur. Edidit Axiomatum *librum, quo Encyclopaediam complexus est.* Conf. Iof. Simleri *Bibliotheca* p. 77.

XXXII.

Problemata ARISTOTELIS ac philosophorum medicorumque complurium, ad varias quaestiones cognoscendas admodum digna, & ad naturalem philosophiam discutiendam maxime spectantia. MARCI ANTONII ZIMARAE *Sanctipetrinatis* problemata, his addita, vna cum trecentis ARISTOTELIS & AVERROIS propositionibus, suis in locis insertis. Item ALEXANDRI APHRODISEI, super quaestionibus nonnullis physicis, solutionum liber, Angelo Politiano interprete. *Parisiis apud Hieronymum de Marnef, sub Pelicano, monte D. Hilarii.* 1558. in 12. folior. 141.

Libellum nobiscum communicauit amicus, qui ob ZIMARAE *problemata*, admodum illum esse rarum adseuerauerat, id quod haud facile ei crediderimus, cum ista *problemata* saepius recusa fuerunt. Falluntur autem, qui in parte libelli prima, versionem latinam *problematum* ARISTOTELIS inueniri, existimant, compilatio tantummodo est, variarum quaestionum, quae ad historiam naturalem hominis, & animalium spectant, ad quas ex ARISTOTELE, HIPPOCRATE, AVICENNA, GALENO, AVERROE, aliisque philosophis, & medicis, & nonnunquam e theologis scholasticis respondetur. Ita plerumque comparatae sunt, vt multa absurda, & inepta illis immisceantur. Prima quaestio est: *Quaeritur: quare inter omnia animalia homo habet faciem, versus caelum eleuatum,* ad quam quaestio-

quaestionem, per sex rationes respondetur. Excipiunt illam variae quaestiones, de crinibus, de capite, de oculis, de naso, de auribus, de ore, de dentibus, de lingua, de palato, de collo, de humeris, de brachiis, de manibus, de vnguibus, de pectore, de mamillis, de dorsis, de medulla, de fluxu haemorrhoidum, de corde, de stomacho, de sanguine, de vrina, de felle, de splene, de coitu, de spermate, de menstruis, de sterilitate, de conceptione, de hermaphroditis, de monstris, de infantibus, de foetu, de abortiuo, de variis. Hisce quaestionibus, & responsionibus, adiicitur adpendicula, quae vt titulus habet, *problemata diuersa & sane vtilia* complectitur: v. c. *quare lepores apertis oculis dormitent? quare corui non cibant pullos suos ante nouem dies?* &c. ad quam posteriorem hac ratione respondetur: *quia vident eos esse non eiusdem coloris, seu non conformes colori suo, & ideo putant esse de alio genere: sed tamen Deus omnipotens pascit eos, per illos dies rore caeli. Vnde psalmista: qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Describitur in *philosophischen Bücherfaal* P. I. *Lipf.* 1741. in 8. p. 30 sqq. liber hoc titulo insignitus: *Problemata* ARISTOTELIS: *Mancherley zweifelhaftiger Fragen gründliche Erœrterung vnd Auflœsung, des hochberhümpten* ARISTOTELIS, *vnd viel anderer bewerten Natur erkundiger, fast nützlich vnd kurzweilig, allerley fürgebrachte Fragen, eygentlich vnd scheinbarlich zu entscheiden. Newlich aus dem* Latein *ins* Teutsch *gebracht. Cum priuilegio imperiali* 1553. in 12. Siquis recensionem, in diario memorato exhibitam, & inprimis Capitum elenchum p. 36. conferre voluerit cum illo, quem ex nostro exemplari descripsimus, is intelliget, eumdem esse librum, qui in sermonem teutonicum fuit translatus. Vt dictis nostris constet fides, quaestionem adscribimus, ab auctore *bibliothecae philosophicae* p. 36 sqq. excerptam: *Warum gienet der mensch auch, welcher einen andern siehet gienen?* Antwort *das dieses geschicht durch die Einbildung, vnnd wirdt dieses durch ein gleiches bewert. Dann wie der Esel, welcher von wegen seiner melancholey oder*

Gallsuchtigkeit, ein sehr merckſam thier iſt, als welches ſeine Flüſſigkeit lange bey ſich behelt, auch nimmer das waſſer abſchlüge, oder etwas eſſe, wann es nicht ein andern Eſel auch hœret, das Waſſer abſchlagen, oder eſſen. Alſo auch der Menſch gienet allein durch die Einbildung vnd abnemunge, ſo ein ander menſch zuvor gienet. In latinis *problematibus* eadem quaeſtio fol. 17 a. hisce verbis concepta eſt: *Quare homo videns alium oſcitare, etiam oſcitat?* Reſpondetur, *quod hoc fit ex imaginatione, & hoc declaratur ex ſimili: cum aſinus eſt animal valde ſenſibile, ratione melancholiae, quia ſuperfluitates diu retinet, & nunquam vrinaret, vel comederet, niſi audiret alium vrinare. Et ſic etiam homo ex imaginatione oſcitat, alio homine oſcitante.*

Secundam libelli partem conſtituit MARCI ANTONII ZIMARAE, Sanctipetrinatis *ad* Ioannem Caſtriotam, Ferrandinae *ducem illuſtriſſimum, Problematum liber vnus*, cui epiſtola dedicatoria ZIMARAE ad Ioannem Caſtriotam praemittitur. Inter illa *problemata* etiam occurrunt, quae riſum lectori mouere poſſint. v. c. *Propter quid mulierum multitudo, ſub aliquo duce, ſine tumultu duci non poteſt? An quia natura earum inſtabilis eſt? Eadem ſiquidem ratione philoſophus aſſeruit, paſtores capris non inſtituere ducem: quippe quia natura non ſtabilis, ſed lubrica atque mobilis eſt. An quia mulier natura garrula eſt, & maledicentior, & mordacior: querula praeterea, anxia, & magis deſperans, quam vir, atque imprudentior & mendacior?* Problemata quae in hac parte inueniuntur, numero ſunt CIIII.

Tertia parte continetur ALEXANDRI APHRODISEI, *ſuper nonnullis phyſicis dubitationibus, ſolutionum liber*, Angelo Politiano *interprete*, de qua verſione vid. Tom. I. *Adparat. literar.* p. 671. diximus. In editione, quae ante oculos nunc eſt, ex PLVTARCHI *problematis*, addita ſunt *ſelectiora quaedam*, quae tres tantum modo paginas complent. Conf. de eiusmodi *Problematum* collectionibus, quae ſub ARISTOTELIS nomine venditantur, Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. III. Cap. VI. p. 146. Dauid Clement viri Cl. *Biblio-*

theque

theque curieuse historique & critique des livres, qui sont difficiles à trouver Tom. II. p. 105 sqq. Habemus versionem gallicam, hoc titulo insignitam: *Problemes d'* ARISTOTE, *& autres Philosophes & Medecins, selon la composition du corps humain. Avec ceux de* MARC ANTOINE ZIMARA. *Item les solutions d'* ALEXANDRE APHRODISÉE *sur plusieurs questions physicales M. D. LXXXVII.* (1587) *Par* Jean de Tournes *Imprimeur du Roy à* Lyon. *Avec Privilege.* in 12. pp. 351. Praeter Auctorum, qui in titulo nominantur, problemata, versioni gallicae p. 343 sqq. *Problemes divers, extraits en partie des questions naturelles de* Leonard Jacchin.

XXXIII.

AVGVSTINI NYPHI *Medices Suessani* de Intellectu libri sex. Eiusdem de demonibus libri tres. in fol. folior. 79.

Omnia AVGVSTINI NIPHI opera, admodum rara esse testatur Samuel Engel in *Bibliotheca selectissima, siue Catalogo librorum in omni genere scientiarum rarissimorum, Bernae* 1743. in 8. p. 10. &, in *Spicilegio libror. rar.* p. 46. *Catalog. Bibliothecae* Daniel. Salthenii p. 306. & p. 358. Liber, e bibliotheca Io. Christophor. Gottschedii Viri Cel. nobiscum communicatus, literis gothicis exscriptus est, quamuis seculo XVI. propemodum adulto, editus fuerit, quod praeter insignia typographica, haec in fine adposita verba docent: *Hoc opus* AVGVSTINI NIPHI Suessani *de intellectu consummatum est* Pataui 1492. Venetiis *autem bis impressus. Semel 1503. Iterum vero longe emendatius opera & impensa Heredum quondam domini* Octauiani Scoti *ciuis* Modoetiensis *ac sociorum 1527. Die 10. Aprilis.*

Admodum iuuenis conscripsit hoc opus NIPHVS, & multorum illo, etiamsi typis nondum tunc temporis exscriptus erat, sibi contraxit inimicitias. Cum enim praeceptoris sui Nicolai Vernia, Professoris patauini, qui supra vulgus sapere audebat, premeret vestigia, &

Auerrois de animae & intellectus vnitate sententiam, in hoc libro propugnarer, & nouis stabilire atque demonstrare sustineret argumentis, simulque nullas esse substantias contenderet, a materia separatas, praeter motrices caelorum intelligentias, idque a communi, & in philosophorum, & in theologorum scholis, tunc temporis recepta opinione abhorreret, plurimorum in se concitauit animos, qui tanto illum prosequebantur odio, vt nonsolum schismaticum, & haereticum illum nominarent, sed omnem etiam mouerent lapidem, vt homo ex eorum sententia, vita indignus, cum praeceptore, quem vniuersam paene Italiam, in errores perniciosos compellere dictitabant, e viuis tolleretur. Et oppressus profecto inimicorum multitudine fuerat NIPHVS, nisi Petrus Barocius, episcopus patauinus, illius caussam defendendam suscepisset, eique auctor exstitisset, vt operi limam denuo intenderet, idque in vulgus ederet. Vid. Gabriel. Naudaei *de* AVGVSTINO NIPHO *iudicium*, quod NIPHI *opusculis moralibus & politicis, Paris. apud Robert. le Duc* 1645. in 4. editis, praemisit, p. 27 sqq. P. Baile *Dictionaire historique & critique* Tom. III. p. 3000. not. B & C. Niceron *Memoires* Tom. XIIX. p. 54 sqq. Ipse istius rei iniecit mentionem, in epistola dedicatoria ad Sebastianum Baduarium, Patricium Venetum, quem his verbis compellat: *Dicaueram tibi anno superiori, quaestionem meam de intellectu, in eo quippe genere (tuo iudicio loquor) vel maxime commendandam. Eamque, ne labores iuuentutis meae perditum irent, imprimendam esse curauissem. Nisi aemuli affuissent: qui me haereseos accusassent. At malui ad hoc temporis peruenire morando: quam huiuscemodi criminis culpam subire. Iam cessant accusationes: aemulorum iniquitas: sic mea fide postulante: in propatulo est. Ergo suo tribuant commodo. siquam vtilitatem accepere: qui me insidiis prosequuti sunt: discantque interea diligentius legere quae volunt criminari: vt cautius egisse videantur. Sed valeant isti satisque sit mihi* Petrum Barotium *episcopum* Patauinum: *christianorum nostrae etatis decus & splendorem:*

& cui

& cui non minus in fide quam in philosophia tribuo: & quamplurimos alios tum theologos tum philosophos iudices ac defensores habuisse: qui semper innocentie meae testes eritis. Tractaueram hanc nobilissimam materiam: & de fontibus omnium antiquorum philosophorum exhaustam: recenti stilo: quod omnes fere commendare visi sunt: praeter admodum paucos: quorum praecipuus fuit Hieronymus Malchauellus: *tunc priuatus scholaris: nunc nostrae academiae diligens ac iustus moderator: qui vt est rectus ingenio: acer iudicio: splendidus in omnibus atque liber: nunquam vbi de bonore ac vtilitate amicorum suorum agitur, assentari nouit: hic hortatus est me: vt vniuersum opus in capitula secarem: asserens antiqua stilo antiquo esse tractanda: hac vnica huiusce viri ratione persuasus: licet alias adduxerit: quarum illi copia est: pristinam mutaui sententiam: placuit quaedam tollere: mutare alia: addere plurima. Nihil deleui quod sit contra fidem catholicam. non enim potest destrui, quod factum non inuenitur* &c. Epistolam dedicatoriam sequitur *Tabula capitulorum omnium in sex libros de intellectu: itemque in libros tres de Demonibus:* AVGVSTINI NIPHI Medices Suessani, cuius in fine hoc legitur epigramma

Ad Lectorem.

Qui prius egregios anime conscripsimus actus
Quique intellectus dogmata certa dedit:
Demonia explicui cunctis occulta latinis:
Perlege lector opus: munera prima: Deum
NYPHVS *ab* AVGVSTI *clarus cognomine dicor*
Euthycus: *est patria nota* Suessa *locus.*

Adhuc sub iudice lis est, quae Italiae vrbs AVGVSTINVM progenuerit NIPHVM. In omnibus quidem fere libris suis, se adpellat Suessanum, & epigramma, quod adtulimus, Suessam disertis verbis, *patrium* NIPHI *locum* nominat. Id vero non impedit, quo minus in aliam abiret sententiam Gabriel Barrius, qui in *Antiquitatibus* Calabriae, ex vrbe Calabriae iopolitana (*Iopoli*) eum fuisse oriundum, & in Suessanorum tantum modo gratiam, quod apud eos aliquando vixerit, vxorem-

vxoremque duxerit, Suessanum se scripsisse, perhibere non dubitauit. Conf. Gabriel. Naudaei *iudicium de* AVGVSTINO NIPHO p. 16. P. Baile *Dictionaire* l. cit. not. A. Niceron *Memoires* l. cit. p. 52.

Libro I. *de intellectu, varias veterum philosophorum, de anima* examinat, *quas in scriptis suis protulerunt sententias.*

Liber II. continet *declarationem, an rationalis anima sit, a corpore separabilis.*

Libro III. disputatur *de vnitate rationalis animae.*

Libro IIII. loquitur *de partibus intellectiuae animae.*

Libro V. *de intellectu speculatiuo.*

Libro VI. *de intellectu, qui est de statu animae.*

In tribus *de daemonibus* libris, per naturales rationes, & caussas physicas disquirit, *an sint daemones, quid sint, quales sint,* & *propter quod sint.*

XXXIIII.

AVGVSTINI NIPHI *Medicis* Libri duo, de pulchro primus. De amore secundus. *Lugduni apud Godefridum & Marcellum Beringos fratres* 1549. in 8. form. mai. pp. 277.

Prima librorum *de pulchro,* & *amore* editio est, quae *Romae* 1531. in 4. lucem vidit. Editio, quae in Niceroni *Memoires* Tom. XIIX. p. 70. errore typographico *Lugduni Batauor.* 1541. in 8. euulgata dicitur, prodiit anno demum 1641. in 12. Caussa, quam ob rem NIPHVS in titulo libri, se vocauerit Medicen, inde est deriuanda, quod a pontifice Leone X. praeter alia priuilegia multa, insignia, & cognomen gentis mediceae nactus fuerit. Conf. Gabriel. Naudaei *iudicium de* AVGVSTINO NIPHO p. 25. Istos autem libros NIPHVS in gratiam Ioannae Aragoniae Tagliacocii principis, feminae, illa aetate pulcerrimae composuit, eiusque nomine inscripsit. Primo loco occurrit Pompeii Cardinalis Columnae, R. E. Vicecancellarii, *ad* NIPHVM *epistola,* in qua Ioannam Aragoniam, ob pulchritudinem, summis effert laudibus; *natura,* inquit, *nostro aeuo*

aeuo parens officiosa, ac liberalis, veluti diuinitatis aemula, vt perfectum, admirandumque aliquid Diisque immortalibus, quam simillimum gentibus proferret, Ioannam Aragoniam Columnam *procreauit, atque ab incunabulis, ad hanc vsque aetatem, in qua est florentissima, per omnes pulchritudinis, & venustatis numeros prouexit, vt facile principem locum inter formosissimas vindicarit. Animum praeterea singularibus & dotibus & virtutibus insigniuit, corpusque tam rara, tamque eleganti, aut diuina potius compositione cum honestate coniunxit, vt in ea praeter immortalitatem, nihil desiderari posse videatur: ea est frontis orisque serenitas, is candor, is oculorum splendor, ac rutilans iubar, ea denique totius corporis species grata,* Venus, *vt vel ipsi mortui inuitentur, alliciunturque ad amorem, atque ad absoluti pulchri speculationem trahantur, tanta mox sanctitate, morumque suauitate, comitate, eloquentiaque caeteras antecellit, vt nata omnibus ad virtutem, honestatemque comparandam veluti speculum sidusque fulgentissimum merito censeatur* &c. Similibus, & maioribus etiam elogiis, Ioannae formositatem celebrauit ipse NIPHVS, non solum in *epistola dedicatoria,* sed etiam in *libro de pulchro,* Cap. V. vbi *quod simpliciter pulchrum sit, in rerum natura,* ex Ioannae pulchritudine probatur, illiusque os, & pectus, vt alia membra, quae singulatim recenset, taceamus, hac ratione describitur: *vallecula, quae intra nasum & os est interposita, diuina quadam proportione formata est, ore ad paruitatem verso, semper dulce quoddam subridente, basiola turmatim aduolantia longe magis ad se trahente, quam magnes ferrum, aduocet, atque rapiat, cuius crassiuscula labella mellea ac corallina sunt —— recto ac procero collo, albo, atque perpleno, inter humeros illustri quadam ratione collocato: pectore amplo, planoque, vbi os nullum cernitur, in quo mamillae rotundae decenti mensura correspondentes, suauissimo fragrantes odore persicis pomis persimiles redolent. Crassiuscula admodum manu, siluestri parte niuea, domestica vero eburnea, quae facie ipsa non est oblongior, cuius pleniusculi digiti, rotundique non breves*

ves sunt: vngues subincurui atque pertenues, colore perquam suaui, thorace pyri euersi formam subeunte, sed pressa, cuius videlicet conus, ad sectum transuersum paruus, atque sphericus, basis ad colli radicem longitudine ac planicie excellenti proportione formatis collocantur. Ventre sub pectore decenti, & latere, cui secretiora correspondeant: amplis, atque perrotundis coxendicibus, coxa ad tibiam, & tibia ad brachium sesquialtera proportione se habente: humeris diuina ratione, ad caeteras corporis partes commensuratis: pedibus modicis, digitorum admirabili compositione structis; cuius symmetria, ac pulchritudo tanta est, vt non iniuria inter caelicolas collocari digna sit &c. In libro *de amore* Cap. CVIIII. & vltimo, Ioannam *omnium puellarum* esse *pulcherrimam, quarum per omnem librum meminerit,* demonstrare denuo sustinet. Ad finem sunt perducti hi libri, vt e conclusione libri *de amore* adparet, d. III. Nouembr. 1529. Qua ratione Christianus Thomasius, NIPHVM ob elogia, quibus Ioannam ornauit, perstrinxerit, vid. in *freimüthigen Gedanken über allerhand Bücher* p. 803 sqq. Insignem NIPHVM fuisse formarum spectatorem, & quamuis vxorem habuerit, alias tamen deperiisse puellas, ex variis librorum *de pulchro,* & *amore* locis adparet. Sic v. c. Cap. LXI. *de amore,* vbi *de locis* differit, *quibus amatio, atque redamatio sperandae sunt; in amantibus, septimus,* ait, *locus est ab honoribus exhibitis: cum enim puellae naturali lege se ipsas ament, coguntur etiam natura, amare omnia bona, in quibus optime viuere se existimant. Et cum optima vita sit in honoribus, naturali quoque lege compelluntur amare honores, quibus in optimo statu viuant: quare & eos qui honores exhibent. Honoris partes, quae puellis exhiberi solent, sunt memorationes, quae fiunt carminibus vel orationibus, vel id genus: templorum, & arae constitutiones, in statuis vel metallis depictiones: primi consensus, sepulchra, monumenta, picturae atque exemplaria, inclinari, genu flectere, biretum adtollere, loco cedere, adorationes, & id genus. Potest igitur gratia, quae est cupidinis initium, esse in honoribus exhibitis. Quod*

cum

eum ita fuerit, redamare puella cogetur eum, qui honores exhibet. Hunc in modum Fuluia, *tua aulica*, Ioanna *magnanima nos ardenter redamat: nec ob aliam caussam, nisi propter honores, quos a me sibi exhiberi indies censet.* Conf. quae Cap. CII. de alia puella narrat, quam vxor eius Angelella, ob zelotypiam intimo odio prosequebatur, & tamen nihilo minus, in bibliothecam, in qua, tribus fere mensibus, procul ab omni consortio reclusus erat, solam miserat, rogans, quoad fieri potest, omnem rem marito concederet, etiam si oporteat, amoris fructum. Plura, eiusmodi amorum furtiuorum, quibus deditus erat NIPHVS, exempla, ex eius scriptis collegit Gabriel Naudaeus *in iudicio de* NIPHO p. 31 sqq. Conf. P. Baile *Dictionaire historique & critique* Tom. III. p. 3000 sqq. not. F & K.

Legi etiam poterunt de AVGVSTINO NIPHO, eiusque libris editis Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 78. Paul. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 1221. Paul. Iouii *elogia viror. doctorum* p. 215 sqq. Nicol. Toppi *Biblioteca* napoletana p. 4 sqq. Lionard. Nicodemo *Addizione alla bibliotheca* napoletana *del* Toppi p. 23 sqq. Niceroni *Memoires* Tom. XIIX. p. 52 sqq. Iacobi Bruckeri *kurze Fragen aus der philosophischen Historie* Tom. VI. p. 184 sqq. *Thesaurus bibliothecalis* Tom. I. p. 347 sqq. die *Merkwürdigkeiten der kænigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. III. p. 300 sqq. Quae de morte illius, ex Iouii verbis, non satis intellectis, prolata fuerunt, in *Patinianis, Amsterd.* 1703. in 12. p. 83. confutata iam fuerunt a Nicerono l. cit. p. 59.

XXXV.

RAYMVNDI LVLLII Opera ea, quae ad inuentam ab ipso artem vniuersalem scientiarum artiumque omnium breui compendio, firmaque memoria apprehendendarum locupletissimaque vel oratione extempore pertractandarum pertinent. Vt & in eandem quorumdam interpretum scripti com-

men-

mentarii: quae omnia ſequens indicabit pagina: & hoc demum tempore coniunctim emendatiora locupletioraque non nihil edita ſunt. Acceſſit VALERII DE VALERIIS *Patricii Veneti*, aureum in artem LVLLII generalem opus: Adiuncto indice cum capitum, tum rerum ac verborum locupletiſſimo. *Argentorati, ſumptibus Haeredum Lazari Zetzneri M.DC.LI.* (1651) in 8. form. mai. pp. 1109. except. praemiſſ. & indice folior. 29. & dimid.

Superuacaneum, ſine dubio, opus ſuſciperemus, ſi de RAYMVNDO LVLLIO, *doctore illuminato*, *idolo* & *deo Alchymiſtarum tutelari*, vt a Gabriele Naudaeo, vocatur in *Apologie pour tous les grands perſonnages, qui ont été fauſſement ſoupçonnez de la magie, Paris* 1623. in 8. Chap. XIIII. p. 373. eius controuerſiis & operibus, prolixa oratione heic agere vellemus. Inſignem ſcriptorum cateruam, qui res ad eum pertinentes expoſuerunt, congeſſit Georg. Paſchius, *de nouis inuentis, quorum adcuratiori cultui facem praetulit antiquitas*, *Lipſ.* 1700. in 4. Cap. VI. § VIIII. p. 328 ſqq. Iacobus Bruckerus in *kurzen Fragen aus der philoſophiſchen Hiſtorie* Tom. V. p. 1346 ſqq. Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. latin. med. & infim. aetat.* L. XI. p. 863. ſqq. quibus addi poterit Ioan. Beniam. Scheibe, in *freymüthigen Gedanken aus der Hiſtorie*, *Critic, vnd Literatur* P. II. *Frankenthal* 1737. in 8. p. 30 ſqq. Antoine Perroquet *la vie*, *& le martyre du Docteur illuminé*, *le bienheureux* RAYMOND LVLLE, *avec une Apologie de ſa ſainteté*, *& de ſes oeuvres*, *contre le menſonge*, *l'envie*, *& la mediſance*, *Vendôme*, *chez Sebaſt. Hyp* 1667. in 8. Quamuis opera eius, quae ad artem, vt vocare ſolent, vniuerſalem, faciunt, ſaepius edita fuerint, illa tamen rariora eſſe, omnes fere catalogorum auctores, qui libros rariores complectuntur, vno quaſi ore adfirmare ſolent. Noſtram editionem, ad illam, quae *Argentorati* 1598. *ex officina*

cina

tina Lazari Zetzneri prodiit, excusam esse, testatur typographi *epistola dedicatoria*, *ad* Ioannem Martinum Säckl in Treffen, Carinthium, quae elogium complectitur artis lullianae, variaque exempla producit hominum, qui vel exiguo temporis spatio, etiam inconstanti aut decrepita constituti aetate, a literis alias prorsus alieni, vel etiam in pueritia, & iuuenilibus annis, ad hanc artem lullianam vnice cum incumberent, & in stuporem, & in admirationem alios induxerunt. Nominantur ex Italis Petrus Daguinus Mediatus, & Iacobus Ianuarius, ex Hispanis Ferdinandus Corduba, e Gallis Petrus Iacobus Faber, stapulensis, & Carolus Bouillus, & tandem e Germanis, Andreas, & Petrus Iacobus fratres Canterii. Quae in nostra editione inveniuntur, talia sunt:

I. *Ars breuis* M. RAYMVNDI LVLLII, *compendium*, *&* *Isagoge artis magnae.*

II. *Opusculum* M. RAYM. LVLLII *de auditu kabbalistico*, *siue ad omnes scientias introductorium.*

III. *Duodecim principia philosophiae* M. R. L. *quae & lamentatio, seu expostulatio philosophiae contra* Auerroistas, *& physica eiusdem dici possunt.*

IIII. *Dialectica*, *seu logica noua* M. R. L. *diligenter emendata*, *restitutis iis*, *quae olim fuerant sublata*, *& additis tractatu de inuentione medii*, *item tractatu de conuersione subiecti*, *& praedicati per medium:* *per* M. Bernhardum de Lauinheta. Hunc librum *Parisiis*, anno 1516 iam editum esse, retulit Iosias Simlerus in *Bibliotheca* p. 99. *Opera* Bernardi de Lauinheta, postea, *omnia*, *quibus fit explanatio*, *& applicatio artis* RAYM. LVLLII *ad omnes facultates*, prodierunt *Lugduni* 1523. e qua editione, illa recudenda curauit Ioannes Henricus Alstedius, *Colon.* 1612. in 8. Bernardi de Lauinheta nomen, in *lexico eruditorum*, frustra quaesiuimus.

VI. RAYM. LVLLII *Oratio exemplaris.*

VII. *Ars magna*, *& vltima* M. R. L. *bonarum artium magistri*, *& sacrae theologiae Professoris amplissimi.* Qui artis lullianae ideam sibi parare volue-

 rit,

cit, euoluat Petri Hieronymi Sanchez de Licarazo, Hispani, Doctoris theologiae, & Canonici ecclesiae turiasonensis, *generalem, & memorabilem methodum, ad omnes scientias, facilius, & citius addiscendas; in qua eximii & piissimi Doctoris* RAYMVNDI LVLLII *ars breuis explicatur, & multis exemplis, variisque quaestionibus, circa facultates, quae in scholis docentur, ad praxin, (quod nunquam factum legitur) apertissime reducitur. Turiasonae* 1613. & 1619. in 4. Iulii Pacii a Beriga *artem* lullianam *emendatam IIII. libris. Valentiae* 1618. in 8. & *Neapol.* 1631. & librum hoc titulo editum: *Clauis artis* lullianae, *& verae logices, duos in libellos tributa, id est, solida dilucidatio artis magnae, generalis & vltimae, quam* RAYMVNDVS LVLLIVS *inuenit, vt esset quarumcunque artium, & scientiarum clauigera, & serperasta. Edita in vsum & gratiam eorum, qui impendio delectantur compendiis, & confusionem sciolorum, qui iuuentutem fatigant dispendiis: Opera & studio,* Ioannis Henrici Alstedii. *Ne sutor vltra crepidam, accessit nouum speculum logices minime vulgaris. Argentorati, sumtibus haeredum Lazari Zetzneri* 1652. in 8. pp. 149. Conf. eiusdem Alstedii *Encyclopaedia* L. XXXV. Sect. XVII. *Herborn.* 1630. in fol. p. 2328 sqq. Georg. Hornii *Historia philosophic. Lugd. Bat.* 1655 in 4. L. VI. p. 317 sqq. Daniel. Georg. Morhofii *Polyhistor literarius* L. II. Cap. V. p. 351 sqq. edit. *lubecens.* 1714. Georg. Paschii *de nouis inuentis, quorum adcuratiori cultui facem praetulit antiquitas* Cap. II. §. X. p. 29 sqq. Iacobi Bruckeri *kurze Fragen aus der philosophischen Historie* P. VI. p. 1352. not. y. in hisce sane libris satis & abunde inueniet, quibus curiositatem explere poterit. Fuere inter viros doctos, qui maximam *operum* partem, quae sub LVLLII nomine circumferuntur, suppositritiam, & a Carolo Bouillo, Iacobo Fabro, stapulensi, Cornelio Agrippa a Nettesheym, aliisque, eiusmodi

genii

genii hominibus, confictam esse statuerunt, conf. Georg. Abrahami Mercklini Lindenius *renouatus*, *Norimb.* 1686. in 4. p. 930.

IIX. & VIIII. Iordani Bruni, nolani, *de* lulliano *specierum scrutinio propositum, & de lampade combinatoria* lulliana. Haec opuscula Iordani Bruni lucem primum adspexerunt, *Pragae* 1588. in 8. vid. *Analecta literaria* p. 158.

X. Iordanus Brunus, *de progressu logices venationis.*

XI. Iordanus Brunus, nolanus, *de lampade venatoria logicorum.* Haec duo opuscula 1587. in 8. in lucem exiisse, diximus in *Analect. literar.* l. cit. Conf. de Iordano Bruno, nolano, & scriptis eius magno numero editis Casp. Scioppii *epistola ad* Conrad. Rittershusium, *de genere, loco, & tempore mortis* Iordani Bruni, nolani, scripta anno 1600. d. XVII. Februar. Exstat illa in libro, cui titulus praefigitur *Machiauellizatio, qua vnitorum animos dissociare nitentibus respondetur, in gratiam D. Archiepiscopi castissimae vitae* Petri Pazmann *succincte excerpta, Sarragossae* 1621. in 4. & in Burcardi Gotthelf. Struuii *Actis literar.* Tom. I. *Ien.* 1713. in 8. Fascic. V. p. 64 sqq. in Maturini Veyssiere la Croze *Entretiens sur divers sujets* p. 287 sqq. & in John Toland *Collection of Several Pieces* Tom. I. *London* 1726. in 8. p. 304 sqq. Vid. praeter ea Caroli Stephani Iordani *Disquisitio historico-literaria de* Iordano Bruno, nolano, *Primislauiae literis rakozianis* in 8. Niceron *Memoires* Tom. XVII. p. 201 sqq. P. Baile *Dictionaire historique & critique* Tom. I. p. 672 sqq. Iacobi Bruckeri *kurze Fragen aus der philosophischen Historie* Tom. VII. p. 6 sqq. Ioan. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 145 sqq. Samuel. Engel *Bibliotheca selectissima* p. 26 sqq. Exstiterunt quidem inter viros doctos, qui Brunum in atheismi suspicionem adducerent, a qua eum suspicione liberare studuit Christophon Augustus Heumannus in *Actis philosophor.* P. VIIII. p. 380 sqq. Minime vero id sibi



persuaderi passus est Maturinus Veyssiere la Croze, qui hanc ob caussam *de Atheismo* Iordani Bruni, *epistolam* scripsit ad Christophor. Aug. Heumannum, quam posterior inseruit *Actis philosophor.* P. XI. p. 792 sqq. Exstat etiam in *Thesauro epistolico* lacroziano Tom. III. *Lipsiae* 1746. in 4. p. 138 sqq. Defendit, quam de innocentia Iordani Bruni, conceperat opinionem Heumannus in *responsione* ad La Crozium, quae legitur in *Actis philosophor.* l. cit. p. 810 sqq. in *Thesauro epistolico* lacroziano Tom. I. *Lips.* 1742. in 4. p. 153 sqq. Caussam praeter ea Iordani Bruni contra La Crozium peroravit, eumque ab atheismi suspicione vindicare, adnisus est Iacobus Zimmermannus in *Museo* heluetico Tom. V. Part. XX. p. 557 sqq. Tom. VI. Part. XXI. p. 1 sqq.

XII. Henrici Cornelii Agrippae ab Nettesheym, *armatae militiae Equitis aurati, & vtriusque iuris Doctoris, in artem breuem* RAYMVNDI LVLLII *commentaria.* Prima sine dubio opusculi editio est, quam *Coloniae, Ioannes Soter excudebat anno 1533. mense Augusto.* in 8. vid. David Clement, viri Cl. *Bibliotheque historique & critique des livres qui sont difficiles à trouver* Tom. I. p. 94. Melchior Ludewig Widekind *ausführliches Verzeichnis von raren Büchern mit historischen vnd kritischen Anmerkungen* P. I. *Berlin* 1753. in 8. form. mai. p. 38. In *Operibus* Agrippae legitur Tom. II. p. 240 sqq. edit. *lugdunens. per Beringos fratres* 1600. in 8. eo tamen discrimine, vt figurae, quae in nostro exemplari, textui passim insertae sunt, in Agrippae *operibus* in fine *commentariorum* p. 340 sqq. seorsum positae conspiciantur. Sacra esse, voluit Agrippa, *commentaria* sua, Ioanni Laurencino, lugdunensi, *Praeceptori primario, diui* Antonii, *apud* Riuum euersum, *prouinciae* Pedemontium.

XIII. *Tabula abbreuiata Commentariorum artis inventiuae* Henrici Cornelii Agrippae, ab ipso Agrippa composita, & Adolpho Roboreo, agrippinensi

LL. Do-

LL. Doctori, & Canonico ad gradus Mariae *virginis* dicata. In *operibus* Agrippae, illa omissa fuit.

XIIII. *Articuli fidei sacrosanctae ac salutiferae legis christianae, cum eorundem perpulchra introductione: quos illuminatus Doctor Magister* RAYMVNDVS LVLLIVS *rationibus accessoriis, demonstratiue probat.* In fine, *factus iste tractatus* dicitur, Romae *anno domini M.CC. XCVI.* (1296) *& completus ibidem, in vigilia beati* Iohannis Baptistae *praecursoris domini* Iesu Christi &c.

XV. VALERII DE VALERIIS *Patricii* veneti, *opus aureum, in quo omnia breuiter explicantur, quae scientiarum omnium parens* RAYMVNDVS LVLLIVS, *tam in scientiarum arbore, quam arte generali tradit.* Hoc opus prima vice editum fuit *Augustae Vindelicorum, e typographia Michaelis Manger* 1589. in 4. non 1598. vt per typotheta-rum errorem in Thom. Hyde *Catalog. Bibliothecae* bodleianae Tom. II. p. 219 legitur. Inscripsit opus auctor nomine Antonii Fuggeri, Domini Kirchbergae & Weissenhorni. Hisce, quae recensuimus, opusculis, adiicitur *rerum ac verborum praecipue memorabilium, quae in* lullianis, *ac interpretum operibus, seu tractatibus continentur, index elegans, & locuples.*

Heic ὡς ἐν παρόδῳ addere licebit, quod RAYMVNDVM LVLLIVM, multi, inter rerum anglicarum scriptores, inuentorem numorum aureorum faciant, quos *nobiles rosatos*, seu *rosenobles* adpellare Angli solent, & ex auro, arte chymica, a LVLLIO producto, conflatos esse sibi persuadeant. Vid. Georg. Paschius l. cit. p. 332. & quae Iacobus Sigismundus Baumgarten Vir S. R. de istorum numorum historia, & origine, cum republica literaria communicauit in *woechentlichen* hallischen *Anzeigen* anni 1750. num. IIX-XI.

XXXVI.

HENRICI COR. AGRIPPAE AB NETTESHEYM, de occulta philosophia Lib. III. Item, Spurius Liber de Caeremoniis Magicis, qui Quartus AGRIPPAE habetur. Quibus accesserunt, Heptameron PETRI DE ABANO. Ratio compendiaria Magiae naturalis, ex Plinio desumpta. Disputatio de Fascinationibus. Epistola de incantatione, de adiuratione colliquе suspensione, IOHANNIS TRITEMII opuscula quaedam huius argumenti. Diuersa diuinationum genera a quodam antiquitatis studioso collecta. *Lugduni per Beringos fratres* in 8. pp. 677. si pp. 36. priores exceptae fuerint.

Hac ratione inscribitur editio admodum rara, cuius huc vsque a nullo auctore mentio facta est, nisi forte eadem fuerit editio, quam hoc titulo: HENR. CORN. AGRIPPAE *Opera, sc. de occulta philosophia, in geomanticam disciplinam lectura, de magia, ex sua declar. de vanitate scientiarum & excellentia verbi Dei.* P. de Abano *Heptameron seu elementa magica, de speciebus magiae ceremonialis, Epitome in* Pl. Sec. *Nat. Hist. Libri XXX. Cap. I. & II. de magia, de fascinationibus. De Daemoniis* Ger. Cremonensis *Geomantia astronomica.* Arbatel *de magia, de incantatione & adiuratione collique suspensione epistola.* Ioan. Tritemius *de steganographia, diuersa diuinationum genera, & alia. Lugd. per Beringos fratres* 1531. in 8. Voll. II. adtulit Dauid Clement Vir Cl. in *Bibliotheque curieuse, historique & critique des livres, qui sont difficiles à trouver* Tom. I. p. 94. & ex illa Melchior Ludewig Widekind im *ausführlichen Verzeichnis von raren Büchern* P. I. p. 38. Titulus enim ab auctoribus, quos Cl. Dauid Clement l. cit. testes producit, haud satis adcurate exscriptus nobis videtur, cum satis superque declarat, non omnia HENR. CORN. AGRIPPAE *opera*, nec alia, in illa collectione exstitisse, quam ea, quae etiam in nostra occurrunt. Annus

praeter ea 1531. ab hominibus rerum imperitis nobis additus videtur, qui librum eodem anno, quo *dedicatio* AGRIPPAE, ad Hermannum *e Comitibus* Wydae, coloniensis *ecclesiae Archiepiscopum*, scripta fuit, euulgatum existimarunt. PETRI enim DE ABANO elementa magica, *primum*, quod nos quidem sciamus, cum *libro quarto de occulta philosophia*, anno 1565. in 8. prima vice edito, in lucem prodierunt. Per omnem nostram editionem, nullum quidem anni indicium exstat, si tamen coniecturae locus fuerit, illam post annum 1567. in lucem prolatam, & ad eam editionem excusam existimamus, quae talem prae se fert titulum: HENRICI COR. AGRIPPAE AB NETTESHEYM *de occulta philosophia libri III. Quibus accesserunt, spurius* AGRIPPAE *Liber de ceremoniis magicis. Heptameron* PETRI DE ABANO. *Ratio compendiaria magiae naturalis, ex* Plinio *desumpta. Disputatio de Fascinationibus. Epistola de incantatione & adiuratione, collique suspensione.* IO. TRITEMII *Opuscula quaedam huius argumenti. Parisiis ex officina Iacobi Dupuys* 1567. in 8. pp. 668. vid. Cl. Dauid Clement l. cit. p. 93. not. (94). Opuscula autem in nostra collectione, literis currentibus, siue italicis exscripta, hoc ordine reposita sunt:

I. HENR. CORNEL. AGRIPPAE *praefatio ad Lectorem.*

II. Eiusdem *Epistola, ad* IOANNEM TRITEMIUM.

III. IOAN. TRITEMII *Responsio,* scripta *ex coenobio* Penpolitano *IIX. April. M. D. X.* (1510).

IIII. HENR. CORN. AGRIPPAE *epistola dedicatoria ad* Hermannum *e Comitibus* Wydae, *Archiepiscopum* coloniensem *S. R. I. Principem Electorem,* scripta 1531. *mense Ianuario.*

V. *Capitulorum omnium, quae in opere continentur Elenchus.*

VI. HENR. CORN. AGRIPPAE *de occulta philosophia liber* I. a p. 1-150.

VII. Eiusd. *Epistola dedicatoria, ad Librum II.* ad eumdem Archiepiscopum coloniensem.

IIX. Eiusd. *de occulta philosophia liber II,* p. 153-305.



XXXVII.

XXXVII.

Trinum magicum siue Secretorum magicorum opus. Continens I. de Magia naturali, artificiosa, & superstitiosa disquisitiones axiomaticas. II. Theatrum Naturae praeter Curam magneticam, & veterum Sophorum sigilla, & imagines magicas, etiam conclusiones physicas, elementales, coelestes & infernales exhibens. III. Oracula ZOROASTRIS, & Mysteria mysticae philosophiae, Hebraeorum, Chaldaeorum, Aegyptiorum, Persarum, Orphicorum, & Pythagoricorum. Accessere Nonnulla Secreta secretorum, & mirabilia Mundi. Et Tractatus de Proprii cuiusque nati daemonis inquisitione. Editum a CAESARE LONGINO *Philos. Francofurti, apud Christianum Gerlach, & Simonem Beckenstein. M.DC.LXIII.* (1663) in 12. pp. 498. si praemissa folior. II. non numerata fuerint.

Libellus admodum rarus vocatur in Samuel. Engel *Bibliotheca selectissima* P.I. p. 157. Quis editor CAESAR LONGINVS, quod fictitium nomen putamus, fuerit, ignoramus, omnemque operam, in illo inuestigando lusimus. Initium libri facit *praefatio ad lectorem*, in qua praeliminaria quaedam de magica scientia, eiusque variis generibus exhibentur, vt paratior, instructiorque lector his cognitis, ad eius penetralia admittatur. Praefationem sequitur *index capitum, & secretorum, hoc opusculo comprehensorum.*

Primam libri partem constituit MARCI ANTONII ZIMARAE *tractatus magicus.* Fuit ille ZIMARA philosophus, & medicus seculi XVI. ex Apuliae oppidulo, quod Hetruscorum lingua *S. Pietro in Galatina* adpellatur, oriundus, qui, posteaquam per aliquot temporis spatium logicen Pataui docuerat, ob turbas bellicas exortas, Romam se contulit, & philosophiam insigni cum adplausu professus est. Sed inde euocatus

Patauium rediit, ad philosophiae professionem, qua etiam ad mortem vsque, quae anno circiter 1532. illum e medio sustulit, functus est. Circumfertur praeter multa alia scripta philosophica, sub eius nomine liber, cuius pars prima hoc inscribitur titulo: *Antrum magico-medicum. In quo Arcanorum magico-physicorum, sigillorum, signaturarum, & imaginum magicarum, secundum Dei nomina, & constellationes astrorum, signatura planetarum constitutarum, vt & curationum magneticarum & characteristicarum ad omnes corporis humani affectus curandos thesaurus locupletissimus, nouus, reconditus; cui medicamenta etiam varia chymica ex mineralibus & vegetabilibus conficiendi methodus; tractatus item de rebus, quae humano corpori eximiam & venustam formam inducunt; de variis etiam metallorum & mineralium praeparationibus & experimentis plurimis tractatio subiungitur: Accessit motus perpetui mechanici absque vllo aquae vel ponderis adminiculo conficiendi documentum. Francofurti* 1625. in 8. Secunda pars talem prae se fert titulum: *Antri Magico-medici Pars II. in qua arcana naturae, Sympathiae & Antipathiae rerum, in plantis &c. omniumque corporis humani morborum, in primis Podagrae, Hydropes, pestis, Epidemiae, & cancri exulcerati cura hermetica, specifica, characteristica, & medica continentur. Accesserunt portae intelligentiarum & Canones hermetici de spiritu, anima, & corpore maioris & minoris mundi. Francofurti* 1626. in 8. Vid. de insigni libri raritate Io. Vogtii *Catalogus libror. rar.* p. 735. Ex hoc autem maiore opere, sine dubio, *tractatus magicus*, in compendium redactus est, qui praeter *prooemium* XXXI. Capitibus absoluitur, & multis superstitiosis, & absurdis, imo saepe numero, impiis rebus refertus est. Adpendicis loco accessit *Excerptum e libro II. magiae natural.* IOANNIS BAPTISTAE PORTAE, *de mirandis quibusdam naturali magia factis operationibus.*

Secunda libri particula est, *Tractatus de virtutibus quarundam herbarum, lapidum, & animalium* A. M. A. Istae literae designant ALBERTVM MAGNVM *Auctorem.*

rem. Inuenitur absurdus libellus, libro plerumque adiectus, qui *de secretis mulierum*, sub ALBERTI M. venditatur nomine. Quis verus illius sit auctor, indicauimus in *Analectis literariis* p. 14. Quae in titulo promittuntur, *mirabilia mundi*, ad hunc tractatum spectant, eiusque vltimam constituunt partem.

Tertiam collectionis particulam facit *Commentatio de magnetica curatione vulnerum citra superstitionem, dolorem & remedii applicationem Authore* R. G. M. D. Libelli superstitiosi auctorem, aliis inuestigandum relinquimus.

Quartae particulae titulus est *Logia, siue Oracula* ZOROASTRI *ex* Platonicorum *libris collecta*. quibus subiiciuntur

Quinto *Oracula siue mysteria mysticae* Hebraeorum, Chaldaeorum, Aegyptiorum, Persarum, Arabum, Graecorum & Latinorum *philosophiae*.

Vltimus & sextus Tractatus inscribitur *de proprii cuiusque nati Daemonis inquisitione*, & in tres diuiditur libros, quorum I. quinque, II. tredecim, III. octo capitibus absoluitur. Difficile dictu est, vtrum auctor huius tractatus, quisquis ille fuerit, maiorem superstitionem, & stultitiam, an malitiam et impietatem prodiderit. Posterioris sane ipse conscius sibi videtur fuisse, cum libro secundo eiusmodi epilogum apologeticum adtexuit: *Non ideo, Lector beneuole, Magi impii nomen me mereri credas; quod de nominibus spirituum & nonnullis eius characteribus verba feci: Scire enim te velim, me ore aliorum duntaxat esse locutum, & ea literis mandasse, quae sequi, aut quibus fidem certam adhibere ipse negabo: Attamen hoc loco ea pertractare volui. partim methodi gratia, & partim ea ratione, qua logici docere consueuerunt fallacias: videlicet, non vt fallant homines, sed vt, ne fallantur, caueant, & praemoneantur, sic enim hoc loco etiam inanem vel potius incertam veterum sapientiam depinximus, vt tu certiori modo instructus viam veram, simplicem, & piam meliori spe, atque fiducia sequaris, genuinum cuiusque genium inuenias, ac verum astrologiae abstrusae arcanum cogno-*

scas.



scas. Fecimus igitur in praemissa huius libri parte, quod pictores solent, quando colores deteriores in margine alicuius insignis effigiei disponunt, vt in interiori imaginis delineatae parte pulchritudo sit ornatior. Attende igitur, Bone Lector; & si diligenter res, prout sunt, consideraueris, fortasse nostros, hosce exantlatos labores non respues, nec tuam etiam operam aut oleum perdes. Vale.

XXXIIX.

Magiae naturalis, siue de miraculis rerum naturalium Libri IIII. IO. BAPTISTA PORTA *Neapolitano* Auctore. Cum indice. *Antuerpiae, Ex officina Christophori Plantini. M. D. LXXXV.* (1585) in 12. pp. 296. si indicem pp. 5. exceperis.

IOANNES BAPTISTA DELLA PORTA, neapolitanus, a prima statim iuuentute, in secretiora naturae arcana penetrare, summo studio, indefessoque labore, *non sine familiaris,* vt ipse ait, *rei iactura* studuit, & ideo in patria domo, academiam condidit *dei Secreti,* in quam nemo admittebatur, nisi qui admirandum aliquod, supra vulgi captum, protulerat arcanum, e quo certissimi, vel ad hominum salutem, vel ad mechanicarum rerum vsum, vel ad rerum commutationem effectus sequerentur. Istarum autem speculationum, & in naturae abditissima penetralia inquisitionum fructus fuit liber, cuius titulum adscripsimus, quem nondum quindecim annorum iuuenis composuit, & nisi nos omnia fallunt, primum *Neapoli apud Matthiam Cancer* 1558 in fol. euulgauit, quae editio, asterisco, insignis raritatis indicio, in *Bibliothecae* platnerianae P. I. *Lips.* 1743. in 8. p. 113. notata fuit. Ad hanc autem neapolitanam editionem, multae postea aliae editiones, variis in locis, exscriptae fuerunt, inter quas, nostram rariorem esse, nemo forte negauerit, qui libros omnes, ex officina Christophori Plantini, emissos in lucem, sedulo, & studiose, a viris doctis conquiri intellexerit.

Anti-

Antiquiores exstare editiones, quae ad eamdem officinam typographicam natales suos referant, priuilegium regium testari videtur, Christophoro Plantino iam 1559. d. XXV. Octobr. concessum. Dicauit hoc opus suum IOANNES BAPTISTA DELLA PORTA, Philippo Hispaniae Regi. Libro I. capitibus XXI. de magia naturali in genere, eius origine, rerumque naturalium caussis, earumque actionibus disseruit. Libro II. capitibus VIIII. prioribus, monstrificas plantarum, arborum, florum, fructuum mutationes docet, reliquis autem capitibus XVIIII. varia secreta & experimenta protulit. Libri III. Capita XIIX. experimenta complectuntur chymica. Libri IIII. Capita XXV. experimenta ob oculos ponunt catoptrica, quibus auctor nonnulla addidit *de physicis ligaturis, vel colli suspensionibus*, de gemmis, atque de figuris, eis insculpendis, & earum virtutibus.

XXXVIIII.

IO. BAPTISTAE PORTAE *Neapolitani*, Magiae naturalis Libri viginti. Ab ipso quidem authore ante biennium adaucti, nunc vero ab infinitis, quibus editio illa scatebat mendis, optime repurgati: in quibus scientiarum naturalium diuitiae & deliciae demonstrantur. Accessit Index, rem omnem dilucide repraesentans, copiosissimus. Librorum ordinem, qui in hoc opere continentur, versa pagina indicabit: *Francofurti apud Andreae Wecheli haeredes Claudium Marnium, & Ioan. Aubrium MDXCI.* (1591) in 8. pp. 669. non numeratis praemissis, & indice folior. 18.

Cum IOANNES BAPTISTA DELLA PORTA, *magiae* suae *naturalis libros IIII.* tanto omnium plausu exceptos animaduerteret, vt in plures linguas, italicam, gallicam, hispanicam, & arabicam translati, saepissime-

que



que typis mandati, per multorum manus, & ora volitarent, de opere poliendo, per triginta, & amplius annos, sollicitus, nouam illius editionem, multo auctiorem, amplioremque in lucem emisit *Neapoli* anno 1589. in fol. Ad istam editionem, oppido raram, illa, qua vtimur, expressa fuit, quae in *Catalogo Bibliothecae* Daniel. Salthenii p. 551. *libri minus obuii*, *editio perrara* adpellatur. Dicauit IO. BAPTISTA DELLA PORTA hocce opus suum nouum Iunio Bobali, Andreae filio, ragusano. Quantam huic libro impenderit curam, ipse in praefatione, hisce testatur verbis: *Ab eo, quo primum editum est opus tempore, (iam quintus & trigesimus agitur annus) si vlli vnquam granior incubuit cura, vt Naturae secreta patefaceret, ego eum me esse plane possum profiteri. Toto enim animo, totisque viribus maiorum nostrorum monumenta peruolui; & siquid arcani, siquid reconditi scripsissent, defloraui. dein quum* Italiam, Galliam, *&* Hispaniam *peragrassem, bibliothecas, & doctissimos quosque adii: artifices etiam conueni, vt siquid noui curiosique nacti essent, edi scerem: quae longo vsu verissima & vtilissima comprobassent, agnoscerem. Vrbes & viros, quos videre non contigit, crebris epistolis sollicitaui, vt reconditorum librorum exemplaria, vel si quid haberent noui, communicarent, non praetermissis precibus, muneribus, commutationibus, arte & industria. Hinc vniuerso hoc tempore, quicquid vbique terrarum eximium erat, aut expetendum, tum librorum, tum praestantissimarum rerum, mihi cumulatissime conquisitum est; vt cumulatior auctiorque Naturae haec supellex foret. Itaque intensissimo studio, pertinacique experientia, perdius atque pernox periclitabar, quae legeram vel audieram, verane essent an falsa; ne intentatum aliquid remaneret, quum saepius* Ciceronis *sententiae meminissem, qui sic inquit:* Par est eos qui generi humano res vtilissimas, & perpensas exploratasque, memoriae tradere concupierint, cuncta tentare. *Quibus periclitandis, nullis laboribus, nullis sumptibus peperci, res angustas meas, augusta magnificentia impendi. Nec defuere quoque labor, diligentia, & opes clarissimo-*

rum

rum Heroum, magnatum, nobilium, & doctissimorum virorum & praecipue — *Cardinalis* estensis, *qui omnes nostro huic operi gratuitam benignamque operam praestiterunt. Nec domi meae defuit vnquam curiosorum hominum academia; qui in his vestigandis experiendisque collato aere strenuam alacremque operam nauarent; quique hoc opere concinnando augendoque maximo mihi fuere adiumento. Haec igitur tantis impensis, labore, & studio parata, num in lucem venire paterer, iam sarcinulas colligens anxius animi haerebam. nam multa sunt praestantissima, & summis heroibus digna, quae si ignari homines, nec dum sacris philosophiae initiati assequerentur, vilescerent vtique & spernerentur* &c. In eadem praefatione, iniuriam sibi, a nonnullis, inlatam esse queritur, qui illum in scriptis suis *Magum veneficum* adpellauerint. Duos in primis hisce verbis perstringit Gallos: *Tandem libenter vestras aures offendere praeteriissem, si obtrectatorum inuidorumque calumnias refellere curae non esset, qui me satis immodeste lancinant, putantes me* Magum veneficum *esse; quod nomen a teneris vnguiculis exhorrui, & vanum putaui. Equidem me semper hominem existimaui, fallaciis & erroribus obnoxium: exoraui doctissimos quosque, siquid non fideliter interpretatum, redarguerent; sed quod semper formidaui, accidit, vt in vilissimum & perosum quoddam genus hominum inciderim, quod ex aliorum iniuria, iusta, vel iniusta, sordidam gloriolam, plebeiam & popularem auram captant: quorum virulentis morsibus convulnerati non contabescunt, sed in se virus retorquentes, suam famam potius prosternunt.* Gallus *quidam in suo libro* de Daemonomania, *me* Magum veneficum *putat, librumque hunc meum olim excusum, igne dignum putat, quod scripserim lamiarum vnguentum; quod ego ad detestandas, daemonum strigumque fraudes attuleram; vt, quae natura ipsa eueniunt, in superstitionibus abuterentur; quod ex satis laudatorum Theologorum libris excerpseram. In hoc quid peccaui? cur* venefici *nomen merui? Sed quum multos nobiles, & literatos viros* Gallos, *qui maximo honore me conuenire dignan-*



gnantur, percontarer, quisnam homo sit iste? Responderunt haereticum esse, quique in festo diui Bartholomaei, *qua die cunctis eiusmodi impiis hominibus caedes indicebatur, e specula praeceps periculum euasit. Ego interim Deum opt. max. rogabo (vt virum nobilem & Christianum decet) ad catholicam romanam fidem conuersus, ne sit ipse viuus igni damnandus.* *Alter* Gallus, *quum omnes sui seculi literatos indigne damnet, me illis adnectit: solos tres medicos, suos amicos, quasi omnium nostri aeui doctissimos, laudandos censet; quos inter se ipsum connumerat; quum ipsius liber sine authoris nomine circumferatur. Proh Deum immortalem, quale laudis captandae homo iste commentum reperit? qui, quum neminem habeat, qui eum laudet, neque dignus laudari censetur, se ipsum laudat. Alios omitto eiusmodi farinae homines, qui me etiam* Magum veneficum *existimant; quum nil vnquam hic, vel alibi a me tractatum sit, quod inter Naturae pomoeria non contineatur &c.* Priorem, quem hisce verbis depexum dedit, esse Ioannem Bodinum, extra omnem dubitationem positum est. Is enim L. II. *de Magorum Daemonomania* Cap. V. p. 320. edit. *francofurtens.* 1590. in 8. hac ratione de IO. BAPTISTAE DELLA PORTA *magia naturali* scripserat: *Exstat recens historia magiae naturalis a* Neapolitano, *qui narrat rem a se in muliere saga fuisse exploratam, quae postquam se vnxisset nudam,* κατοδυμεῦσα *& sensu destituta concidit, reuersaque post trium horarum spatium in corpus suum multa e regionibus variis nuntiauit, quae vera deinde comperta sunt. Sed autor libri digni incendio rationem rei istius gerendae explicat* &c. Libris viginti, in quos haec editio dispescitur, talia praefiguntur argumenta:

Liber I. *Rerum causas vestigat, e quibus mirabiles manant effectus.* Capit. XX.

II. *Varia inter se commisceri docet animalia, vt noua, & vtilia progignantur.* Cap. XXII.

III. *Agriculturae praecepta premit, de nouis producendis, commiscendisque plantis.* Capit. XXI.

IIII. *Oeconomiam docet, quae parua rei familiaris*

iactura

iactura domesticas res parat, & partas conseruat, Capit. XXVI.

V. *Metallorum transmutationes explicat, siue chymica experimenta,* Capit. X.

VI. *Gemmas adulterare nititur,* Capit. XIII.

VII. *Condus est, & promus mirabilium magnetis,* Cap. LVI.

IIX. *Experimenta continet medica,* Capit. XIIII.

VIIII. *Mulieres fucat, & mangonizat,* Capit. XXX.

X. *Distillat, distillata ad fastigia virium sustollit,* Capit. XXI.

XI. *Omni ex parte longe iucundissimos spirat odores,* Capit. VIIII.

XII. *Portentosas ignium exitialium machinationes molitur,* Cap. XIII.

XIII. *De re ferraria agit,* Cap. X.

XIIII. *Selecta quaedam coquinariae artis exponit,* Capit. XIII.

XV. *Animalia manu capere, & necare ostendit,* Capit. XI.

XVI. *Clandestinas, & inperspicuas notas pertractat,* Capit. XIII.

XVII. *Vstoria specula, & mirabiles eorum visiones proponit,* Cap. XXIII.

XIIX. *De graui & leui tractat,* Capit. IIX.

XVIIII. *De pneumaticis experimentis sermonem habet,* Cap. VI.

XX. *Chaos est, in quo experimenta, extra ordinem classium continentur.* Capit. X.

Haec omnia passim figuris ligno incisis ornata illustrataque sunt. *Index Secretorum in libris contentorum,* post praefationem occurrit. In *Bibliotheca* Samuel. Engelii *selectissima* P. I. p. 123. repetita editio *wecheliana* 1597. in 8. memoratur, quam primo adspectu, errori typographico originem debere, & ipsam illam, quam descripsimus, esse existimauimus. Cum vero eiusdem editionis, anni 1597. in Thom. Hyde *Catalog. Biblioth.* bodleianae Tom. II. p. 72. mentionem factam esse conspeximus, nihil hac de re certi pronunciare sus-

 tinemus.

tinemus. In *lexico eruditorum* Tom. III. col. 1710. *magia* auctior non memorata, sed opus tantummodo imperfectum *libris IIII.* constans, adlatum fuit. De variis libri editionibus & versionibus vid. Niceron *Memoires* Tom. XLIII. p. 48. Inter versiones teutonicas, illa eminet, quae hoc prodiit titulo: IO. BAPT. PORTA *Magia naturalis oder Hauß-Kunst-vnd Wunder-Buch aufs neue übersetzt vnd vermehrt, durch* Christ. Peganium, *Nürnberg* 1713. in 4. cui accessit anno 1714. Tomus II. eiusmodi titulo insignitus: *Amphitheatrum magiae vniuersae, theoreticae, & practicae, oder Vnterricht von den Wundermachten Gottes, der Natur, Engel, Teufel, vnd Menschen, als der zweyte Theil zur Magia naturali* IO. BAPT. DE PORTA, *herausgegeben von* Felix Maurer, *Nürnberg*. in 4.

XXXX.

Phytognomonica IO. BAPTISTAE PORTAE *Neapol.* Octo libris contenta; In quibus noua facillimaque affertur methodus, qua plantarum, animalium, metallorum, rerum denique omnium ex prima extimae faciei inspectione, quiuis abditas vires assequatur. Accedunt adhaec confirmanda infinita propemodum selectiora secreta, summo labore, temporis dispendio, & impensarum iactura vestigata, explorataque. Nunc primum ab innumeris mendis, quibus passim neapolitana editio scatebat, vendicata, cum rerum & verborum indice locupletissimo 1591. *Francofurti apud Ioannem Wechelum & Petrum Fischerum Consortes.* in 8. pp. 552. except. epistola dedicator. & prooem. folior. 8.

Phytognomonica, IOANNI BAPTISTAE DELLA PORTA est, *virium plantarum vestigandi methodus, ex partibus, & vitae quae insunt signis fixis, & mobilibus,* vid. L. I. Cap. XXI. p. 39. vbi denominationis, & definitio-

finitionis vberiorem rationem adtulit. Librum esse rarum docet *Catalogus Biblioth.* Daniel. Salthenii p. 586. vbi multo recentior editio *Rothomag.* 1650. in 8. producitur. Omnium prima, ad quam *wechelinna* editio excusa est, & rarissima merito habetur editio *neapolitana* 1589. in fol. Quamuis eodem anno, *magia naturalis* edita fuerit, illam tamen praecessisse *phytognomonicam*, ex vtriusque libri epistolis dedicatoriis adparet. *Phytognomonicam* dicauit Marino Bobali, Andreae filio, raguseo, in qua librum suum, cum filia nubili compa rat, quam veteres populi septentrionales, e patriis laribus, foras expellere sine duce consueuerint, vt diuersis in regionibus vaga, erroque, corpus inuulgando, dotes, & virum ex dote sibi compararet. Sin autem *Magiae naturalis* epistolam dedicatoriam euoluimus, eum ad hanc, quam *Phytognomonicae* praefixerat respexisse, satis superque ex initio colligi poterit. Nimirum hac ratione, Iunium Bobalem, alterum Andreae filium, compellat: *Alteram quae domi erat, filiam illustr.* Iuni *incitatam, & ad te properantem vix inhibere potui: ingentes, quas de suo viro, soror laudes retulit, adeo generosa inuidia eius animum repleuere, vt omni abrupto continentiae, & honestatis vinculo nequeat sibi temperare, quin clamitet, non alium, quam te virum expetere, cui si ipse denegatus sis, in suis laribus consenescere potius, quam aliorum velle subire periculum. Etenim si inter se conferantur, non indignior sorore sibi videtur. Si illa caussas rimatur, ipsa parit effectus, si illa contemplatur, ipsa satis agens ea, quae sub contemplationem cecidere, in hominum lucem venire proponit, & si illa ob inuentionem superbit, ipsa ob portentosas operationes, non minus ambitiosa est* &c. Praemittitur *phytognomonicae*, in secunda tituli pagina, figura ligno incisa, quae auctoris vultum, anno aetatis L. refert.

Liber I. capitibus XXII. *dicendorum fundamenta, ob oculos ponit, & de viribus inprimis plantarum in genere exponit.*

Libro II. Cap. XXXXI. *Historiae plantarum seriem e gentilitatibus, & natalitiis locis,* auctor *iniit, viresque*

resque plantarum manifestas, ab alimentis quibus vescuntur, caelo, quo nascuntur, oriri docuit, & ex iis, quibus nascuntur, misturis, ali, constare, & operari; idque liquido ex propriae cuiusque plantae inspectione, a quopiam cognosci posse demonstrauit.

Libro III. Cap. LII. *Plantarum similitudines paullo adtentius expendit, quae nostri corporis partes facie, & figura mentiuntur, satagens natura, eas illis membris posse mederi, vel morbis illis opem ferre, qui eisdem membris accidere solent.*

Libro IIII. Cap. XXVIIII. *Plantarum partium & actionum similitudines exponit, quae animalium partes, & actiones imitantur, & promiscuas inde vires inuestigat.*

Libro V. Cap. XXXI. *Eas plantarum partes describit, quae similitudine indice, eos morbos ostendunt, quorum vitiis, & cruciatibus, suis dotibus occurrere poterunt, feruntque secum, suae virtutis argumenta.*

Libro VI. Cap. XXXI. *Eas plantarum similitudines explicat, quae ab actionibus earum oriuntur.* Vocat autem ille actiones, nascendi, generandi, crescendi, pariendique modum, & quo amore se prosequantur, horreant, & se inuicem adliciant, tempora obseruando, quibus nascantur, aliasque similes actiones, e quibus sedulus Phytopta, multa poterit augurari naturae secreta.

Libro VII. Cap. XXV. *in animalium, & plantarum mores,* auctor *inquirit, illisque cognitis, mortalium mores, & propensiones emendari posse demonstrat.*

Libro demum IIX. Cap. XVII. *E plantarum adspectu intelligi posse demonstrat, quibus planetis subdantur plantae, easque describit partes, quae caelestium siderum similitudinem, & mutuum consensum indicant, vt siderum virtutum compotes se commonstrent.* Haec omnia ab auctore prolata, figuris ligno incisis, quae plantas, & membra animalium, inter quae quamdam intercedere adseuerat similitudinem, referunt, illustrata fuerunt. Libro finis imponitur, indice satis compendioso.

Multa

Multa quidem in hisce, & aliis eiusmodi furfuris, quos IOAN. BAPTISTA DELLA PORTA edidit, libris occurrunt, quae auctorem idoneum fuisse rerum naturalium perscrutatorem demonstrant, sed plurima etiam illis inesse, commentitia, & absurda, quae animum auctoris, ad superstitionem quamdam fuisse pronum propensumque indicant, quilibet intelligere poterit, qui eiusmodi illius libros, fugitiuo tantummodo, vt aiunt, oculo perlustrauerit. Id iam notauit Ioannes Imperialis in *Museo historico* p. 121. edit. *Hamburg.* 1711. in 8. qui, posteaquam de eius *academia Secretorum* retulerat, & eum, plurima congessisse secreta, luculentis opusculis, posteriorum memoriae tradita memorauerat, hac ratione pergit: *qua vero apud eos* (posteros) *fide, sancire nobis ambiguum non est, qui violalatum quandoque ab ipso,* Musis, *&* Apollini *iusiurandum aduertimus, commentitia scilicet potius, & proprio concepta genio docente, quam experimento, prout moris institutique sui fuerat comprobata. Ceterum veterrima baec eius census scriptorum, indelebilisque iam extitit nota, superius etiam dictis, &* Alberto, Mizaldo, Alexio, Marinello, *ceterisque semper inusta. Fuit is philosophiae, mathematicae, magiae naturalis praesidiis instructus adeo, nec non Physiognomiae notitia perpolitus, vt rerum scientificarum inuentioni aptissimus, inuentarum substentationi imbecillimus haberetur, neque interdum subpuduit ipsum, asseclam suae imbutum doctrinae principiis adsciscere, cuius subsidio iniecta sibi in doctiorum congressu obiectionum tela eliderentur* &c. Eum admodum superstitiosum, & astrologiae inprimis, nimium ac par erat, deditum fuisse, praedictiones eius testantur humanorum euentuum, quibus *fatidici vatis* cognomen adeptus, & romanae curiae suspectus factus est, cui, Romae praesens integritatis suae rationem reddere coactus fuit, vid. Io. Imperialis l. cit. p. 122. Eius autem *Phytognomonicam,* singulari libro, impugnauit Ioannes Forget, Caroli IIII. Lotharingiae Ducis medicus, quem hortatu Christophori Barot medici lotharingici conscripsit, & edidit hoc titulo: *Artis signatae designata fallacia,*

cia, auctore Ioanne Forget, *medico* Lotharingo, *Nanceii apud Antonium Charlot* 1633. in 8. Argumentum libri exposuit Dom. Augustinus Calmet Abbé des Senones, in *Bibliotheque* Lorraine, *Nancy* 1751. in fol. col. 375. his verbis : *Cet ouvrage est une réfutation d'un sistéme de* JEAN BAPTISTE PORTA Néapolitain, *qui, quoiqu' évidemment ridicule, n'a pas laissé que d'avoir ses sectateurs. Il pretendoit que les plantes portoient chacune un caractere extérieur, qui suffisoit, pour faire connoître leurs vertus au premier aspect ; que ce caractére étoit déterminé, ou par le lieu de leur naissance, ou par la ressemblance qu'elles avoient avec quelques parties du corps humain, ou des animaux, ou même des astres, car* PORTA *étoit infatué de l'Astrologie judiciaire.* Forget *réduit cette hypothése à sept chefs, & compose son Ouvrage d'autant de Chapitres. Dans le premier, il expose & il défend la méthode des Anciens, pour connoître les facultés des plantes par les sens naturels, l'odeur, la vuë, le goût, le tact, & même l'ouïe : pour l'expérience ; il convient que l'on ne doit point en tenter le risque sur les hommes, sans beaucoup des précautions. Il répond aux objections de* PORTA *& venge victorieusément la méthode d'* Hippocrate, *qui consiste dans l'expérience guidée par le raisonnement.*

Dans le second, il expose le sistéme de PORTA, *& le detruit dans son fondement. Il prétend qu'* Avicenne *est le premier Auteur de ce désordre, qu'il a commencé à substituer l'imagination à l'étude de la nature, en quoi les Médecins* Arabes *se sont malheureusement distingués des* Grecs ; *qu'ensuite les Alchimistes, ne recherchant, que le mystérieux, n'ont pas manqué d'enchérir sur eux, sur-tout* Paracelse, Crollius, Turneiser ; *qu'enfin* JEAN PORTA *a épuisé le sujet par la sagacité de son esprit, la fertilité de son imagination, & par sa hardiesse à avancer les paradoxes les plus inoüis ; car il soutient que les bêtes surpassent l'homme en industrie & en raison ; que ce sont elles qui leur ont appris les arts, les sciences, & les jeux.* Forget *répond à chacune de ces suppositions ; & dans les Chapitres suivans, il fait voir*

voir que le lieu natal n'indique nullement la vertu des plantes, non plus que leur ressemblance avec les parties du corps humain, des animaux, & des astres. Il a aussi composé, étant à Paris, *deux livres sur la même matiere, mais qui n'ont été imprimés; l'un sur la signature des métaux, l'autre sur celle des animaux.* PORTA *s'est signalé sur-tout sur cette derniere, par son livre des Phisionomies. Au reste les réponses de* Forget *sont nettes & précises; il a le jugement solide, beaucoup de modération pour un Critique, une vaste lecture, & un stile beaucoup plus pour en* latin, *qu'en* françois.

XXXXI.

Villae IO. BAPTISTAE PORTAE, *Neapolitani,* Libri XII. 1, Domus. 2, Sylua caedua. 3, Sylva glandaria. 4, Cultus & insitio. 5, Pomarium. 6, Oliuetum. 7, Vinea. 8, Arbustum. 9, Hortus coronarius. 10, Hortus olitorius. 11, Seges. 12, Pratum. In quibus maiori ex parte, cum verus plantarum cultus, certaque insitionis ars, & prioribus seculis non visos producendi fructus via monstrantur; tum ad frugem, vini ac fructuum multiplicationem experimenta prope infinita exhibentur. Adiecto inuentario quam copiosissimo. *MDXCII.* (1592) *Francofurti Apud Andreae Wecheli heredes, Claudium Marnium, & Ioannem Aubrium. Cum S. Caesareae Maiestatis priuilegio.* in 4. pp. 914. si praemissa, & indicem folior. 28. exceperis.

Et hic etiam liber, inter rariores IOAN. BAPTISTAE PORTAE locum occupat. Collegit in illo omnia, quae ad rem domesticam, agri & horti culturam pertinent, & tum ex antiquioribus, tum recentioribus scriptoribus, in suum opus transscripsit, vt nihil eorum, quae ad plantarum cognitionem, e philosophis, philologis, poetis, medicis, agricolis, & rerum naturae ex-

 plo-

ploratoribus spectant, desiderari queat. Ex quibus non transscripsit solum, sed quae ex probatissimis auctoribus, collecta, de his, vt ipse ait, peruigili studio, perpetua obseruatione, sumtu, labore & quotidiana experientia periculum fecit, & peritissimorum agricolarum testimonio comprobata, literis mandauit. Cum vero in prooemio, stirpibus omnibus delineationes, siquae ex antiquis exstarent suffecturas adposuisse, sin minus expositam oculis plantam ex omnibus partibus repraesentasse, & viuis quibusdam coloribus, vt omnibus agnoscibilis esset, se designasse scribit, id sine dubio de autographo eius intelligendum erit, exemplar enim nostrum, typis impressum, nullam plane figuram exhibet. Praemiserunt haeredes Andreae Wecheli, praefatiunculam, *ad candidum lectorem*, in qua, quid ab illis, in opere edendo praestitum fuerit, exponunt, & codicem, quem nacti erant, manu exaratum, innumeris mendis deformatum fuisse, monent, id quod eos impulit, vt exemplar, antequam prelo subiicerent, viro cuidam erudito relegendum & emendandum traderent. Duodecim librorum argumenta, in titulo exposita fuere. Antiquiorem, hac nostra, exstare editionem, vix credimus, quamuis priuilegium caesareum, Bibliopolis, iam anno 1582. die XXV. Maii concessum fuerit. Libro finis imponitur, *indice rerum memorabilium* foliorum 24.

Mortuus est IOANNES BAPTISTA DELLA PORTA prid. Non. Februar. anno 1615. Neapoli, aetatis anno LXX. Vitam eius exposuit Niceron in *Memoires* Tom. XLIII. p. 30 sqq. Conf. Ioan. Imperialis *Museum historicum* l. cit. vbi etiam hoc Georgii Rotini epigramma legitur:

Explicat arcanas naturae Academia vires
Quam iubet imperio PORTA *patere suo.*
Quidquid terra sinu, pelagi seu coeca vorago,
Et exciti gignunt summa per astra globi.
Id docet, & rerum pulsa caligine, Phoebus
PORTA *nouis radiis emicuisse iubet.*
Per geminas olim subierunt somnia Portas,
Vnica nunc omnes Porta *recludit opes.*

XXXXII.

XXXXII.

Magica seu mirabilium historiarum de spectris & apparitionibus Spirituum: Item de magicis & diabolicis incantationibus: De miraculis, oraculis, vaticiniis, diuinationibus, praedictionibus, visionibus, reuelationibus, & aliis eiusmodi multis ac variis praestigiis, ludibriis & imposturis malorum Daemonum Libri II. Ex probatis & fide dignis historiarum scriptoribus diligenter collecti 1597. *Islebiae, Cura, typis & sumptibus Henningi Grosii Bibl. Lips. Cum Priuilegio.* in 4. pp. 478. exceptis praemissis, & indice folior. 22.

Quis libri nugis fabulisque anilibus plenissimi, compilator fuerit, non constat. Bibliopola lipsiensis Henningus Grosius epistolam praefixit dedicatoriam oppido prolixam, scriptam Lipsiae *Nonis Octobribus, anno 1596. ad* Henricum Iulium, *Episcopum* halberstadensem, *Ducem* brunouicensem, *&* lunaeburgensem, in qua hunc commentarium, vbi fere omnia, quae passim imposturae, & fraudes diabolo adscriptae, apud scriptores reperiuntur exempla, libris duobus comprehensa, auctore incognito, in bibliotheca quadam, se reperisse testatur. *Quae*, inquit, *exempla, cum ad patefaciendas Sathanae fraudes, magnopere profutura videantur, magnum me subsidium allaturum putabam, Iurisperitis caeterisque, quibus de magorum ac lamiarum maleficiis cognoscendum iudicandumque, si libros eos sumptibus meis in publicum offerrem. Confirmauit eam in me voluntatem postea etiam sacrarum rerum cogitatio; arbitrabar enim hasce historias valde quoque commodas fore iis, quorum in vero Dei cultu, explicando, sacra versatur occupatio, quibus hic quasi quaedam sylua proponitur diligendorum exemplorum, quibus auditores, ab eiuscemodi horrendis ac diabolicis flagitiis, absterreant, & ad pietatem cohortentur. Cuilibet certe etiam in domestica vita, magno, ad informandam familiam, adiumento est, nosse exitus & horribiles casus eorum, qui hasce daemonum*



num spectrorumue fraudes, sectati sunt &c. Tres deinde adfert caussas, quibus se adductum dicit, vt librum Henrico Iulio dicaret, 1. quod ille, cum omnes alias artes ingenuas, ac liberales, tum in primis typographiam magnopere foueat, eosque, qui huic dediti sint, omni clementia, ac liberalitate complectatur; 2. quod illius ciuis ac subditus sit; 3. quod cum superioribus temporibus, in populum christianum haud leuiter profuderit Sathanas, virus illud abominandae impietatis suae, tum praeter ceteros Henricus Iulius seueritatem iudiciorum, ad sceleratam sagarum manum conuerterit, vt omnes eos, qui sese ministerio Diaboli, ad disciplinas eius impias, perdiscendas exercendasque nefario scelere obligassent, poenis meritis prosequeretur, atque e prouinciis suis, imposturas illas Daemonum funditus extirparet. Tandem aliud opus eiusdem auctoris, si hoc benigne exceptum fuerit, promittit titulo *historiae tragicae.* Stetit promissis suis Henningus Grosius, eodem anno, & librum, eiusmodi titulo euulgavit: *Tragica, seu tristium historiarum de poenis criminalibus, & exitu horribili eorum, qui impietate, blasphemia, contemptu, & abnegatione Dei, haeresi, magia, maledicentia, execratione, periurio, impietate erga parentes, parricidio, tyrannide, homicidio, adulterio, incestu, & aliis libidinibus nefariis, sacrilegio, auaritia, furto, latrocinio, rapina, mendacio, fraude, & omnis generis illicita atque execrabili vitae turpitudine, vltionem diuinam prouocarunt, & mirabiliter perpessi sunt. Lib. II. cum indice ac locis communibus locupletissimis. 1597. Islebiae procurante & sumptum faciente Henningo Grosio Bibliop. Lip. cum priuilegio. in* 4. Epistolae dedicatoriae *magicis* praemissae, subiicitur *Catalogus autorum, e quibus historiae atque exempla ista congesta sunt.* In fine autem libri occurrit *index rerum & verborum locupletissimus, ita, vt vice locorum communium esse possit, iuxta seriem alphabeti.* Repetitam exstare editionem *Lugduni Batauor.* 1656. in 8. ex Io. Henrici Deckeri *Spectrologia,* & Martini Lipenii *Bibliotheca reali philosophica,* retulit Eberhard. Dauid Hauber vir S. R. in *Bibliotheca,*

bliotheca, actis & scriptis magicis Tom. I. p. 176. not. a. vbi simul variorum auctorum confutantur errores, quos in adducendo libro, & nominando eius auctore admiserunt. Vtriusque libri, *magicorum* & *tragicorum*, versionem exstare teutonicam, colligimus ex *Appendice librorum omnium, qui intra biennium fere, opera & impensis* Henningii Grosii, *ciuis, & Bibliopolae* lipsici, *partim sub lucem prodierunt, partim adhuc sub prelo, breui tamen, Deo conatus fortunante, lucem videbunt. Islebii* 1598. in 4. vbi fol. 4. a. inuenimus, addito, in margine, anno 1599. *Magica darinne allerley seltzsame vnd denckwirdige Historien von mancherley teuffels gespensten, vnd betrug der bœsen Geister in 2. vnterschiedliche Bücher abgeteilet. Tragica darinn schreckliche Historien von grewlichen Straffen vnd bœsen Außgange derer, welche vmb ires gottlosen wesens, vnd allerley Sünde vnd Schande wunderbarlich gestrafft worden seynd, aus vilen glaubwirdigen Scribenten mit Fleiß zusammen gebracht vnd in 2. Bücher geteilet.* Caeterum operis absurdi raritatem testatur *Catalogus Bibliothecae* Io. Daniel. Salthenii p. 338.

XXXXIII.

Ἐρωτήματα τοῦ ΧΡΥΣΟΛΩΡᾶ.
Περὶ ἀνωμάλων ῥημάτων.
Περὶ σχηματισμοῦ τῶν χρόνων τῶν ΧΑΛΚΟΝΔΥΛΟΥ.
Τὸ τέταρτον τοῦ ΓΑΖΗ, περὶ συντάξεως.
Περὶ ἐγκλητικῶν.
Γνῶμαι μονόστιχοι ἐκ διαφόρων ποιητῶν.
ΚΑΤΩΝ.
Erotemata CHRYSOLORAE.
De anomalis verbis.
De formatione temporum, ex libro CHALCONDYLAE.
Quartus GAZAE de constructione.
De Encleticis.
Sententiae monostichi ex variis poetis.
CATO. in 8. pp. 270.

Editi

Editionis satis infrequentis, & ab ipso Michaele Maittaire non memoratae, titulus hic est integer. In fine illius, editionis tempus, his verbis proditum inuenimus. Victor a Rabanis *& Socii* Venetiis *excudebant MDXL.* (1540.) *Die vero V. mensis Octobris.* His verbis typographi insigne, quod etiam in titulo adparet, adpositum est, Syren nimirum coronata, duplici cauda instructa, quarum alteram dextra, alteram sinistra manu amplectitur. In praefatiuncula latina, *ad studiosos*, Typographus Victor a Rabanis, cuius nomen, in tribus *annalium typographicorum*, quas possidemus partibus, frustra quaesiuimus, de insigni graecae linguae vtilitate disputat, & hanc potissimum ob caussam, vt studiosorum adolescentium vtilitati consuleret, *grammaticas* CHRYSOLORAE *interrogationes* mendis omnibus expurgatas, se curasse imprimendas, adfirmat, cum vnus ex omnibus optimus ei visus sit liber, qui tyrunculis ediscendis proponeretur, cum neque nimia aut prolixitate ignauos, aut perplexitate rudes deterrere, neque nimia breuitate discentem primi praesertim alicuius rudimenti cognitione frustrari possit.

EMANVELIS CHRYSOLORAE, qui Constantino Lascari, Pontico Virunio, Aldo Manucio, aliisque testibus, inter recentiores grammaticos graecos primus fuit, qui in Italia graecas literas, paene mortuas, in vitam, & vsum hominum reuocauit, *erotemata*, saepissime literis exscripta fuere, raro tamen nostra aetate, in conspectum bibliophilorum veniunt. In editione, qua vtimur a p. 3. ad p. vsque 99. perducuntur. Ille vero, qui e maiore CHRYSOLORAE *grammatica graeca*, *erotemata*, in Francisci cuiusdam adolescentis, quem erudiebat, gratiam excerpsit, fuit Guarinus Guarini veronensis, qui finem seculi XIIII. & maiorem seculi XV. partem nominis sui fama illustrauit. Refert de illo Ponticus Virunius in *vita* Guarini, quam editioni *erotematum* Guarini rarissimae *ferrariensi* 1509. in 8. de qua vid. *Analecta literaria* p. 403. additam inuenies, quod aetate iam grandiore, a nobili veneto Byzantium

con-

conductus, coeperit ibi CHRYSOLORAM graece per quinquennium audire. Reuersurus in Italiam capsas duas librorum, quorum exempla non erant, in duabus nauibus locauerit. Cum altera venerit, sed demersam alteram, perditis tantis thesauris librorum, audiens, nocte vna canus totus factus sit prae dolore intolerabili. Cum Antonius Panormita, eum anno 1460. aetatis anno XC. vita functum audiuisset, hoc in eum scripsit epigramma:

Quantum Romulidae *sanctum videre* Catonem,
Quantum Cepheni *volitantem* Persea *caelo*,
Alciden Thebe, *pacantem viribus orbem*,
Tantum laeta suum, vidit Verona Guarinum.

Scriptores, qui res ad illum pertinentes exposuerunt, nominauimus in *Analectis literar.* de libris rar. p. 404. & in *Adparatu literario* Tom. I. p. 126. De aliis *erotematum* editionibus vid. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. V. Cap. VII. p. 39. L. VI. Cap. X. p. 605. Io. Christophor. Mylii *Memorabilia bibliothecae academicae* ienensis, *Ien.* 1746. in 8. p. 219. 241.

De EMANVELE CHRYSOLORA, byzantino, qui, vrbe constantinopolitana a Saracenis expugnata, in Italiam, cum aliis hominibus graecis commigrauit, vid. vita illius, a Pontico Virunio, editioni *erotematum* citat. addita, Paul. Iouii *elogia doctor. viror.* p. 54 sqq. *Raccolta d' Opuscoli scientifici e filologici* Tom. XXV. *Venez.* 1741. in 12. vbi leguntur p. 241 sqq. *Osservazioni di* D. G. *intorno a* EMANVELLO CHRYSOLORA *Ristoratore delle lettere* Greche *in* Italia, p. 291 sqq. Guarini veronensis *Epistolae IIII. quarum prima ad* MANVELEM CHRYSOLORAM, *reliquae tres de* MANVELE CHRYSOLORA, & p. 323 sqq. Andreae Iuliani *Oratio in funere* MANVELIS CHRYSOLORAE, quae etiam in calce *Poggianorum* Tom. II. *Amst.* 1720. in 8. p. 327 sqq. exstat. In Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. V. Cap. V. p. 484. not. subiecta, plures excitantur scriptores, qui eius, in literas graecas merita, ad posteros transmiserunt. Conf. L. V. Cap. XLIII. p. 392.

Libellus



Libellus Anonymi περὶ ἀνομάλων ῥημάτων κατὰ στοιχείων, initium habet p. 100. & finem inuenit p. 114.

Apospasmation περὶ σχηματισμοῦ τῶν χρόνων τῶν ΧΑΛΚΟΝΔΥΛΟΥ ad p. vsque 143. perductum est. De DEMETRIO CHALCONDYLA, grammatico graeco, qui Mediolani, octogenario maior, anno 1510. diem obiit supremum, vid. Paul. Iouii *Elogia doctor. viror.* p. 69 sqq. vbi eum Florentiae, profitendo perscriptoque vtili volumine, rudimenta grammaticae graecae publicasse, ait, quod Theodori Gazae, quamquam insignis liber, de arte eadem, vti prouectis & doctis scriptus durior videretur. Iani Parrhasii *quaesita per epistolas* p. 45. 114. 146. Petri Alcyonii *de Exilio* Libr. II. p. 247. Petri Lambecii *Commentar. de Bibliotheca* vindobonensi L. VI. p. 277. Gerardi Ioan. Vossii *de arte grammatica, Amstelod.* 1635. in 4. Libr. I. p. 14. Isaac. Bullart *Academie des Sciences & des arts, Bruxell.* 1682. in fol. Tom. I. p. 280. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. V. Cap. V. p. 476. L. V. Cap. XL. p. 634. in not. L. V. Cap. VII. p. 40. Vxor eius ambigui moris, & dubiae in maritum fidei femina, defensorem nacta est Paul. Iouium, qui l. cit. haec de illa prodidit: *Vxor virili industria familiam regebat, ipso sene, & literarum studiis occupato, sed ea libertas in mire foecunda vxore, dubiam pudicitiae famam fecit, quamquam tres filii ipsam veri patris effigiem, ore graeco penitus referrent.* Conf. Bartholom. Latomi *epigramma*, quod in illum scripsit apud Iouium p. 71.

Quid est quod vsquam satis sit mortalibus?
Sui nec vlla parte cor, quod torqueat.
Senex, nec absque literarum gloria
Vixi: at malorum hoc est catena longior:
Durisque emuntur literae laboribus,
Et sane iniquis efferuntur praemiis.
Foecunda coniunx, & domi perstrenua,
Sui pudoris proximum est periculum.
Iam bis miser, quod quid sit educatio,
Simulque scirem quid mali sit orbitas.

Quare

Quare referta cum malis sint omnia.
Vitam vt cito obeas leuissimis, pete
Quo tunc beatus, hic quod haud vales, agas,
Ito, & precare mutuum DEMETRIO.

Insigni elogio, ornauit THEODORVM GAZAM thessalonicensem, qui exeunte seculo XIIII. natus, in Italiam anno circiter 1330. commigrauerat, cum omnis Graecia victricibus Amurathis armis concuteretur, Paul. Iouius in *Elog. viror. doctor.* p. 61. & acumine, fertilitateque ingenii, nemini fuisse secundum perhibet, quum Graecos omnes, linguae peritia, eruditoque iudicio superarit. Victorino autem feltrensi magistro vsus, vsque adeo copiose & diligenter literas latinas didicit, vt longe omnium *latinissime* scriberet, nec plane dignosci posset, an exactius, & certius ab eo, latina graece, an ipsa graeca latine verterentur. Apud Bessarionem in primis R. E. Cardinalem doctissimum, plurimum gratia valuit, cuius commendatione potissimum factum fuerat, vt in magna Graecia, quam Calabriam hodie vocant, sacerdotium ei deferretur. Refert de eo Iouius l. cit. quod, quum doctissimas quasdam lucubrationes, in membrana, adcurate & eleganter exaratas Sixto IIII. Pontifici ipse obtulisset, nec pecunia, vel ipsius librarii praemio redderetur digna (quinquaginta scilicet retulerat numos aureos) indignatus subagreste iudicium, *effugere hinc lubet*, dixerit, *postquam optimae segetes, in olfactu praepinguibus asinis sordescunt.* Conf. Pier. Valerianus *de infelicitate literatorum*, L. II. p. 159. qui eum adeo exacerbatum ea re fuisse scribit, vt non solum numos istos in Tiberim deiecerit, sed moerore etiam, & aegritudine confectus, paullo post moreretur. Rem aliis verbis narrat Leonardus Cozzandus *de magisterio antiquorum philosophorum, Genev.* 1684. in 12. & Thomas Pinedo ad Stephanum byzantinum p. 306. not. 48. edit. *Amstelod.* 1678. in fol. Quo tempore, & quo aetatis anno, quoue in loco, e vita decesserit, inter scriptores nondum conuenit. Alii cum Matthia Palmerio, in *Chronico*, eum Romae 1478. aetatis anno LXXX. mortuum esse memorant. Alii vt Petrus Lambecius



becius L. VI. *Commentar. de Biblioth.* vindobonenſi p. 278. Paullo Iouio adſentiri malunt, qui illum in Brutios, ſeu magnam Graeciam, ad ſacerdotii ſedem rediiſſe diſertis l. cit. prodidit verbis. Confirmari praeterea poſteriorum ſententia videtur hoc diſticho:

Altrix Roma, *parens cui* Graecia, Graecia magna
Fit tumulus, linguae GAZA *vtriusque vocor.*

Aliorum de eius aetate, & mortis tempore ſententias, vid. in Niceron *Memoires* Tom. XXVIIII. p. 281. Praeter ſcriptores citatos, de illo legi merentur Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. V. Cap. XXXIII. p. 192 ſqq. *Leven van* THEODORVS GAZA, in *Levens beſchryving van beroomde en geleerde Mannen* P. III. *Amſterd.* 1730. in 8. p. 461 ſqq. Iſaac Bullart *Academie des Sciences & des arts* Tom. I. p. 274. Varias *grammaticae graecae*, quae libris IIII. abſoluitur, editiones, recenſent Io. Alb. Fabricius l. cit. p. 194. & L. V. Cap. VII. p. 15. Niceron l. cit. p. 281. Omnium earum prima, & rariſſima eſt, quam cum eiusdem GAZAE *libro* περὶ μηνῶν, Apollonii Dyſcoli, alexandrini περὶ συντάξεως *libris IIII.* & Herodiani περὶ τῶν ἀριθμῶν *fragmento*, in lucem emiſit Aldus Manucius, *Venet.* 1495. in fol. vid. Niceron l. cit. Io. Alb. Fabricius l. cit. L. V. Cap. VII. p. 13. vbi per typothetarum errorem, numeri transpoſiti, pro MCDLXXXXV. legitur MDCLXXXXV. Michael Maittaire *Annal. typograph.* Tom. I. p. 592. Chriſtiani Theophili Vngeri, *de* Aldi Pii Manutii Romani, *vita meritisque in rem literatam liber ſingularis* Sect. III. p. LXXXII ſqq. Liber *grammaticae* quartus in hac noſtra collectione p. 144-228. inuenitur.

HERODIANI περὶ ἐγκλινομένων καὶ ἐγκλιτικῶν, καὶ συνεγκλιτικῶν μορίων, quod p. 228-234. occurrit, editum iam fuerat ab Aldo Manucio, in *Collectione opuſculorum graecorum*, quam Venetiis MIIIID. (1496) in fol. euulgauerat. Vid. Io. Alb. Fabricius l. cit. L. V. Cap. VII. p. 14. Reperitur etiam in calce *dictionarii graeco-latini & latino-graeci, Venetiis* 1523. in fol. De HERODIANO alexandrino, Apollonii Dyſcoli filio, *artium*, vt ab Ammiano Marcellino L. XXII. Cap. XVI.

p. 334.

p. 344. edit. Hadrian. Valesii, *Paris* 1681. in fol. adpellatur, *minutissimo scisсitatore*, vid. Io. Alb. Fabricius l. cit. p. 8 sqq.

Sententiae monostichae e variis poetis graecis, locum inuenerunt p. 235-256.

CATONIS *disticha moralia*, e graeca Maximi Planudae versione exstant p. 257-270.

Haec autem omnia, quae recensuimus, iunctim etiam graece prodierant Florentiae, *ex aedibus* Philippi Iuntae florentini, *anno* 1516. *X. Calend. Octobr. Pontificatus sanctissimi* Leonis *Papae nostri anno IIII.* in 8. vid. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 294. & iterum Venetiis *ex aedibus* Aldi Manucii 1517. in 8. vid. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. VI. Cap. X. p. 605.

XXXXIIII.

אוֹצַר לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ Thesaurus linguae sanctae Ex R. DAVID KIMCHI סֵפֶר הַשָּׁרָשִׁים *Authore*. Contractior & emendatior. *Ex officina Roberti Stephani, typographi Regii. Ex priuilegio Regis.* in 4. pp. 1495. exceptis praemissis foliis 36. & indicibus folior. 28.

R. DAVID BEN IOSEPH KIMCHI, inter alia, quae scripsit, opus etiam congessit, מִכְלוֹל titulo insignitum, quod in duas distinxit partes, quarum altera grammaticam complectitur, titulo חלק הדקדוק, altera, quae lexicon biblicum ordine alphabetico exhibet, סֵפֶר הַשָּׁרָשִׁים *liber radicum* nominatur. Vtraque pars, nonsolum aliquoties iunctim, sed etiam seorsum excusa fuit. Vid. Io. Christophor. Wolfii *Bibliotheca hebraea* Tom. I. p. 305 sqq. Tom. III. p. 192 sqq. Conf. Eiusd. *Historia lexicorum hebraicorum, Vitembergae* 1705. in 8. Class. I. §. VI. p. 35 sqq. Vtraque parte *Michlól* kimchiani vsus est SANTES PAGNINVS, & quidem prima, cum ederet *hebraicarum institutionum libros IIII.* hoc titulo: *Habes hoc in libro candide lector* Hebraicas

institutiones, in quibus quidquid est grammatices hebraicae *facultatis edocetur ad amussim, de literis, punctis, accentibus, nomine, & nominum speciebus, de pronominibus, & eorum cum nominibus, & verbis coniunctione, de verbo, & verborum coniugationibus, & distinctione in perfecta, quiescentia, defectiua, geminata, de partibus indeclinabilibus, praepositionibus, coniunctionibus, aduerbiis, de regulis exponendi arcanas literas, & de figuris, vt paucissima sint desideranda, quas nuper aedidit Reuerendus sacrae theolo. Do.* SANCTES PAGNINVS Lucensis *Praedicatorii ordi. ad communem studiosorum vtilitatem. Cum priuilegio apostolico & Christianissimi Regis.* in fol. form. minor. pp. 437. Vltima editionis admodum rarae pagina, haec typographi refert verba: *Expliciunt quatuor libri institutionum* Hebraicarum. *Impressi* Lugd *per* Antonium de Ry. *Impensis Reuerendissi. Do.* Franci de Claromonte *epi. Cardinalis* auxita. *legati* Auenion. *an Dni. M.D.XXVI.* (1526) *Die I. Mensis Octobris.* vid. Siegm. Iac. Baumgartens Viri S. R. *Nachrichten von merkwürdigen Büchern* Tom. III. p. 116.

De editione repetita *Lutet. Parisior.* 1549. 4. nonnulla diximus in *Analectis literar. de libris rarior.* p. 651. Omnem fere partem primam, vt ipse in libri titulo professus est, paucis mutatis, latina ciuitate donauit, licet alia paullo copiosius, alia meliore ordine digesserit, & quaedam passim inseruerit, ex R. Mosis, qui factus ex Iudaeo Christianus, *magister vitalis* dictus est, libro *Ephod.* In *lexico eruditorum*, ex hoc vno libro, duo effecti fuerunt Tom. IIII. col. 134. vbi SANTES PAGNINVS, *hebraicas institutiones* conscripsisse, & R. DAVIDIS, (nomen KIMCHI addendum fuerat) *grammaticam Michol* (Michlol) nuncupatam transtulisse dicitur. Eadem ratione, & posteriorem partem edidit, ita tamen, vt quae erant a KIMCHIO perturbata, nec satis apte ad docendum tradita, ad ordinem, & methodum reuocauerit, tanta quidem eruditione, vt e Gilberti Genebrardi sententia, Rabbinos etiam, in eo argumenti genere vicerit, & reliquos,

ab

ab opere conficiendo praestantiore deterruerit. Edidit *linguae sanctae thesaurum Lugduni apud Sebastianum Gryphium* 1529. in fol. vid. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 617. Michael. Maittaire *Annales typograph.* Tom. II. p. 727. Iacobi le Long *Biblioth. sacr.* Tom. II. p. 1188. Ioan. Christophor. Wolfii *Bibliothec. hebr.* Tom. II. p. 557. Eiusd. *Historia lexicor. hebr.* p. 90. vbi vero liber typothetarum errore, 1519. excusus dicitur. Cum Robertus Stephanus *Biblia hebraica*, duplici forma, *Parisiis* nimirum 1539-1544. IIII. Tom. in 4. & 1544. - 1546. VII. Tomis in 16. in lucem edidisset, operae pretium se facturum existimauit, si *dictionarium* quoque *hebraicum*, linguae sanctae studiosis redderet. Qua de re posteaquam sedulo cum iis egerat, quos acris iudicii, exquisitaeque eruditionis, in ea lingua esse intellexit, iique statim, vno fere ore, ad SANTIS PAGNINI *Thesaurum*, animum adiiciendum esse dixerant, *Thesaurum* illum, in manus sumsit, & cum hebraicis codicibus contulisset, amicis aliquot, labore suo, atque industria eum iuuantibus. Errata, quae descriptorum maxime incuria, inscitiaque irrepserant, emendauit, propeque omnia, ex Hebraeorum voluminibus restituit, quae vllo modo deprauata esse videbantur. Cum ab aliis etiam admonitus esset, & ipse animaduertisset, multa, in vasto illo SANTIS PAGNINI opere, superuacanea esse, cum scilicet multa congessit, quibus singulas verborum coniugationes, adeoque tempora ipsa, atque personas, nominum inclinationes, & amborum cum adfixis connexiones, & reliquas eiusmodi, vt vocat, *minutias* variis exemplis confirmauit, ea fere omnia, quoniam eiusmodi erant, quae minime negotium facere possent, vel mediocriter in re grammatica exercitatis, tanquam superuacanea, minimeque necessaria praeteriit. Interpretationes praeter ea omnes, quas SANTES PAGNINVS, ex aliorum Hebraeorum Doctorum Commentariis excerpserat, auctorum nominibus insigniuit Stephanus, vt lectores statim intelligerent, istas interpretationes, quibus auctoris nomen adscriptum non fuerit, ipsius esse

R. DAVIDIS KIMCHI, e *libro radicum*. Nunquam enim eius nomen additum fuit, nisi vbi quidpiam ex ipsius grammatica, aut commentariis adlatum conspicitur. Porro capitum numero, & versuum numerum Stephanus subiecit, tantoque literarum nitore, omne opus, quod rarissimum nostra aetate est, excudit, vt nihil in eo genere desiderari elegantius posset. *Epigrammate latino* id commendauit pariter atque *hebraico* I. Vaevraeus. Post Stephani *praefationem* inueniuntur 1. *Addenda & emendanda in hoc opere*. 2. *Locorum biblicorum, qui in hoc Thesauro ab* Hebraeis *Doctoribus explicantur, index, eo librorum ordine, qui a* latinis *obseruatur*, & 3. *Auctorum* Hebraeorum, *qui in hoc opere citantur, catalogus*. In fine operis subiicitur 1. *Dictionum latinarum, & locutionum, quibus* Hebraea *exponuntur, index*. 2. *Index eorum, quae ad priorem grammaticae partem pertinere videbantur*. 3. *Index dictionum, quarum radix inuentu paullo difficilior videbatur, earum radice postposita*. Editionis tempus Rob. Stephanus, hisce verbis, in operis calce designauit. *Excudebat* Rob. Stephanus *Typographus Regius Ann. M. D. XL VIII.* (1548) *XII. Cal. Febr.* vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. III. p. 411. Optima nostra aetate, *Thesauri* SANTIS PAGNINI maioris censetur editio, quae a Ioanne Mercero, Antonio Ceuallerio, & Bonauentura Cornelio Bertramo plurimis in locis locupletata, mendisque purgata, *Lugduni* 1575. in fol. & *Geneuae* 1614. in fol. euulgata fuit. Pluribus verbis de illa disseruit Ioan. Christophor. Wolfius, in *historia lexicor. hebraicor.* Class. II. §. VII. p. 90 sqq. In *lexico eruditor.* Tom. IIII. col. 134. *Thesaurus linguae sanctae* cum Francisci Raphelengii *adnotationibus* editus dicitur. Sed de eiusmodi editione, nihil relatum legimus, quamuis extra omnem dubitationem positum est, SANTIS PAGNINI *Thesaurum linguae S.* a Raphelengio in compendium redactum, Tom. I. *bibliorum regiorum* antuerpiensium insertum, & postea aliquoties seorsum editum esse. Editionem autem *Thesauri linguae S. lugdunensem* an. 1575. in *romano indice*, donec expurgetur,

tur, prohibitum esse, docet Anton. Posseuinus in *Adparat. sacr.* Tom. III. p. 194. De *compendiis*, praeter stephanianum, ex illo opere concinnatis vid. Io. Christoph. Wolfii *Bibliotheca hebr.* Tom. II. p. 557.

De SANTE PAGNINO, lucensi, monacho ordini Praedicatorum adscripto, variarum linguarum peritissimo, eiusque in primis in linguam S. meritis, & scriptis editis, vid. Ios. Simleri *Bibliotheca* l. cit. Sixti senensis *Bibliotheca sancta* L. IIII. p. 322. Antonii Posseuini *Adparatus sacer* Tom. III. p. 191 sqq. Girov. Ghilini *Teatro d' huomini letterati* Tom. II. p. 224. Caroli Iosephi Imbonati *Bibliotheca latino-hebraic. Rom.* 1694. in fol. p. 236 sqq. Iacobi Quetif *Scriptor. ordinis Praedicator.* Tom. II. p. 114 sqq. Iacobi le Long *Bibliotheca sacr.* Tom. II. p. 890. Thomae Pope-Blount *Censura celebr. auctor.* p. 536 sqq. Io. Fabricii *Historia bibliothecae* fabrician. P. I. p. 5 sqq. Paul. Colomesii Italia *orientalis, Hamburg.* 1730. in 4. p. 52 sqq. Mortuus est Lugduni anno 1541. Ipse patriam, parentes, atque studia his versibus complexus est:

Luca mihi patria est, quae fulget moenibus altis,
Turribus armiferis, Lucaque *cincta manet.*
Corpora sunt vario fulgentia Thaumate Luca,
Quae possem calamo vix reserare meo.
Est mihi Paulinus *pater, est mihi mater alumna*
Margaris *est, ortum quae mihi digna dedit;*
At placuit sacer ordo, mihi placuere cuculli,
Vita claustralis perplacet ipsa mibi.
Peruigili luce graecas, studioque tenaci
Literulas didici, charta repleta manet.
Hic varios didici Panoo *sermoneque fontes*
Edocui, scripsi, multa retenta dedi.
Me varios annos audiuit Roma *legentem*
Hebraeos *fontes, grammata* graeca *simul.*
Edocui varios, & si sua fata, tenaci
Firmabunt grauiter pollice fila, dabo.
Conscripsi, scribam, doctorum dogmata clara
Sermone hebraeo *stant decorata lyra:*
Me venere duce, in lucem documenta decoram,



Quae legere assiduo tu potes ore modo,
Et varii venient sermones, Christus *Olympi*
Si dederit spatium stellifer ille mihi.
Ἤδη καὶ πολιοῦται κάρη, καὶ ἄψεα ῥικνὰ
ἐκλάσθη, βιότοιο πρὸς ἕσπερον ἀλγινόεντα.
Vos igitur, fratres, cano qui tegmine compti
Vestitis nigro corpora vestra simul,
Assiduis precibus pariter placatis Olympum,
Quotidie & caelo thura sabaea datis.
Astrifero pro me quaeso praebete benigno
Vota Deo, accensis sollicitate focis.

Eius praeterea *vita*, singulari libello hetrusco descripta dicitur a Guilielmo Pagnino, *Romae* 1653. in 8.

XXXXV.

Biblia sacra: integrum vtriusque testamenti corpus complectens: diligenter recognita & emendata. Cum Concordantiis ac summariis simul & argumentis: ac totius intelligentiam biblie non parum conducentibus. Insuper in calce eiusdem: annexe sunt nominum Hebraicorum, Chaldeorum atque Grecorum accurate interpretationes. *Impressum Parrisiis. M.D.XXVIII.* (1528) in 8. folior. 529. si omnia numeraueris.

Haec bibliorum editio, charactere literarum gothico exscripta, nostra aetate in conspectum raro prodire solet. In fine folii CCCCLXXX. haec verba adscripta habet: *Explicit biblia diligentissime emendata cum concordantiis nonsolum eiusdem, sed & iuris canonici, summariis omnium capitum, diuisionibus, quatuor repertoriis prepositis, numerique foliorum distinctione, vna cum compendiolo totius biblie per rythmos descripto, cumque vera nominum hebraicorum interpretatione e nouo emendatorum. Impressa* Parisius *per* Ioannem Preuel. *Anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo octauo. XX. mensis Iunii.* Post *exhortationem, ad diuinarum litterarum, verarumque diuitiarum amatores,* quae in secun-

da tituli pagina occurrit, inuenitur *Impressoris ac bibliopole ad lectorem instructio*, in qua, inter alia illi scribunt: *Concordantias, (vt dicunt) aliorum locorum biblie, nec non iuris pontificii in marginibus annotauimus: & argumenta seu summaria in frontibus capitulorum prenotauimus. Omnia demum terse ac fideliter impressimus.* Illam *instructionem* sequuntur 1. *diuisio librorum biblie*, & *tabulae quatuor*, quarum vltima alphabetica historiarum est. *Acta Apostolorum* in N. T. post *Epistolam ad* Hebraeos, vt in aliis editionibus antiquioribus fieri conspeximus, collocata fuit. Dictum autem I. Ioh. V. v. 7. in hac editione occurrit. In fine *bibliorum* reperitur *Interpretatio nominum* hebraicorum, & *biblia rhithmica* hoc titulo insignita: *Biblia compendiosissime per rithmos descripta hoc (quem cernis) libello habetur per magistrum* Franciscum Gothi *ordinis Minorum sacre theologie professorem.* Singula sacrorum librorum capita, singulis quatuor dimetris iambicis, neglecta pedum, & syllabarum mensura perstrinxit. Sic v. c. initium fecit Genes. cap. I.

Ante fit, lux producitur,
Diuidens aquas congregat,
Ornatus factis additur,
Producta Adae *subiugat.*

Quo tempore vixerit, non constat. Vid. de illo Luc. Waddingi *Scriptores Ordinis Minorum*, *Romae* 1650. in fol. p. 120. Anton. Posseuini *Adparat. sac.* Tom. I. p. 499. Iacobi le Long *Bibliotheca sacra* Tom. II. p. 730. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca latin. med. & infim. aetatis* L. VI. p. 586. Memoratur *bibliorum*, quam descripsimus, editio in Iacobi le Long *Bibliotheca sacra* Tom. I. p. 255. & in Michael. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. II. p. 697. *Tertia* autem, quod nos sciamus, est editio, quam Ioannes Preuel excudit. *Prima* lucem adspexit anno 1519. in 8. vid. Iacob. le Long l. cit. p. 254. Michael Maittaire l. cit. p. 326. Ferdinandi Stosch *Adpendicula ad virorum celeberrimorum* Daniel. Gerdesii, & Ioannis Vogtii, *illius florilegium, & huius Catalogum librorum rariorum, Lingae* 1747. in 8.

p. 5 sqq. vbi *multis aliis bibliis latinis, quae rara habentur*, haec editio *longe esse rarior* dicitur. Id vero notandum est, quod ibidem typographus, per typothetarum errorem Ioan. Prénel scribatur. *Secunda* editio est, quae euulgata fuit *Paris.* 1523. in 8. vid. Iacobi le Long *Bibliotheca sacra* l. cit. p. 255. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* l. cit. p. 634. Conf. *Catalog. Bibliothecae* Christ. Frid. Schmidii, *Lüneburg.* 1748. in 8. p. 330.

XXXXVI.

Ein Betbüchlein. Der zehen Gepot, des Glaubens des Vatter Vnsers des Aue Maria Vnnd etlicher vorteutschten Psalmen. D. M. LVTHER. *Ihen* 1524. in 8. folior. 40.

Ex quo tempore libelli rarissimi primam editionem, *Vitembergae* anno 1522. ex officina Ioan. Grünenbergii, in 8. euulgatam descripsimus in *Analectis literar. de libris rar.* p. 548. amicus quidam bibliophilus, hanc recentiorem nobis editionem cognitam reddidit. Libellum a LVTHERO in lucem fuisse eo tempore emissum, quo nondum in sacris repurgauerat omnia, iam l. cit. monuimus. Loca quae id probant, in hac editione sunt fol. 6. a. sub tit. *die Vbertrettung wieder das erste* (scil. *Gepott*) *Wer Gott vnd die heyligen, mit Vergessen der Seel Nott, nur vmb zeitlich nütz willen ehret.* Fol. 25. a. in *Außlegung der fünfften Bitt* haec leguntur: *Hilff allen Menschen, die ynn tods Nœtten vnd ynn der Anfechtung geengstet sind, vnd sonderlicher der N. oder dem N. Erbarme dich auch aller armen Seelen, so ym fegfewr sonderlich N. vnd N. Vergieb yhn vnd vns alle vnnsere Schulde, trœste sie vnd nym sie zu gnaden.* Fol. 27. occurrit *die Auslegung des* Aue Maria, *dadurch gezeuget wird, daß darinnen kein Gebeth sondern nur Lob vnd Ehre seye.* Haec autem quae in libello exstant omnia, si explicationem *Aue Maria*, & Psalmorum translationes exceperis, édita fuere titulo: *Eyn kurtz form der zehen Gepott D. M. L. Eyn kurtz*

Form

Form des Glaubens. Eyn kürtz Form des Vatter vnsers. Wittenberg 1518. in 8. Hanc ſane primam eſſe editionem adfirmat D. Georgius Langemack, in *Hiſtoria catechetica, oder geſammleten Nachrichten zu einer catechetiſchen Hiſtorie* P. II. *Stralſund* 1733. in 8. p. 91. Nos vtimur editione 1520. in 4. fol. 14. cuius in fine haec legimus verba: *Gedruckt zu* Wittenbergk *nach* Chriſti *gepurt tauſent fünffhundert vnd zwenczigſten Iar.* Vid. de hac, & aliis editionibus Georg. Langemack l. cit. p. 91. *Nützliche vnd auserleſene Arbeiten der Gelehrten im Reich* p. 285 ſqq. & p. 311 ſqq. p. 397 ſqq. *Fortgeſetzte Sammlung von alten vnd neuen theologiſchen Sachen* ann. 1727. p. 183. ann. 1731. p. 343 ſqq. Io. Georg. Walchii *Praefatio* in *Opera* LVTHERI Tom. X. §. XVIIII. p. 28 ſqq. vbi etiam *die kurze Form der zehen Gepott, des Glawbens* &c. ex editione *vitebergenſi* anni 1520. inſerta legitur col. 182 ſqq. Conf. *Opera* LVTHERI Tom. III. col. 1999 ſqq. Vid. etiam Iacob. Willhelm. Feuerlini *Bibliotheca ſymbolica, Getting.* 1752. in 8. Adpend. II. p. 365 ſqq.

XXXXVII.

Das Vatter vnſer, das iſt, die beſondere lere vnd gebet ſo vns Chriſtus gegeben durch MARTINVM LVTHER *Auguſtiner zu Wittenberg* vſzgelegt. in 8. folior. 51.

Libellum anno 1522. exiiſſe in lucem, docet ſubſcriptio der *Ermanung an den chriſtlichen Leſer diſʒ Büchlins,* quae hac ratione concepta eſt: *Datum und uollendet am nünzehenden tag Iuly M.D.XXII.* (1522). Omnis libellus literis latinis exſcriptus eſt, & fol. 39. haec refert verba: *Nit das ich* rœmiſch *Ablas verwerffe, ſonder das ich wœlt ein yeglich Ding in ſeinen wirden gehalten werden.* Et fol. 40. haec leguntur: *Sieh du armer Menſch, ob du ein ſollichen Feind habeſt oder leyden mœchteſt, der dich von den Menſchen alſo vermaledeyet, als du dich ſelbſt vor Gott vnd allen heiligen vermaledeieſt. It. der dübel iſt yr gar mechtig vnd ſeind ſeine*

 Gefange-

Gefangene, ruffen weder Gott noch seine heiligen an. Fol. 41. a occurrit *die siebend vnd leste Bitt: sonder erlœß vnß von dem übel Amen. Merck eben das man das Vbel am allerlesten abbitt, vnd abbitten soll, das ist für unfrid, thüre, krig, pestilenz, plagen vnnd auch die hell vnd Fegfeuer vnnd alle peinliche übel an leib vnnd Seele.*

XXXXIIX.

Ad Leonem X. Pontificem Maximum. Resolutiones disputationum de virtute indulgentiarum *Reuerendi Patris ac Sacrae Theologiae Doctoris* MARTINI LVTHER *Augustiniani Vuittenbergensis*, Fratris Patris Syluestri Prieratis ordinis Praedicatorum Magistri Sacri Palatii ad MARTINVM dialogus R. P. MARTINI LVTHER ad eum dialogum responsio. Contra D. Ioannem Eckium Ingolstadiensem sophisticum argutatorem, Apologeticae propositiones D. Andreae Bodenstein Archidiaconi Vuittenbergensis. *R. P.* MARTINI LVTHER Sermo de Poenitentia. Sermo de indulgentiis. Sermo de virtute excommunicationis. Decem Praecepta Vuittenbergensi Populo praedicata. Replica fratris Sylvestri Prieratis ad *Reuerendum P.* MARTINVM LVTHERVM. Et alia quaedam. in 4. folior. 199.

Hac ratione inscribitur collectio *Opusculorum* MARTINI LVTHERI, omnium *prima*, quae tantae est raritatis, vt neque Sigismundo Iacobo Baumgarten V. S. R. neque Iacobo Guilielmo Blaufus innotuerit, quandoquidem ille editionem, anni 1520. II. Tom. in 4. hic autem editionem anni 1520. in fol. omnium primam esse censuit. In fine nostrae editionis haec leguntur verba: *Excudebatur hoc opus typis Mense Augusto Anno M. D. XIX.* (1519) Verba, *alia quaedam,* quae in titulo leguntur, indicant *sermonem de digna praepa-*

praeparatione ad sacramentum Eucharistiae, & *sermonem quomodo Christi passio sit consideranda.* In vltima voluminis pagina, haec oculis subiiciuntur: *Liber candidum ac liberum lectorem opto.* Anno 1520. prodiit editio *secunda*, auctior. Primo volumini talis praefigitur titulus: *Prima pars operum reuerendi patris, ac sacrae Theologiae Doctoris* MARTINI LVTHERII, Augustiniani Wittenbergensis. *Resolutiones disputationum de virtute indulgentiarum, Ad* Leonem X. *Pontificem Maximum. Patris Fratris* Syluestri Prieratis, *ordinis Praedicatorum, Sacri Palatii Magiri pbati, ad* MARTINVM *liber dialogorum. R. P.* MARTINI LVTHERII *ad eundem Responsio. Contra* D. Io. Eccium Ingolstadiensem *Sophisticum argumentatorem Apologeticae propositiones* D. Andreae Bodenstein, *Archidiaconi* Vuittenbergensis. *R. P.* MARTINI LVTHERII *Sermo de Poenitentia. De Indulgentiis. De Matrimonio Sermo, e* germanico *versus in* Latinum. *Quae insunt alterae* (alteri) *parti, videbis in eius pagella prima. Praeposuimus materierum Indicem copiosissimum.*

Secunda pars hac ratione inscribitur: *Secunda pars Operam R. P. D.* MARTINI LVTHERII Augustiniani Wittenbergensis. *De decem praeceptis declamatiunculae populares. De triplici iusticia Sermo. De virtute excommunicationis. De digna praeparatione ad Sacramentum eucharistiae. Quomodo* Christi *passio sit consyderanda. Acta* D. MARTINI LVTHERII Augustae *apud D. Legatum Apostolicum. Propositicnes* Io. Eccii *& D.* MARTINI LVTHERII Lipsiae *disputatae, cum epistolis eorundem. De eadem Disputatione* Lipsica *Resolutio* LVTHERIANA. *De Potestate Papae Resolutiones. Defensio contra* Io. Eccium, *qui propositiones quasdam haereticas* LVTHERIO *affinxit, aedito quodam libello; quem non temere omittimus, nam inani lectione lectoris industriam onerare non libet. Canonicorum indoctorum* Lutherianorum, *ad* Ioan. Eccium *Responsio.* Vtrumque volumen in 4. excusum pp. absoluitur 687. si indicem pp. 40. exceperis. In secundi voluminis vltima pagina, editionis tempus, hisce designatu-

gnatur verbis: *Mense Martio. Anno M. D. XX.* Vtrumque volumen *praefationem* habet praefixam, quae in secunda tituli pagina occurrit. Prior, *ad candidos theologos,* hisce inchoatur verbis: *Habetis hic Reuerendi Patris* MARTINI LVTHERII *theologicas lucubrationes, quem plerique putant velut* Danielem *quendam, a Christo tandem nos respiciente missum* &c. vltima verba sunt: *itaque fratres tempus est, nos a somno surgere. Bene valetote candidi theologi.* Posterioris *ad candidos lectores,* eiusmodi est exordium: *qui sermones legetis R. P.* MARTINI LVTHERI *de decem praeceptis, qui proxime sequuntur, meminisse debetis ad populum fuisse dictos; qui nisi rudi, quod aiunt* Minerua *res tradatur, sic doctorem audit vt lyram asinus.* Verba, in fine, hac ratione concepta sunt: *igitur quicquid hoc est tumultuariarum concionum, boni consulite candidi Lectores,* & LVTHERIVM *non minus purum ac syncerum christianae pietatis doctorem, quam vitae prorsus inculpatae virum, amate, & bene valete.* Solita industria, & adcuratione haec secunda editio describitur in Sigismundi Iacobi Baumgarten, Viri S. R. *Nachrichten von merkwürdigen Büchern* Tom. IIII. p. 22 sqq. Conf. Hermanni von der Hardt *Autographa* LVTHERI, *aliorumque celebrium virorum* Tom. III. p. 38 sqq. Caroli Chr. Hirschii *Librorum ab Anno I. ad annum L. Seculi XVI. typis exscriptorum Millenarius I. Norimb.* 1746. in 4 p. 14.

Tertia editio hoc titulo insignita est, *R. P. Doct.* MART. LVTHERII Augustiniani *Theologi synceri lucubrationum pars vna, quas aedidit vsque in annum praesentem XX. Alio Tomo Domino volente, post hac meliora trademus, vt absoluta fuerint eodem auctore, nempe in Psalmos &* Paulum. *Basileae apud Adam Petri. Anno Domini M. D. XX.* (1520.) *mense Iulio.* in folio, folior. 344. Praeter ea, quae in secunda editione reperiuntur, & praeter varias praefationes, huic editioni denuo accesserunt

I. *Condemnatio doctrinalis librorum* Lutherianorum *per magistros nostros* louanienses & colonienses *facta.*

II. *Re-*

II. *Responsio* R. P. MARTINI LVTHERII *ad condemnatiouem* loua. & colonienſem.

III. *Confitendi ratio* D. MARTINI LVTHERII.

IIII. *In epiſtolam diui* Pauli *ad* Galatas D. MARTINI LVTHERII *Commentarius.*

V. *Reſolutiones propoſitionum quas* R. P. MARTINVS LVTH. *in* Lipſica *diſputatione contra* Io. Eccium *defendit.*

VI. *Additio ſeu locupletatio, quam* MARTINVS *poſt diſputationem* Lypſenſem *adiecit Reſolutioni ſuae ſuper propoſitione XIII. de poteſtate Papae.*

Exactam recenſionem reperies in Iacobi Wilhelmi Blaufus Viri cl. *vermiſchten Beitraegen zur Erweiterung der Kenntniß ſeltner vnd merkwürdiger Bücher, Jena* 1753. in 8. p. 195 ſqq. Quoniam Adam Petri, typographus, in titulo, ſecundum promiſit *operum* LVTHERI latinorum tomum, Vir cl. in eam adductus fuit ſententiam, vt MARTINI LVTHERI *pias ac doctas operationes, in duas Pſalmorum decades, Baſileae* 1521. vt *Catalogus Bibliothecae* ſalthenianae p. 216. habet, ab Henrico Petro in fol. euulgatas, iſtius collectionis ſecundum conſtituere tomum, ſibi perſuaderet. Conf. de Tomo I. Hermanni von der Hardt *Autographa* LVTHERI Tom. I. p. 94 ſqq. Caroli Chr. Hirſchii *librorum ab Anno I. ad annum L. ſeculi XVI. typis exſcriptorum, Millenarius III. Norimb.* 1749. in 4. p. 19. Editorem iſtarum collectionum *Operum* LVTHERI latinorum. & *praefationum*, quae in illis leguntur, auctorem fuiſſe CONRADVM PELLICANVM Franciſcanorum baſileenſium Guardianum, nos docuit Ludouici Lauateri, tugurini, *Narratio de ortu, vita, & obitu* CONRADI PELLICANI, quae *Commentariis* PELLICANI *in ſacra biblia*, & quidem editioni *tigurinae a Chriſtophoro Froſchouero anno* 1582. VII. Partib. in fol. *excuſae*, acceſſit.

XXXX VIIII.

De recte formando theologiae studio libri IIII. ANDREA HYPERIO *Auctore.* Cum gemino rerum & verborum locorumque Scripturae obiter explicatorum, Indice. *Basileae per Ioannem Oporinum.* in 8. pp. 717. si praemissa folior. 13. & index pp. 19. non computatus fuerit.

Non aliam ob caussam, titulum huius libri adscribimus, quam, vt ea, quae in *Analectis literariis de libris rarioribus* p. 478. de prima diximus editione emendentur, & Iacobi Guilielm. Blaufus Viri cl. confirmetur suspicio, qui ex epistolae, ad Petrum Lotichium, Abbatem solitariensem (Schlichtern) dedicatoriae subscriptione coniecerat, primam editionem, anno 1556. adspexisse lucem. In calce enim editionis, quam amicus noster bibliophilus, cuius saepius honoris caussa fecimus mentionem, cognitam nobis reddit, haec leguntur verba: Basileae *ex officina* Ioannis Oporini, *Anno salutis humanae M. D. LVI. mense Martio.* De exponendo libri rarioris argumento, nos plane abstinemus, cum a Iacobo Guil. Blaufus Viro cl. multa sollertia, id praestitum fuerit, *in vermischten Beitraegen zur Erweiterung der Kenntnis seltner vnd merkwürdiger Bücher* p. 47 sqq. Conf. Michael. Lilienthal *theologische Bibliothek* Tom. I. *Koenigsberg.* 1741. in 8. Sect. I. p. 28 sqq. *Catalogus Bibliothecae* reimannianae p. 3 sqq. Ioann. Christoph. Dornii *Bibliotheca theologica critica Francof. & Lipsiae* 1721. in 8. L. II. Cap. III. § 6. p. 242 sqq. vbi vero nonnulla emendanda veniunt; sic v. c. perperam *primam* editionem *Basil.* 1558. editam, & editionem *antuerpiensem cura* Laurentii a Valla *an. 1587.* prodiisse scribit, qui non solum fidei pontificiae addictus, sed etiam seculo XVI. non amplius in viuis fuit. De variis libri editionibus, quas passim adnotatas inuenimus, nonnulla supplementi loco, ad ea, quae in *Analectis literariis* l. c. diximus, proferemus. *Secunda* sine dubio est editio, quae viuo adhuc

adhuc HYPERIO *Argentorati* 1562. in 8. euulgata dicitur, in Samuelis Engel *Bibliotheca selectissima* p. 80. Quae enim in Ioannis Tilemanni dicti Schenk *vitis Professorum theologiae* marburgensium, *Marburgi Cattor.* 1727. in 4. p. 63. de editione *basileensi* 1559. in 8. leguntur, ad typothetarum errores referenda, & pro 1556. annum 1559. positum esse, censemus. *Tertia coloniensis* 1570. in 8. apud eumdem Tilemannum l. cit. exstat. *Quartam basileensem* 1572. in 8. protulimus in *Analectis literariis* l. cit. e Nicolai Bassaei *Collectione omnium in vnam corpus librorum, qui in nundinis* francofurtensibus *ab anno 1564. ad annum vsque 1592. venales exstiterunt,* P. I. p. 11. Duplicem autem hac occasione errorem admisimus, alterum, quod eam editionem, pro omnium prima venditauimus, alterum, quod Bassaeum sequuti, illam *tres* tantum modo complecti *libros*, scripsimus. Nam vt reliquae editiones omnes IIII. continet libros, vid. *Catalogus Bibliothecae* falthen. p. 463. Io. Tilemannus l. cit. editionem profert *tigurinam* anni 1572. quae, an exstet, aliis discutiendum relinquimus. *Quintae basileensis* 1582. in 8. mentionem fecit Io. Vogtius in *Catalogo librorum rariorum* p. 357 sqq. & ipsa illa est, quae a Iacobo Guil. Blaufus Viro cl. l. cit. describitur. Conf. Io. Tilemanni l. cit. *Analecta literaria* l. cit. *Sexta* erit tandem *antuerpiensis* 1587. vid. Io. Tilemanni l. cit. Conf. de variis hisce editionibus Christoph. Matth. Pfaffii *Introductio in histor. theolog. literar.* P. I. Prolegomen. § VI. not. yy. p. 51.

Incredibile est, quam multi Scriptores in exponendis ANDREAE GERARDI HYPERII rebus, versati fuerint, e quibus praecipuos tantum modo heic nominabimus. Nempe Wigandus Orthius *orationem* habuit *de vita & obitu* ANDREAE HYPERII *d. XXVII. Februar. anno 1564.* Eodem anno *Marpurgi* in 4. *per Andream Colbium* seorsum excusa, & postea HYPERII *Methodi theologiae, siue praecipuor. christianae religionis locorum communium libris III. iam denuo in lucem editis, Basileae ex officina oporiniana* 1568. in 8. addita fuit.



fuit. Ex illa *oratione* potiſſimum congeſta ſunt, quae leguntur in Melchioris Adami *vitis theologor.* germanor. p. 187 ſqq. Multa praeter ea, lectu digna, de illo memorauit P. Baile in *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. II. p. 1470 ſqq. Io. Tilemannus dictus Schenck, in *vitis Profeſſorum theologiae, qui in illuſtri academia* marburgenſi, *a ſua fundatione ad noſtra vſque tempora docuerunt, Marburgi Cattor.* 1727. in 4. p. 54 ſqq. Subiunxit ille ANDREAE GERARDI HYPERII *hiſtoriam ex MS.* Wilhelmi Dilichii p. 64 ſqq. Michael Lilienthal in der *exegetiſchen Bibliothek* p. 602. 616. Mendacia quae e Valerii Andreae *Bibliotheca* belgica recoxit Io. Franc. Foppens in *Bibliotheca* belgica Tom. I. p. 53. ſatis ſuperque exploſa fuere a Petro Baile l. cit. HYPERIVM Reformatorum ſic dictorum fidei fuiſſe addictum, nullum quidem ſupereſſe videtur dubium, idque multis prolatis, ex ipſis HYPERII *operibus*, teſtimoniis, probauit Cl. Iacob. Guil. Blaufus l. cit. ſed cum illis conciliare neſcimus, quae ſcriptores citati, ad vnum omnes, de diplomate referunt, quod amici eius, illo inſcio, a pontifice impetrauerint, quo, verbis vtimur Tilemanni p. 56. *ampli quotannis reditus ex abbatia quadam* HYPERIO *concedebantur*, nec aliud quid reſtabat, quam cancellarii caeſarei Ioannis Charondileti, Epiſcopi panormitani conſenſus, quem impetrare nullo modo potuerunt amici, nam HYPERIVS Epiſcopo fuerat ſuſpectus, ac ſi in itinere illo, per Germaniam ſuperiorem ſuſcepto, dogmata & doctrinam Lutheri imbibiſſet. Qua igitur ratione theologus, reformatorum fidei adſcriptus, a Pontifice, reditus, ex abbatia impetrauerit, aliis inueſtigandum relinquimus. Catalogum *operum*, quae conſcripſit HYPERIVS exhibent Ioſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 37 ſqq. Io. Tilemannus l. cit.



L. Ver-

L.

:rgleichung D. Luthers vnd seines Gegentheils vom Abentmal Christi. Dialogus, das ist, eyn ndlich Gespręch. Gar nahe alles so D. Luther einem letsten Buch Bekenntnüsz genennt für-ht hat, würdt hierinn gehandelt, wie das zu er-tnüsz der Warheyt vnd christlichen Frid die-in 8. folior. 58.

MARTINI BVCERI scripta fere omnia, admodum ra esse, variorum auctorum testimonio comprobaui-us Tom. I. *Adparat. literar.* p. 355. Illum huius ope-s esse auctorem, patet e *praefatione, ad lectorem chri-ānum*, quam subscripsit Straszburg *XXI. Juny.* M. BV-ER. Personae *dialogi* sunt Seboldus & Arbogastus, de ibus BVCERVS in *praefatione* scribit: Sebold (*also b ich den eynen d'in diesen Dialogo redet genennt*) *ingt für* D. Luthers *Meynung vnd fürnehmste Argu-ent, vnd die aufs getreulichst, doch mit christlicher Lin-gkeyt.* Arbogast, *der die andre Persohn ist, tregt für e Gegenmeynung mit ihren Argumenten, doch nur der rnehmisten, vnd das selbig auch mit christlicher Sit-mkeyt vnd Lindigkeyt.* Praefationem sequitur *Inhalt as in dem Dialogo gehandelt wird.* In fine operis iec. typographi leguntur verba: *Gedruckt zu* Strasz-irg *bey* Wolff Kœpphel *Anno M. D. XXVIII.* (1528). lud opusculum recusum æsse anno 1563. in 8. patet *Bibliotheca* cyprianica, *Lips.* 1733. in 8. p. 756.

LI.

ie Predigen, so vonn den frœmbden Predican-ten, die allenthalb hær, zu Bernn vff dem Ge-ech oder Disputation gewesen, beschehen sind. werffen der articklenn vnd Stücken, so die Wi-œuffer vff dem Gespræch zu Bernn, vor ersa-i grossen Radt furgewend habend. Durch CVN-

RADEN SCHMID *Commenthür zu Küsznacht am Zurichsee. Getruckt zu Zürich durch Christophorum Froschouer, im D.M.XXVIII.* (1528) *jar.* in 8. folior. 167.

Cum anno 1526. duodecim Heluetiorum pagi, disputationem instituissent, in vrbe badensi, neque istius disputationis acta, cum Bernatibus communicassent, etiamsi illi saepius ea repetierant, dissidia religionis in dies augebantur, nec eadem ministrorum ecclesiae proponebatur doctrina, disputationem aliam in vrbe sua, anno 1526. mense Ianuario habendam, Bernates decernunt, editoque scripto, Decembris die XVII. ad eam finitimos episcopos inuitant, rogantque vt suos secum theologos adducant. Omnes praeter ea ditionis suae ministros ecclesiasticos conscripserunt, &, vt, quibus de rebus agendum sit, omnibus pateat, themata promulgarunt numero decem, quae ipsorum ecclesiae ministri Bertholdus Hallerus, Franciscus Colbius, Guilielmus Farellus, Huldericus Zwinglius, Ioannes Oecolampadius, Martinus Bucerus, Ioannes Capito, Ambrosius Blaurerus, aliique complures theologi basileenses, scaphusiani, tigurini, abbatiscellenses, sangallenses, mülhusiani, rheti, argentinenses, vlmenses, augustani, lindauii, constantienses, isnenses, qui eo conuenerant, contra Conradum in primis Tregerum, augustinianum, tam strenue defenderunt, vt non solum is, cum aliunde, quam e sacra scriptura, adiumenta sibi quaereret, neque praefecti disputationis permitterent, eo quod lege id veritum erat, loco cedere cogeretur, sed disputatione etiam die XXVI. Ianuarii finita, ista themata non Bernae tantum, sed in aliquot etiam finitimis locis, communi plurimorum consensu adprobata, a magistratibus sancita, missaeque, arae, & statuae fuerint sublatae. Rem pluribus verbis exposuit, disputationisque themata retulit Ioannes Sleidanus *Commentarior. de Statu religionis & reipubl.* L. VI. fol. 88 b. sqq. edit. *argentoratens.* 1555. in fol. Conf. vt alios historiae ecclesiasticae scriptores taceamus, Friderici Adolphi

Lampii

Lampii *Synopsis historiae sacrae & ecclesiasticae, Francof.* 1722. in 8. p. 340 sqq. *Acta* istius *disputationis* prodierunt in lingua vernacula, *Argentorati* 1528. in 4. & recensentur in *vnschuldigen Nachrichten von alten vnd neuen theologischen Sachen* an. 1707. p. 46 sqq. In hoc vero theologorum conuentu bernensi, sermones e cathedra sacra habiti fuere, qui in collectione rariore, occurrunt tali ordine:

I. *Predig* Ambrosi Blaurers *gethon zu* Bernn *uff den zwælfften Tag Ienners, welcher gewesen ist der erst Sonntag nach angefangener disputation daselbst gehalten im M.D.XXVIII. Iar.*

II. *Die Predig hat* Huldrich Zwingli *gethon.*

III. M. Butzers *Predig gethon zu* Bernn, *von der Nachvolgung* Christi.

IIII. *Docktor* Iohannis Ecolampadii *Predig, von der Liebe Gottes zu seiner Gemeynd.*

V. *Eine Predig durch den Predicanten von* Vlm, *zu* Bernn *gepredigt vff Sonntag nach Sant* Paulus *Bekehrung.* Conradi Som.

VI. *Eine Predig von Herr* Thomam Gasznet, *Predicant von* Lindow, *beschehen zu* Bern, *von christlichen Wercken.*

VII. *Predig Meister* CONRADS SCHMIDS *Commentür von* Kysznacht *am* Zürich See *von Evangelio* Luce am X. cap.

IIX. *Ein Predig* Caspar Meganders, *Predicant zu* Zürich, *gethon zu* Bernn, *von Standhafftigkeyt, vff den XXIX Tag Ienners.*

VIIII. *Die letst Predig zu* Bern Huldrich Zwinglis.

X. *Verwerffen der Articklen, vnd Stücken, so die Widertæuffer vff dem Gespræch zu* Bernn, *vor ersamen grossen Radt fürgewendt habend. Durch* CVNRADEN SCHMID, *Commentür zu* Küsznacht *am* Zürich - See. In hoc opusculo CONRADVS SCHMID, vsum orationis, quae plerumque a verbis initialibus, *Aue Maria* nominari solet, permittit, & Anabaptistas reprehendit, quod abrogandam illam esse censuerint: *Wie dærffend sy solichs einem Christen Menschen zumuten,*

muten, das er der seeligen Gebærerin Gotts die ter des englischen Gruß nit embieten &c. Orationem autem dominicam, non Caluinianorum more inchoat, sed vt apud lutheranos consueuit *Vatter vnser* &c. *Wenn jr bætten wællend,* inquit, in expositione orationis dominicae, *so sprechend Vatter vnszer, der du bist in den Himmlen* &c. In conclusione orationis dominicae vtitur quoque voce *Ubel: erlæsz vns vom Ubel. Sie hassent auch,* increpat Anabaptistas, *das Wærtli Ubel, so man spricht jn dem Vatter vnser,* &c.

LII.

Confession de Fe christiana hecha por ciertos Fieles Espannoles, los quales Huyen do los abusos de la Iglesia Romana, y la crueldad de la Inquisition de Espanna, dexaron su patria, para ser recebidos de la Iglesia de los fieles, por hermanos en Christo: Das ist, Bekenntnis des christlichen Glaubens, gestellt durch etliche christgleubige Hispanier, welche wegen der Mißbreuch der Ræmischen Kirchen, vnnd Tyranney der Hispanischen Inquisition, ihr Vatterland verlassen, damit sie von der christgleubigen Kirchen als Mitbrüder in Christo aufgenommen würden. Anfenglich in Hispanischer Sprachen beschrieben, jetzt aber allen frommen Christen zu Nutz vnd Trost verteutscher. Durch EBERHARDTEN VON RETRODT *Fürstl. Hessischen bestelten Hauptmann über I. F. G. Leibguardia im Schloss vnd Vestung Cassel. Gedruckt zu Cassel durch Wilhelm Wessel* 1601. in 8. folior. 69.

Libri rari interpres, in epistola dedicatoria, *an dem durchleuchtigen Hochgebornen Fürsten vnd Herrn, Herrn* Moritzen *Landgraffen zu* Hessen, *Graven zu* Catzenellnbogen &c. scripta *zu* Cassel *am* 29. *Maii im Iahr* 1601.

1601. refert, quod multi nobilissimi Hispani, cum anno 1558. inquisitio sic dicta, Vallisoleti, in recte credentes, immani crudelitate, saeuierit, patriam suam reliquerint, &, vt suae fidei redderent rationem, hancce, anno 1559. lingua hispanica, composuerint *confessionem*, & hetruscae, & hispanicae ecclesiae londinensi obtulerint. Multos praeter ea eiusmodi exules hetruscos, & hispanicos, Geneuae anno 1581. se conspexisse adfirmat, qui suum proprium templum, & Pastorem, cui nomen fuerit Signor Balbada, habuerint. Interpretem, & versionem eius teutonicam, carminibus celebrarunt latinis Rudolphus Goclenius, Professor Marpurgensis; Hermannus Kirchnerus I. V. D. Poeta caesareus laureatus, atque Professor marpurgensis; Iacobus Mosanus, vesiensis, vtriusque medicinae Doctor, & illustriss. Cattorum Principis Archiater, Ioannes Gravius, Medicinae D. atque Physices in illustri Collegio mauritiano Professor ordinarius; Daniel Angelocrator, corbachiensis, ac Pastor, in Mertenhain. Omnis *Confessio* XXI. absoluitur articulis, quorum argumenta haec sunt:

I. *De Dios.*	I. *Von Gott.*
II. *De la Creacion de las Cosas: de la Providencia de Dios en todo lo criado: y del fin principal que Dios en ella pretendio, y pretende.*	II. *Von der Schœpfung aller Dingen: von der Vorsehung Gottes in allen Geschœpf: vnd zu welchem Ende Gott alles erschaffen habe.*
III. *De la Creacion del hombre y de su perfeccion dicha otramente Justicia original.*	III. *Von der Schœpfung des Menschen, vnd seiner Vollkommenheit, sonst Iustitia originalis genannt.*
IIII. *De la cayda de l'hombre. De la faculdad del humano arbitrio antes y despues del peccado original, y de las penas del, y de la causa del mal.*	IIII. *Von des Menschen Fall: von des Menschen freyen Willen vor vnd nach der Erbsünde: von derselbigen Strafe vnd Vrsach des Bœsen.*
V. *De las promessas de Dios,*	V. *Von der Zusage Gottes,*

Dios, y de la Fe, conque los peecadores, son Justificados, y se levantan à meyor esperanza.	*vnd vom Glauben, dadurch die Sünder gerecht werden, vnd sich erheben zu besserer Hofnung.*
VI. *De la Ley, y de la doctrina de los Prophetas, ô del vieio Testamento.*	VI. *Vom Gesetz vnd der Propheten Lehr, oder vom alten Testament.*
VII. *Del* Christo, *y del cumplimiento de las divinas promessas por el hecho ô de Evangelio.*	VII. *Von* Christo, *von Erfüllung seiner gœttlichen Zusagung, oder vom Evangelio.*
IIX. *De la naturaleza y Persona del* Christo.	IIX. *Von der Natur vnd Person* Christi.
VIIII. *Del Officio y Dignidad del* Christo.	VIIII. *Vom Ampt vnd Wirdigkeit* Christi.
X. *De la Justification por la Fe.*	X. *Von der Gerechtigkeit durch den Glauben.*
XI. *De los Sacramentos de la Iglesia Christiana.*	XI. *Von dên Sacramenten der christlichen Kirchen.*
XII. *Del Baptismo.*	XII. *Von der Tauff.*
XIII. *De la Sancta Cena.*	XIII. *Vom heil. Nachtmahl.*
XIIII. *Del externo Ministerio de la Palabra, y de la anthoridad de los Ministros.*	XIIII. *Vom eusserlichen Dienst an Wort Gottes, vnd von der Kirchendiener Authoritet.*
XV. *De la Ecclesiastica Disciplina.*	XV. *Von der Kirchen Disciplin.*
XVI. *Del Magistrado politico.*	XVI. *Von der weltlichen Obrigkeyt.*
XVII. *Del Espiritu sancto, y de la vida de los christianos.*	XVII. *Vom Heiligen Geist, vnd von der Christen Leben.*
XIIX. *De la sancta Iglesia universal, y de la Communion de los Sanctos.*	XIIX. *Von der heiligen allgemeinen Kirchen, vnd von der Gemeinschaft der Heiligen.*
XVIIII. *De algunas sennales por las quales la ex-*	XVIIII. *Von etlichen Zeichen, dabei die eusserliche*

terna

terna Iglesia puede ser conocida en el mundo: y de otras, que sennalen los que infalliblimente pertenecen a la espiritual y invisible, aora este en la externa congregacion de los fieles, aorano.	*Kirche kann erkannt werden, auff dieser Welt: vnd von andern, dabey dieselbige, so zu der geistlichen vnd vnsichtbaren Kirchen gehœren, erkannt werden, welche zu Zeiten in eusserlicher Versammlung der Gleubigen bestehet, zu Zeiten auch nicht.*
XX. *De la Remission de los peccados: de la potestad de las claves y de su legitimo uso.*	XX. *Von Vergebung der Sünden. Von Gewalt der Schlüsseln, vnd derselben rechten Gebrauch.*
XXI. *De la Resurreccion de los muertos. Del Juyzio final. De la vida eterna de los pios. Y de la eterna muerte de los impios.*	XXI. *Von der Auferstehung der Todten: Vom jüngsten Gericht: Vom ewigen Leben der Gottesfürchtigen: vnd vom ewigen Todt der Gottlosen.*

Addidit interpres confessioni *Auszug aus der* Hispanischen *Inquisition, nemblich den erschrecklichen vnd durchauß tyrannischen Spectackel, welchen die Herren Inquisitoren ihrem Kœnig, vnd andern grossen Herren in* Hispanien *zu* Valladolid *anno 1558. den 21. Maii exhibirt haben.* Personas nominauit praecipuas, quarum tunc temporis sanguine, haereticae prauitatis inquisitores, se resperserant. Fuerunt autem Augustinus de Cacalla, Presbyter vallisoletanus, & Caroli V. olim Concionator aulicus, Franciscus de Biuero, Cacallae frater, Blanca de Biuero, soror, & Alonso Perez, Presbyter valentianus, rogo impositi, Ioannes, & Constantia de Biuero, perpetuo carcere mulctati; Ossa Leonorae de Biuero, Cacallae matris, effossa, & igne cremata, aliique plures, ex Hispaniae proceribus, vario suppliciorum genere adfecti. Istam narrationem excipit *Christliche Errinnerung an die schœne Stadt* Valladolid *in* Hispanien, *des tyrannischen vnnd erbærmlichen Spectackels, so über die arme Christen durch die Inquisition*

Anno 1558. den 21. Maii daselbsten exhibirt worden, In Reymen gestellt, Durch E. V. R. (EBERHARD VON RETRODT). Conf. Theophili Sinceri *Notitia historico-critica librorum veterum rariorum. Francofurti & Lipsiae* 1753. in 4. p. 119 sqq.

LIII.

GVILHERMI *diui Parisiensis episcopi,* Opera. de fide. legibus. de virtutibus. moribus. viciis. peccatis. temptationibus. resistentiis. meritis. retributionibus. immortalitate anime. in fol. formae minor. folior. 282.

Editio literis gothicis exarata, exeunte seculo XV. Norimbergae, sine dubio ex officina Antonii Koburgeri, anno 1496. euulgata fuit. Testatur id editoris Petri Dannhauseri ad Theodoricum Vlsenium epistola, quae, cum huius responsione, libro praefigitur, & talis est:

Nominatissimo Archyatro. Vtriusque medicine doctori. dno. Theoderico Vlsenio phriseo. *Vati* appollineo. *Moderatissimo* Noricio *physico.* Petrus Danhauszer *Artium Magister* Noricius *ciuis salutem dicit.*

Si fieri posse censerem. Vlseni *presidium & dulce decus meum vt lamentationibus ac lachrimis seuo ac peracerbo naturae vulneri mederer. omnem aetatem quoad seuiuisco in assiduis fletibus degere & eiulatibus studerem heuheu me infelicem atque infortunatum. qui tanta. tam miti. tam benigna. tam pia. tam deuota. tam omni genere probitatis dulcissima matre orbatus sum. cui* lachesis *rupit fila septimo die May. Quis in tanta rei indignitate non mereatur. non fortunam deploret suam. non sese intolerabili dolore conficiat. vtinam liceret sortem commutare. emori mallim modo ipsa vt reuiuisceret. Quo magis atque magis eius probitatem. & morum integritatem. pudiciciam. innocenciam. fidem. pietatem. sanctimoniam considero. eo me maior. ex abitu eius meror inuadit. At excellencia eius animi & integritas mentis.*

mentis. maiestas virtutis ita me reddunt attonitum. vt ab omni consolatione videar alienus. tum itaque is meror tam atrox insedit animo meo accersior ad venerandum patrem Georgium Pirckamer *priorem* Norice *carthusie. qui blandiuscula oratione me consulari aggressus & ita inquit.* danhusi *non mortua est, sed viuit mater tua. que commutata hac temporali vita cum sempiterna illa iam id premii in celo adepta est, quod vsque optarat cum esset in viuis. fruitur presencia. fruitur visu coram. fruitur consuetudine & colloquio humani generis redemptoris. hunc rogat. hunc orat. hunc precatur. vt tibi semper in omnibus rebus actionibusque tuis & propicius adsit & adiutor. teque dirigat adsidue in viam iusticie & pietatis. Que cum ita sint equo tibi animo ferenda est hec omnis vel nature necessitas. vel voluntas diuine mentis. Sed vt paulisper merorem tuum extinguas: Teneo mecum episcopi* parisiensis GVILHERMI *nonnulla opera, que imprimenda conducerent reipub. christiane. mestasque nonnunquam horas tibi mitigarent. vel* iunonis *questum inde accepturus. Declarauit pariter acumen ingenii. quo is inprimis inter recentiores claret theologos. cui facile omnes cedunt. singularique oratione laudes eius enumerando mihi recensuit. quas in prefatione tractatus de sacramentis item ab eo edito longiusculo prohemio prosecutus sum. Ego me obnoxium gerere.* Vlseni *clarissime doctor. tam dulcissimo patri vehementer tum mihi persuasi. quis adeo esset a fide christiana alienus. quis ita abhorrens ab omni humanitate, qui in re tam pia, tam necessaria, tam laudabili, tam vtili beatitudini religionis christiane parere subterfugiat atque nolit opera sua si opus sit. deo offerre. Sed reuera antea. per etatem auctoritatem huius prouincie assumere nusquam ausus eram. statuique nihil in diuina pagina elaborare mihi qui iuri ciuili & studio humanitatis penitus me dediderim. omneque meum tempus amicorum temporibus transmittendum oportere. At profecto non mea me voluntas. ymmo archetipus* rome *triumphantis quem ex clarissimis simulque doctissimis poetarum, oratorum & hystoricorum auctoribus comportare ingenio.*

nio. elaborareque industria studui. Et sebaldi schreyersz *modestissimi & integerrimi ciuis opera me prohibent. Est enim archetipus noster talis qui maxime animos* germanorum *excitabit atque inflammabit ad virtutem, quod aliorum iam tuoque iudicio relinquimus. Nolo iam enumerare conciuis mei innumeras laudes. Sed hoc vnum silencio transire nequeo. is tanta hospitalitate me fouit hyeme superiore. vt omnes vires meas suas esse sciat. Cum igitur suauissime* Vlseni *is apud* Noricios *ciuis phylosophus & medicus habearis. qualem hactenus habuere nullum, &* appollinea *cythara inter* pierides *choros crepitante potentissimus. te inuoco persuadeas an impressio* GVILHERMI *suscipienda sit. Scilicet omnino. cum non ingrata sit piissimo patri meo priori* noricio *futura cui morem gerere necesse habeo. quem vnice etiam & veneror, & admiror. itaque oblitus sum mei. omnia vincit amor rem difficillimam. & meis imparem viribus aggredior audentes fortuna iuuat. Attamen potuit* homericus *ille* Aiax hectoria, *quem neque* vlixes, *neque* Nestor *in prelium prouocantem excepisset. sola audacia & aggredi. & singulari certamine superare. potuit & troias idem ab incensis nauibus arcere possum fortassis ego* GVILHERMI *opera meis impensis in lucem dare & explicare. Quare* Vlseni *clarissime preceptor quod opus facto sit ad me scribe, & habebis me re quam verbo tuis operibus paratissimum omniaque mea studia & opera pro incremento nominis & glorie tue prompta ac expedita esse docebo. Vale ex* Noricio helycone.

Ad hanc epistolam, breui epistolio respondit Theodoricus Vlsenius:

Theodoricus Vlsenius. Noricius *Archyatrus* Petro Danhuso *Artium magistro* Noricio *ciui. Salutem dicit.*

Habes nunc mi Petre *quod tantopere optasti, Theologum illum scilicet gloriosum ac summum, qui pietatem, solamen. fidem & omnem viuendi normam abunde ac pie explicet. Est enim quantum intelligo. doctus. & suauis. & elegans. & scholastico illo sermone copiosus. sollicitent alii corpus. ille animi languoribus. quantum christiana*

stiana religio. & secula nostra exposcunt. peropportune medetur. Habes quo conciuem tuum. alioquin etiam integerrimum. immortalem facias. Quid plura deposcis fortunate puer. diuinitatem fortasse. quae morte vendicatur. mihi crede nonnisi vocatus adibis. Sed tuum erit videre vt electus fias. Vale ex Nurnberga. *Pridie Calendas Apriles. Anno salutis Xpiane. M. CCCCXCVI.* (1496.)

Vid. de Theodorico Vlsen, Frisio, Medico, & *poeta*, vt adpellatur, a Ioanne Trithemio, *de Scriptor. eccles.* Cap. CMLXI. p. 230. *singularis eruditionis*, qui Norimbergae, seculo inclaruisse memoratur XV. exeunte Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 647. Io. Franc. Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. II. p. 1118. vbi illum, in oppido, quod Syluae Ducis nomine insignitum est, ante chorum templi S. Ioannis sepultum esse retulit, Christian. Schoettgenii Continuat. *Biblioth.* fabric. *latin. med. & infim. aetatis* L. XVIIII. p. 644. vbi per typothetarum errorem Vlfenius adpellatur.

De Petro Dannhauser apud omnes historiae literariae scriptores altum est silentium. Nos illius mentionem facimus Tom. II. *Adparatus literar.* p. 824. Argumenta librorum GVILHERMI, siue GVILIELMI parisiensis, qui in hac collectione reperiuntur, eiusmodi verbis exposuit: *Primus liber religionis christiane & euangelice professionis fidem que est virtus qua ea quae ad fundamenta religionis pertinent recte firmiterque creduntur, tractat. causas errorum aliarum gentium & sectarum enumerat. fidemque esse vnam in scipsum secundum essenciam suam. & quod tum omnium credendorum sit, esse ipsius creatoris, hoc libro copiosissime determinantur.*

Secundus liber de legibus eiusdem religionis christiane disputat quae verissima ratione nihil aliud sunt, quam honestas legibilis descripta preceptis religionis nostre cuius septem enumerat partes testimonia veritatis. mandata honestatis. iudicia equitatis. exempla ymitationis. promissiones premiorum. comminationes penarum & suppliciorum. cerimonias cultus diuini. preterea sacrificia

circa



circa altaria. Circumcisionem causamque eiusdem. Immundicias in viris & mulieribus. animaliumque. Commixtiones animalium & seminum diuersorum generum. Lepras & vestes prohibitas describit. Tandem de vtilitatibus festorum que precepta sunt in lege celebrari. Mox postea leges Hebreorum *aliarumque gentium, ydolatriamque destruit.*

Tertius de virtutibus moralibus spiritualibus & theologicalibus tractat de habitibus in genere & specie. Qualem oporteat & deceat vitam esse humanam. Nominationes virtutum ac causas earum. differencias inter habitus & mores que virtutis dona sint & beatitudines. affectionesque earum. declarat etiam numerum virtutum que sunt secundum vim irascibilem & loquitur de mensuris & comparationibus virtutum tam inuicem quam ad vicia de connexione earum & colligatione. intensione. & remissione.

Quartus est de moribus in quo GVILHERMVS parisiensis *introducit ipsas virtutes loquentes magnificenciam & mirificenciam operum suorum prelia queque & victorias. laudesque timoris. spei. charitatis. pietatis. paupertatis. clericorum humilitatis paciencie is liber percurrit.*

Quintus liber de viciis & peccatis est vbi determinatur quod vicium quod peccatum & quomodo alterum ab altero differat. quod etiam originale sit peccatum. quomodo in posteros transfundetur. modum quo hoc fiat. an sit in omnibus equale. Comparationem eius ad alia peccata, & de pena que pro eo infligitur docet. de obmissionibus & negligenciis operum humanorum etiam determinat.

Sextus est liber de temptacionibus & resistenciis, in quo enumerantur officia & actus proprii vniuscuiusque virtutis. In vnoquoque certamine spirituali. victorie & modi vincendi earum. tractat etiam insidias demonum & astucias eorum quibus incautos deiiciunt capiunt & captiuant.

Septimus liber de meritis est & retribucionibus. quid meritum & quot modi merendi, quod & meritum proprie

prie & rectissima diffinitione obsequium sit retributionis obligatorium. deinceps persequitur retributiones sanctorum & que illis hic fiunt & que in futuro eis faciende promittuntur.

Vltimus & octauus est de immortalitate anime, quot & quibus modis consulatur humanis erroribus. deinde immortalitatem anime nititur ex radicibus phylosophie probare.

Praeter haec argumenta librorum praemittuntur operi *descriptiones* siue definitiones *quarundam virtutum & vitiorum.* In calce subiicitur index, siue *registrum* satis prolixum, ordine alphabetico dispositum, cuius auctor, in fine illius, nomen suum hisce prodidit verbis: *Hanc tabulam nude scriptam numeroque querendo prout melius potuit, quottauit & senserit frater* Iohannes Rosenbach *ordinis predicatorum pro suo consensu.* Nurenbergen. *orationum & vtilitatum in eo legentium cupiens se participem fieri. 1440. die 26. Marcii totum &c. hunc librum rubricis & numeris foliorum inscripsit & correcturas ingrossauit. Ad laudem dei benedicti in seculorum secula Amen.* Editionis facta est mentio, e variis bibliothecarum catalogis in Michaelis Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 617.

LIIII.

Tractatus GVILHERMI *parisien.* de sacramentis. cur deus homo. & de penitentia cum registro. in fol. form. minor. folior. 135.

Praecedenti libro, hic, omni ex parte similis est, quapropter nullum est dubium, quin ex eadem officina typographica sit profectus. A Petro Danhauser illum editum esse, praefatio, siue epistola indicare videtur, ad Theodoricum Vlsenium, quam ex superiore libro excerpsimus, vbi, disertis verbis, prodidit, GVILIELMI parisiensis laudes, se, in praefatione *tractatus, de sacramentis,* item ab eo editi, longiusculo prohemio prosequutum esse. Quamuis eius praefatio encomiastica, in

in nostro exemplari non inuenitur, similitudo tamen stili, quo argumenta libri, vt in superiore, exposita sunt, illa ab eodem auctore composita esse, non dubitare nos sinit. Cum admodum prolixa illa sint, praecipua tantummodo cuiusque libri contenta excerpemus. Primo libro de baptismate, sacramento confirmationis, eucharistiae sacramento, de poenitentia, partibus eius ac fructibus, de confessione, de matrimonio, de sacramento ordinis, & de extrema vnctione agitur: quibus nonnulla subiiciuntur de quinque institutionibus saluatoris, quae nos Deo faciunt acceptissimos, nimirum de oratione, ieiunio, eleemosyna, remissione in fratres, & disciplina, cuius tres constituuntur partes doloris, laboris, & occupationum adflictio. Iam anno 1489. GVILERMI parisiensis Episcopi, librum *super septem sacramentis*, bis Parisiis editum esse, testatur Michael Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 505. Editio altera *typis impressa* fuit Iohannis Bonhomme, *librarii in vniuersitate* parisiensi in 4. Altera *typis* Georgii Mittelhum *prope paruum pontem in intersignio argenteae clauis, in vigilia* S. Mathei, in 4.

In secundo tractatu speciali, primo ponuntur quatuor, vt editor ait, radices, quibus stabilitur, cur Deus homo factus sit, postea loquitur de medicina GVILIELMVS, qua curatur peccatum originale, & de medicina contra lapsum, de auaricia Adae, & reliqua.

Tertio & vltimo tractatu de poenitentia, & libero arbitrio, describitur poenitentia, & qualis sit adcusatio Dei contra peccatores, deinde differitur de vtilitate, & necessitate confessionis, de restitutione honoris, de damnorum restitutione, & eorum satisfactione, de executione sententiae, & quod poenitentia sit medicatio infirmorum. Huic tractatui finem imponit exemplum confessionis secretae ad Deum, cui adiicitur *registrum* alphabeticum *super librum* GVILHELMI *de penitentia*. Temporis, quo hoc volumen in lucem editum fuit, nec vola exstat, nec vestigium.

Haec & alia GVILIELMI parisiensis *opera*, collecta, in vnum corpus redacta, & recognita, iunctim edita fuere

fuere a Ioanne Dominico Traiano, neapolitano, *Venetiis ex officina Damiani Zenari* 1591. II. Tom. in fol. Sed illa, praestantior censetur editio, quae *studio & cura* Blasii Feronii, carnotensis *Canonici, ac* sorbonnici *Theologi, Aureliae* 1674. II. Tomis in folio prodiit. Huic sane editioni, *aliquot insignes*, qui in priore desiderantur, addidit *Tractatus* Feronius; nimirum *tractatum de Trinitate, & adtributis diuinis; librum de anima; Supplementum noui tractatus de poenitentia; tractatus de pluralitate, & collatione beneficiorum ecclesiasticorum II.* Sed illa quatuor scripta, pridem *Argentorati* 1507. in lucem edita fuerant, & posterior *tractatus de collatione beneficiorum* exstitit ex editione *parisiensi* 1490. in 4. in Bibliotheca telleriana, vt *Catalogus* istius bibliothecae p. 50. testatur. Recensio *operum* GVILIELMI, ex editione Feronii, vid. in *Journal des Savans* an. 1677. p. 27 sqq. Praeter illa tamen opera, quae collegit Feronius, multa alia, in bibliothecis passim inueniri, quae nondum edita sint, adnotauit Casimir. Oudinus in *Commentar. de scriptor. & scriptis ecclesiast.* Tom. III. col. 103.

De GVILIELMO, siue, vt nonnunquam scribitur GVILHERMO, Aruerno, patria auriliacensi, Theologo, Philosopho, & mathematico insigni, qui ab anno 1228. ad annum vsque 1249. episcopatui parisiensi praefuit, praeter Bellarminum, Labbeum & alios, legi merentur Antonii Posseuini *Adparatus sacer* Tom. I. p. 607. vbi in illius scriptis, id singulare reperiri ait, vt cum saepe rationibus necessariis, saepius autem nouo dicendi genere, similitudinibus scilicet, atque exemplis popularibus, plane quae vult, aptissime conficiat. Illum praeter ea cum plures vicerit, in tribus etiam se ipsum vicisse adfirmat, nimirum in *libro de rhetorica diuina*, in *libro*, cui titulum fecerit, *cur Deus homo?* & in *opere de vniuerso.* Casimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & scriptis eccles.* l. cit. col. 100 sqq. Guil. Caue *Histor. literar. scriptor. eccles.* Tom. II. p. 292. edit. *basileens.* 1745. Fratr. Sammarthanorum Gallia *christiana* Tom. I. p. 444 sqq. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. latin. med. & infim. aetatis* L. VII. p. 469 sqq.

LV.

LV.

Venerabilis BEDAE *Presbyteri Anglo-Saxonis, viri sua aetate doctissimi* Opera quotquot reperiri potuerunt omnia. Hac vltima impressione ornatius in lucem edita. *Coloniae Agrippinae sumptibus Antonii Hierati & Ioannis Gymnici Anno MDCXII.* (1612) in fol. Tom. I. folior. 156.

Iam promissi religione nos exsoluimus, & vti *Adparatus literar.* Tom. I. p. 339. nos facturos, recepimus, *Operum* BEDAE describimus editionem, quam David Clement Vir Cl. inuenire non potuit, vid. *Bibliotbeque historique & critique des livres qui sont difficiles à trouver* Tom. III. p. 31. vbi etiam p. 28. omnes editiones *Operum* VENERABILIS BEDAE inuentu difficiles esse adfirmat. Prima editio est, quam *apud* Audoënum Paruum *excudit* Antonius Iurianus, *Parisiis* 1544. III. Tom. in fol. vid. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. III. p. 361. *Catalogue des livres imprimés du Roi de* France Tom. I. p. 394. vbi ex editione Francisci Iametii *Paris. apud* Io. Roigny 1544. III. Tom. in fol. prodiisse dicitur. Inueniuntur etiam teste Ioanne de la Caille in *Histoire de l'imprimerie & de la librairie, Paris* 1689. in 4. p. 117. exemplaria, quae annum 1545. & Antonii Iuriani in fronte gerunt nomen, qui illa impresserit pro Ioanne Macaeo. Conf. de editione anni 1544. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca latin. med. & infim. aet.* L. II. p. 496. *Biographia* britannica, *or the Lives of the most eminent Persons, who have flourished in great* Britain *and* Ireland Tom. I. *London* 1747. in fol. p. 649. not. L.

Quod ad editionem adtinet *parisiensem* an. 1554. IIX. Tom. in fol. quam memorat Christophorus Hendreich in *Pandectis* brandeburgic. p. 476. Casimir. Oudinus in *Commentar. de Scriptor. & scriptis eccles.* Tom. I. col. 1682. Io. Alb. Fabricius, Auctores *biographiae* britannicae ll. citt. ad *parisiensem* 1558. in fol. & *coloniensem* 1616. in fol. quae occurrunt apud Christophor.

Hendreich l. cit. omnes, prolatis, in medium, rationibus idoneis, in dubium vocauit Dauid Clement Vir Cl. l. cit. & nos eius esse sententiae haud poenitet. Secunda igitur, & prima perfecta, in *parisiensi* enim anni 1544. multa BEDAE opuscula desiderantur, est editio, quae *cum caesareae maiestatis gratia & priuilegio, Regisque* Galliarum *ad decennium, Basileae per Ioannem Heruagium, anno* 1563. IIX. Tomis in fol. euulgata fuit. Cum illam ex αὐτοψίᾳ satis accurate descripserit Dauid Clement V. C. l. cit. verbum heic non addimus amplius, & ad describendam tertiam progredimur, quae illa est, cuius titulus in fronte huius articuli adscriptus est. Frontispicium illius, siue titulus generalis, a F. A. Braun delineatus, & a P. Isselb. aere nitidissime expressus est, & praeter alias figuras tres magos, infantulo seruatori dona offerentes, & S. Vrsulae cum vndecim mille virginibus nauigationem, in vrbis coloniensis prospectu, ob oculos ponit. Tomo I. praemittuntur *vita* VENERABILIS BEDAE *Presbyteri* Anglo-Saxonis, ex *Annalibus* Cardinalis Caesaris Baronii, & aliis desumta, & *Elenchus operum* BEDAE, quae in quolibet Tomo reperiuntur. Quae Tomo primo exstant, sunt

I. *Cunabula grammaticae artis* Donati, *a* BEDA *restituta.*
II. *De octo partibus orationis.*
III. *De arte metrica ad* Wigbertum Leuitam col. 25.
IIII. *De Schematibus S. Scripturae* col. 42.
V. *De Tropis S. Scripturae* col. 47.
VI. *De orthographia* col. 53.
VII. *De arithmeticis numeris* col. 72.
IIX. *De diuersis speciebus numerorum, & mensa* pythagorica col. 75.
VIIII. *De Computo dialogus* col. 85.
X. *De diuisionibus temporum* col. 89.
XI. *De arithmeticis propositionibus* siue problematibus col. 100.
XII. Libellus *de asse, & partibus eius, & de ratione calculi* col. 111.
XIII. *De numerorum diuisione ad* Constantinum col. 123.

XIIII. *De loquela per gestum digitorum & de temporum ratione, cum glossis* Bridferti ramesiensis, *& scholiis* Ioannis Nouiomagi col. 127. De Bridferto, siue Bridfritho, Bridefertho, Brighteferto, Saxone, monacho ramesiensi, qui circa annum 1000 scripsisse dicitur, vid. Ioan. Lelandus *de Scriptor.* britannicis, *Oxon.* 1709. in 8. P. I. Cap. CXXXVI. p. 171. Ioannes Baleus Centur. II. Cap. XXXV. Ios. Simlerus in *Bibliotheca* p. 104. Anton. Posseuinus in *Adparat. sacr.* Tom. I. p. 252. Casimir. Oudinus *de Scriptor. & scriptis eccles.* Tom. II. col. 522 sqq. Ioan. Alb. Fabricius in *Bibliotheca latina med. & infim. aetat.* L. II. p. 763 sqq. De Ioanne Nouiomago siue neomago, qui medio seculi XVI. tempore, variis scriptis editis inclaruit, vid. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 399. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca lat. med. & infim. aetat.* L. VIIII. p. 318 sqq. Io. Francisc. Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. I. p. 592. *Etwas von gelehrten* rostockischen *Sachen* ann. 1739. p. 471 sqq. & quae in *Analectis literar.* p. 636 sqq. diximus.

XV. Libellus *de ratione vnciarum* col. 141.

XVI. *De argumentis lunae* col. 143.

XVII.* *Computus vulgaris, siue ephemeris* pag. 169.

XIIX.* *Martyrologium* versibus hexametris pag. 191.

XVIIII.* *De Embolismorum ratione computus* pag. 215.

XX. *Decemnouennales circuli* Dionysii romani exigui, B. Cyrilli, & BEDAE *LXXXIIII.* ad annum vsque 1595, cum Abbonis floriacensis *praefatione* pag. 257.

XXI. *De Cyclo paschali.*

XXII. *Canones decemnouennalium circulorum lunarium* p. 321.

XXIII. *De mundi caelestis, terrestrisque constitutione* col. 323.

XXIIII.* *Musica theorica* col. 344.

XXV.* *Musica quadrata* (practica) *seu mensurata* col. 351.

XXVI. *De Circulis sphaerae, & polo* col. 365.

XXVII. *De planetarum, & signorum ratione* col. 369.

XXIIX. *Ordo planetarum, iuxta naturam, & numerum earum,*

earum, ex mente Hebraeorum, Chaldaeorum, Aegy-priorum col. 171.

XXVIIII. *Mensium notae* col. 377.

XXX. *De tonitruis libellus, ad* Herenfridum *patrem venerandum*, e graeco translatus col. 387. per typographicum errorem, sequi enim debuisset col. 379.

XXXI. *Pronostica temporum* col. 390.

XXXII. *Mensura horologii, & de diebus* aegyptiacis col. 392.

XXXIII. *Libellus de astrolabio* col. 394.

XXXIIII. *De natiuitate infantum* libellus col. 397.

XXXV. *De minutione sanguinis* col. 398.

XXXVI. *De septem mundi miraculis* col. 400.

XXXVII. *De anno, de ratione temporum, de celebritate temporum, de variis computi regulis*, carmina versibus hexametris col. 401.

XXXIIX. Dionysius *de annis*, versibus trochaicis col. 413.

XXXVIIII. Libellus *de ratione computi, per quaestiones, & responsiones* col. 418.

XXXX. *De duodecim signis, de aetatibus* &c. *carmina & versus* Prisciani *de astronomia* col. 434.

XXXXI. Manfredi *carmina de rebus astronomicis* &c. col. 435. Quis iste Manfredus fuerit, nondum extra omnem dubitationem positum est. Illi errare minus videntur, qui hoc, & alia opuscula Hieronymo de Manfredis, siue Manfredo tribuunt bononiensi, medico, mathematico, & astrologo insigni, qui publice professus est medicinam Bononiae seculo XVI. exeunte, variaque scripta medica & astronomica in lucem prodire iussit. Conf. de illo Pellegrino Antonio Orlandi *Notitie degli Scrittori* Bolognesi, *Bologna* 1714. in 4. p. 176. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca latin. med. & infim. aetatis* L. XII. p. 37 sqq. Idem sine dubio Hieronymus est, de quo in Nicol. Burrii Bononia *illustrata*, tale elogium legimus. Hieronymus *philosophiae & medicinae doctor praecipuus, omniumque astrologorum* (qui suo tempore vigebant) *sapientissimus iudicatus, cuius prognostica, & natiuitatum calculationes, iam per vniuersum diuulgata sunt*,

 vid.

vid. Io. Gerard. Meuschenii *vitae summorum dignitate & eruditione virorum* Tom. II. p. 169.

XXXXII. Anonymi *adpendix* prosaicus, *de annis ab origine mundi, natiuitate* Christi, *orbe condito* &c. & *versus de vrbe* roma, & Treuirensium *vrbe* col. 449.

XXXXIII. Manfredi *Embolismorum ratio*, oratione soluta col. 450.

Ceterum heic adnotari debet, quod paginarum numerus, hoc Tomo I. non solum errore typographico turbatus, sed etiam iam per columnas, iam per paginas numeratum fuerit.

Venerabilis BEDAE *Anglo-Saxonis Presbyteri, in omni disciplinarum genere sua aetate doctissimi* Operum Tomus secundus; Continens philosophica, nec non eorum, quae ad artes excellentiores praecipue faciunt, miras quasdam & subtiles explicationes: eorundem index versa pagella apparet. *Coloniae Agrippinae, sumptibus Antonii Hierati, & Ioannis Gymnici, Anno MDCXII.* (1612) folior. 140.

In hoc Tomo inueniuntur

I.* *De rerum natura* liber, *cum glossis incerti auctoris*, Brideferti ramesiensis, & Ioannis Nouiomagi pag. 1.

II.* *De temporum ratione, cum* eiusdem Brideferti, & Ioannis Nouiomagi *scholiis* p. 43.

III. *De sex aetatibus mundi*, siue chronicon a rerum origine, ad annum vsque nonum Leonis Isauri mundi 4680. Christi 726. *cum scholiis* Ioan. Nouiomagi. In fine illorum p. 117. haec leguntur verba: *Erat in* basileensi *editione* (Operum BEDAE) *huc adnexa adpendix, ex diuersis authoribus concinnata, quam quoniam non est ipsius* BEDAE *hic omisimus; ex aliis historicis facile beneuolus lector haberi poterit* pag. 103.

IIII. Liber *de temporibus, cum incerti auctoris &* Ioannis Nouiomagi *scholiis* p. 118.

V.* *Sententiae siue axiomata philosophica, ex* Aristotele *& aliis praestantibus philosophis collecta*, ordine alphabe-

phabetico *vna cum breuibus quibusdam explicationibus ac limitationibus* p. 124.

VI.* *Ex selectissimis* M. T. Ciceronis *sententiis liber*, cum *epitaphio* Ciceronis triplici, p. 166.

VII.* *Prouerbiorum liber* p. 185.

IIX.* *De Substantiis libellus* p. 200. *Substantiae* sunt bona monasteriorum ecclesiastica, quae dissipare dissuadet auctor, & alia varia, clericis, & laicis vtilia praecipit.

VIIII.* περὶ διδάξεων siue *elementorum philosophiae* Libri IIII. p. 206.

X.* *De paschae celebratione* liber, *siue de aequinoctio vernali, iuxta* Anatholium *epistola ad fratrem* Wicrhedam p. 230.

XI.* *De diuinatione mortis & vitae* Petosyris *ad* Necepsium *Regem* Aegypti *epistola* p. 233.

XII.* *Arcae* Noae *cum ecclesia similitudo* p. 235.

XIII.* *De linguis gentium* tractatus, ibid.

XIIII.* Sibyllinorum *verborum interpretatio* p. 236.

Venerabilis BEDAE *Anglo-Saxonis Presbyteri in omni disciplinarum genere sua aetate doctissimi*, Operum Tomus tertius. Continens historica, vitas aliquot sanctorum, ac collectanea quaedam, quorum catalogum versa pagina docet. *Coloniae Agrippinae, sumptibus Antonii Hierati, & Ioannis Gymnici. Anno MDCXII.* (1612) folior. 126.

Constituunt hunc Tomum

I. *Ecclesiasticae historiae gentis* Anglorum *ad* Ceolulfum *regem libri V.* col. I. Conf. quae Tom. I. *Adparat. literar.* p. 339. a nobis prolata fuere.

II. *Epitome siue breuiarium totius praecedentis historiae* Anglorum, *per eundem* VENERABILEM BEDAM, Anglo-Saxonem col. 148.

III. *Vita* Cuthberti,, *Episcopi* lindisfarnensis, *& Confessoris, ad* Edfridum *Episcopum, & congregationem fratrum, qui in* lindisfarnensi *insula* Christo *deseruiunt.* col. 152.

 IIII.

IIII. *Beati* Felicis, *Confessoris, vita, ex metrico opere* B. *Episcopi* Paullini col. 185.
V.* S. Vedasti, *Episcopi* atrebatensis *vita, cum homilia, die eius natali, ad populum dicenda* col. 191.
VI.* *Vita* S. Columbani col. 199.
VII.* S. Attalae *Abbatis vita* col. 222.
IIX.* B. Patricii, Hibernorum *apostoli vita, miracula, & transitus libris II.* col. 225.
VIIII.* *Vita* S. Eustasii, *Abbatis*, S. Columbani *discipuli* col. 243.
X.* Bertholfi, *Abbatis* bobiensis *coenobii, vita & transitus* col. 248.
XI.* S. Arnolfi *Episcopi* metensis *vita* col. 253.
XII.* S. Burgundoforae *Abbatissae vita* col. 258.
XIII. *Passio* S. Iustini *nouennis pueruli martyris, sub* Diocletiano *&* Maximiano, *versibus liberis iambis quaternariis* col. 266.
XIIII. *Martyrologium*, opus valde interpolatum col. 277.
XV. *De Situ* Hierusalem, *& locis sanctis libellus, quem de opusculis maiorum* (ex Arculfo & Adamanno) *abbreuiando* BEDA *composuit* col. 363.
XVI.* *Interpretatio nominum* hebraicorum, ordine alphabetico, col. 371.
XVII.* *Excerptiones patrum, collectanea, flores ex diversis quaestiones & parabolae* col. 480.
XIIX.* *De XII. lapidibus, de luminaribus ecclesiae, de VII. donis Spiritus S. de VII. ordinibus, de XV. signis, de cruce domini, de VII. peccatis, de IIII. ordinibus, de eucharistia sumenda, Hymni de die iudicii, oratiunculae.*

Venerabilis BEDAE, *Anglo-Saxonis Presbyteri, in omni disciplinarum genere sua aetate doctissimi,* Operum Tomus quartus. Continens Commentarios in vetus Testamentum, quorum ordo tertia pagina docetur. *Coloniae Agrippinae sumptibus Antonii Hierati & Ioannis Gymnici. Anno MDCXII.* (1612) folior. 231.

Opuscula

Opuscula huius Tomi sunt:

I. *Hexaëmeron, siue de sex dierum creatione, ad* Abbatem Accam col. 1.

II. *Expositio in Pentateuchum* col. 19.

III. *In* Samuelem *prophetam, id est librum primum expositio allegorica libris IIII.* col. 167.

IIII. *In libros regum quaestionum XXX. liber vnus, ad* Nothelmum Bedam *fratrem* col. 333.

V. *In* Ezram *&* Nehemiam *prophetas allegorica expositio libr. III.* col. 348.

VI. *In librum* Tobiae *allegorica expositio* col. 347.

VII.* *In* Iobum *libri III. ad* Nectarium *Episcopum* col. 447.

IIX. *Super Parabolas* Salomonis *libri III.* col. 634.

VIIII. *In cantica canticorum libri VII.* col. 714. Primus ex istis libris *de gratia Dei*, contra Iulianum episcopum celanensem, qui suis commentariis errores pelagianos adsperserat, conscriptus est. Vid. Gerardi Io. Vossii *Historia* pelagiana, *Amstelod.* 1655. in 4. L. I. Cap. IIII. §. 4. & Cap. VI. Liber septimus e Gregorii magni dictis compilatus est.

X. *De tabernaculo & vasis eius, ac vestibus sacerdotum Libri III.* col. 838.

V*enerabilis* BEDAE *Anglo-Saxonis Presbyteri, in omni disciplinarum genere sua aetate doctissimi,* Operum Tomus quintus; Continens in sacrosancta quatuor euangelia, & alios noui Testamenti libros, pias & breues expositiones, quarum seriem versa pagina exhibet. *Coloniae Agrippinae sumptibus Antonii Hierati & Ioannis Gymnici. Anno MDCXII.* (1612) folior. 214.

In huncce Tomum ex BEDAE *Operibus* relata sunt

I. *Expositio super* Matthaeum *libris IIII.* col. 1.

II. *Oratio dominica, a* BEDA *explanata* col. 91.

III. *Expositio euangelii secundum* Marcum *ad* Accam *Episcopum libris IIII.* col. 92.

IIII. *Expositio in* Lucam *libris VI.* Praemissa est Accae

presbyteri *epistola* hortatoria *ad* BEDAM, & huius ad illam *responsio* col. 213.

V. *In Euangelium* B. Ioannis *expositio* Capitibus XXI, distincta, praemissa *commendatione* Ioannis, & *breuiario euangelii* Ioannis col. 451.

VI. *Expositio Actuum Apostolorum, ad* Accam *Episcopum* col. 625.

VII.* *Expositio cuiusdam, siue eiusdem* BEDAE, *de nominibus locorum, vel ciuitatum, quae leguntur in libro actuum Apostolorum* col. 666.

IIX. *Expositio super epistolas catholicas* col. 673.

VIIII. *Expositio in Apocalypsin* Ioannis, cum *prologo* BEDAE *ad fratrem* Eusebium *de VII. Apocalypseos periochis, & septem eiusdem regulis, quas dedit* Tychonius, & *Epigrammate* BEDAE, *de* S. Ioanne, *eiusque apocalypsi* col. 761.

Venerabilis BEDAE *Anglo-Saxonis Presbyteri, in omni disciplinarum genere sua aetate doctissimi,* Operum Tomus sextus, continens in diui Paulli scripta, interpretationes luculentas: catalogum vero ipsarum versa pagina tibi monstrabit. *Coloniae Agrippinae sumptibus Antonii Hierati & Ioannis Gymnici. Anno M.DCXII.* (1612) folior. 214.

Occurrunt hoc tomo

I. *Retractationes in actus apostolorum* col. 1.

II. *Quaestiones in Acta apostolorum quinque* col. 29.

III.* *Expositio in* Paulli *epistolas omnes ex opusculis* Augustini *collecta*, cum *praefatione*, in qua ipse BEDA vitam ac opera sua paucis commemorat col. 31.

IIII. *Epistola* Aniani *ad* Euangelum *presbyterum* col. 823.

V. Ioannis Chrysostomi *de laudibus* B. Paulli *apostoli Homiliae septem ex* Aniani *versione* col. 824.

VI. Gaufridi Borssardi, Cenomani, *theologorum minimi, ad clarissimum virum* Petrum Securibilem *sacrarum literarum interpretem celeberrimum Archidiaconum* rotomagen. *dignissimum atque omnes viros studiosos, & literarum amantes, in praecedens* BEDAE *&* Augustini *opus, iudicium, siue censura.*

Vene-

Venerabilis BEDAE *Anglo-Saxonis Presbyteri, in omni disciplinarum genere sua aetate doctissimi,* Operum Tomus septimus; In quo Conciones & scripta continentur, quae ad populum instruendum, piorumque animos excitandos multum faciunt: eorum vero catalogus, pagella tertia habetur: *Coloniae Agrippinae sumptibus Antonii Hierati & Ioannis Gymnici. Anno MDCXII.* (1612) folior. 125.

Haecce iste tomus refert opuscula:

I. *Homilias aestiuales de tempore XXXIII.* col. 1.
II. *Homilias aestiuales de sanctis XXXII.* col. 91.
III. *Homilias hiemales de tempore XV.* col. 183.
IIII. *Homilias quadragesimales XXII.* col. 218.
V. *Homilias hiemales de sanctis XVI.* col. 290.
VI. *Sermones ad populum varios XXI.* col. 339.
VII. *Scintillas siue locos communes sententiarum, ex sacris literis & patribus digestos per capita, siue titulos LXXX.* col. 370.
IIX. *De muliere forti libellum, in prouerbiorum XXXI. vers. 10-vlt.* col. 459.
VIIII.* *De officiis libellum, ex patrum dictis excerptum* col. 467.
X. *Fragmenta quaedam allegorica, in quaedam capita prouerbiorum, sapientiae, ecclesiastici, & in Psalmum XC.* col. 476.
XI. *De* Salomone *iudicium* col. 486.

Venerabilis BEDAE *Anglo-Saxonis Presbyteri, in omni disciplinarum genere sua aetate doctissimi,* Operum Tomus octauus; Continens quaestiones aliquot elegantissimas veteris Testamenti, vna cum doctissimo in Psalmos dauidicos commentario recens inuento: quorum omnium catalogum versa pagella demonstrat. *Coloniae Agrippinae sumptibus Antonii Hierati & Ioan. Gymnici. Anno MDCXII.* (1612) folior. 299.

Leguntur Tomo vltimo:

I. *De templo* Salomonis *liber* col. 1.

II. *De sex dierum creatione liber* col. 52.

III. *Quaestiones in Pentateuchum, ex dictis patrum* Augustino, Hieronymo, Isidoro, Sedulio &c. more dialogi inter praeceptorem & discipulum col. 78.

IIII. *Quaestiones in librum* Iosuae, *Iudicum*, Ruth, *&* *IIII. libros Regum* col. 248.

V. *Quaestionum variarum liber* col. 286.

VI. *In Psalmorum librum exegesis* col. 307.

VII. *Interpretatio Psalterii, artis cantilenae, vel specierum singularum, vel nominum, quae commemorantur in Psalmis* col. 899.

IIX. *Interpretatio nominum* hebraeorum col. 901.

VIIII.* *Sermo de eo quod legitur in Psalmis* (Psalm. LII. 3) *dominus de caelo prospexit, super filios hominum, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum* col. 902.

X.* *In librum* Boethii *de Trinitate commentarius* col. 925.

XI. *De septem verbis* Christi, *in cruce oratio* (precatio) col. 954.

XII. *De meditatione passionis* Christi, *per VII. diei horas libellus* col. 955.

XIII. *De remediis peccatorum, & excerptum de canonibus catholicorum patrum, vel pœnitentiae ad remedium animarum domini* Agberti *Archiepiscopi* col. 961.

XIIII. *Index rerum & verborum memorabilium* locupletissimus, quae in hisce octo Tomis *Operum* VENERABILIS BEDAE continentur.

Et haec sunt *opuscula*, quae in hisce IIX. Tomis reperiuntur. Ea quae asterisco notauimus, vel plane spuria sunt, & VENERABILIS BEDAE nomen mentiuntur, vel dubiae & sublestae fidei sunt. De singulorum auctoribus, codicibus MS. editionibus, aliisque rebus, huc spectantibus disseruere Casimir. Oudinus in *Commentar. de Scriptor. & scriptis eccles.* Tom. I. col. 1672 sqq. Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. latin. med. & infim. aetatis* L. II. p. 496 sqq. vbi etiam inuenies, quae ad

Operum

Operum BEDAE genuinorum, editorum & ineditorum hiſtoriam faciunt. Ad editionem vero, quam deſcripſimus, tertiam, quarta, *colonienſis* 1688. IIX. Tom. in fol. exſcripta videtur, niſi forte, vna eademque eſt editio, cui bibliopolae nouos tantum modo titulos, vt fucum emtoribus facerent, praemiſerunt. Si quis enim iſtius editionis deſcriptionem a Io. Alb. Fabricio l. cit. p. 496 ſqq. ſuppeditatam, cum noſtra recenſione conferre voluerit, quemlibet Tomum, eiusque columnarum numerum, noſtrae editioni reſpondere, quid? quod & paginarum ſeriem Tomo I. typothetarum negligentia turbatam inueniet.

Auctores, qui res ad BEDAM VENERABILEM pertinentes, expoſuerunt, nominauimus Tomo I. *Adparat. literar.* p. 340 ſqq. quibus accenſendus Jaques George de Chauſepié, in *Nouveau Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. Litt. B. p. 178 ſqq.

LVI.

* IACOBI SADOLETI *Card. & Epiſcopi Carpentoractenſis, viri diſertiſſimi,* Opera, quae exſtant, omnia ad eloquentiam philoſophiam ac theologiam pertinentia, nunc primum e variis bibliothecis ſimul edita & aucta. Ad haec Antonii Florebelli Mutinenſis Orationes III. *Moguntiae ex officina typographica Balthaſaris Lippii, ſumptibus Ionae Rhodii. Anno Domini MDCVII.* (1607) in 8. form. mai. Alph. III. plag. 15.

Editionem hanc ipſe curauit Ionas Rhodius bibliopola francofurtanus, ordineque diſpoſuit ſequenti:

I. *Vita* IACOBI SADOLETI per Anton. Florebellum.

II. *Epiſtolarum libri XVI.* & *ad* Paul. Sadoletum *liber vnus.*

III. *Epiſtola ad S. P. Q.* Geneuenſem.

IIII. *Epiſtola conſolatoria, ac meditatio in aduerſis, ad* Ioannem Camerarium *Epiſcopum* wormacienſem.

V. *Ora-*

V. *Orationes.*

VI. *De liberis recte instituendis.*

VII. Phaedrus, *vbi adcusatur philosophia Liber I.*

IIX. *De laudibus philosophiae liber II.*

VIIII. *De pace ad Imperatorem* Carolum V.

X. *De bello* Turcis *inferendo.*

XI. *Ad Principes populosque* Germaniae *exhortatio, vt in gremium ecclesiae redeant.* Hisce *orationibus* accesserunt *orationes tres* Antonii Florebelli, mutinensis. a) *de auctoritate ecclesiae ad* SADOLETVM, b) *ad* Germanos *oratio de Concordia,* c) *ad* Philippum *&* Mariam *Reges, Oratio de restituta in* Anglia *religione.* Sequuntur SADOLETI *Poemata*

XII. *De* Lacoontis *statua, quae* Romae *in* Vaticano *spectatur.*

XIII. De C. Curtio *cos. A. V. C. CCCVIII. &* Curtia *lacu.*

XIIII. *Ad* Octauium *&* Fridericum Fregosos. *Theologica.*

XV. *In Psalm. LI. miserere mei Deus Commentarius.*

XVI. *In Psalm. XCIII. Deus vltionum dominus.*

XVII. *In epistolam* Paulli *ad* Romanos *Commentarior. Libri III.*

Promittit quidem huius editionis titulus *opera* SADOLETI *omnia,* quae tamen integra non reperiuntur. Docet enim Richardus Simon in *Lettres choisies* Tom. I. *Amstelod.* 1730. in 8. p. 169. SADOLETVM anno 1539. ad Ioannem Sturmium *epistolam* aliquam exarasse, illamque vna cum Sturmii *responsione,* diserta quidem illa, sed admodum mordaci, eodem anno *Argentorati* editam esse: hanc tamen epistolam frustra heic quaesieris. Quum anno 1554. Sebastianus Gryphius, *Lugduni,* peradcuratam, more suo, SADOLETI dedisset *epistolarum* editionem, eamdem illam, item & aliam, quae ad Geneuenses data est, omisit. Mirum id videtur paullo ante dicto Simonio, quidue in caussa fuisse ipse suspicetur, ingenue l. cit. monet: *Je ne vois pas pourquoi* Sebastien Gryphe *ne l'a* (*de literis* ad Sturmium datis loquitur) *point mise dans son Recueil des lettres de ce Cardinal*

Cardinal imprimé à Lyon *en 1554. avec beaucoup d'exactitude. Si ce n'est peut-être par ce qu'il y témoigne avoir de trop grandes liaisons d'amitié, non seulement avec* Sturmius, *mais aussi avec* Melanchthon, *&* Bucer *qu'il consideroit comme des personnes très-doctes:* me tibi, *dit-il*, & Melanchthoni, & Bucero hominibus doctissimis plane beneuolum, & ex animo fautorem esse. *La diversité de sentimens dans les matieres mêmes les plus importantes de la Religion, ne l'empêchoit pas d'être ami des plus savans Protestans d'*Allemagne; *& c'est ce qu'il nomme une Societé en fait de belles lettres,* bonarum literarum societatem, *laquelle sert de lien pour unir ensemble les honnêtes gens:* quo maxime vinculo hominum ingenuorum coniuncti continetur. Seorsum etiam hanc *epistolam* ad Sturmium impressam esse, *Ingolstadii* 1546. in 4. e *Catalogo Bibliothecae* barberinianae Tom. II. *Romae* 1681. in fol. p. 333. perspicimus. Adiecta quoque est, vna cum Io. Sturmii *responsione*, Ioannis Sleidani, *de IIII. Monarchiis libello*, in editione *argentinensi* 1616. in 12. Quod ad illas quidem *literas*, quas SADOLETVS *ad S. P. Q.* geneuensem scripserat, adtinet, Richardus Simon l. cit. p. 168. obseruat Ioannem Caluinum duris admodum verbis, ad eam rescripsisse, eodem anno 1539, quo altera *epistola* scripta fuerat, atque vtramque *Argentorati* ipso illo anno, typis excusam, illamque editionem hodie perraram esse, triennio denique post impressionem a Theologis parisiensibus *Catalogo librorum prohibitorum* fuisse insertam: Calvin *lui fit réponse de* Strasbourg, *où il étoit alors en la même année* Kal. Sept. *avec cette subscription*, IACOBO SADOLETO, Cardinali. *Il le reprend adroitement d'avoir plûtôt fait le personnage d'un bon orateur, que d'un habile Théologien. Et comme il est toûjours mordant & emporté dans ses expressions, il appelle la Cour de* Rome, *un magazin de ruses & de finesses,* calliditatis ac versutiarum omnium officinam. *Il reproche au Cardinal les grands détours,* longas ambages, *qu'il a pris dans sa lettre: mais* Calvin *n'est guéres moins abondant en paroles, que* SADOLET. *L'un & l'autre affectent*

de

de paroître Ciceroniens. *Les Protestans ne manquerent pas de publier aussitôt ces deux lettres qui furent imprimées à* Strasbourg *en 1539. Cette edition qui est presentement très-rare étant venuë jusqu' à* Paris, *les Docteurs de la Faculté de Théologie la mirent au Catalogue des livres condamnez en 1542. au moins pour ce qui étoit de la lettre de* Calvin. *Car on lit dans le Registre de la Faculté au nombre des livres qui furent alors reprouvez, le Parlament le demandant ainsi; deux Epitres, l' une de* SADOLET *Evêque de* Carpentras, *& la seconde de* Jean Calvin; *la seconde reprouvée. Ces deux Epitres ont été depuis reimprimées à* Geneve, *avec les Traités theologiques de* Calvin. In *Catalogo Bibliothecae* bodleianae Tom. II. p. 127. nec non in *Bibliothecae* barberinianae *Catalogo* l. c. fit mentio *homiliae* cuiusdam, ab eodem SADOLETO habitae, *de* Hungaria, *a* Turcis *occupata*, quae in barberiniana quidem bibliotheca, cum aliis *orationibus*, quarum vna, quae habita est Romae, in aede Mineruae, *in promulgatione induciarum generalium*, illa, de qua nunc agimus, editio caret, *Francofurti* 1577. in 8. impressa fuisse legitur, in bodleiana vero 1550. in 8. sine loci mentione adiecta prodiisse memoratur. Eadem illa *homilia* inuenitur in *Alcorano, cum variis confutationibus* a Theodoro Bibliandro, edito *Basileae* 1543. in fol. Tom. III. p. 154. vid. Ioan. Fabricii *Histor. biblioth.* fabricianae Tom. II. p. 225. Exstat etiam in rara collectione, quae hunc praefixum habet titulum: *Selectissimarum orationum ac consultationum de bello* Turcico *variorum & diuersorum Auctorum Volumina Quatuor. I Ad Caesares & Principes Ordinesque imperii in Comitiis Augustalibus inde a* Friderico III. *Imperatore, vsque ad* Rudolphum II. *Augustum. II. Ad Pontifices* Romanos *& sacrum collegium Cardinalium, aliosque proceres* Italiae. *III. ad Reges & Principes totius orbis christiani. IIII. Ad eosdem Principes christianos, vna cum consiliis quibusdam & disputationibus siue discursibus de ratione belli* turcici *administrandi. Recensente* Nicolao Reusnero Leorino, *Iurisconsulto & Consiliario* saxonico, *Lipsiae* 1596. in 4.

Tom.

Tom. II. p. 240 sqq. Referuntur praeter ea in *Bibliothecae* bodleianae *Catalogo* l. cit. *Orationes duae siue Consilia de bello mouendo contra* Turcas, *Islebiae* 1603. Nos, si quis coniecturae locus datur, has duas *orationes* ab illis, quarum altera ad Ludouicum Galliarum Regem, altera ad argentoratenses dicta est, diuersas esse neutiquam crediderimus. Maius aliquod opus, sub manibus habuisse SADOLETVM, titulo: *de exstructione ecclesiae catholicae libr. IIII.* olim edendum, narrat Antonius Florebellus in *vita* eius: tres ille libros absoluisse, quartum vero addere, prioresque sub limam reuocare, illi per negotia & peregrinationes nunquam amplius licuisse, in eadem illa *vita* confirmatum legimus. Fuerat autem Antonius Florebellus mutinensis, antequam Lauellini Episcopus, & Pii II. pontificis Rom. factus esset Secretarius, SADOLETO ab epistolis, & pro diuturno contubernio, quemadmodum ipse de se refert, sensus eius satis cognitos, & perspectos habuit. Conf. Philippi Bonamici *de claris pontificiarum epistolarum Scriptoribus ad* Benedictum XIIII. *Pont. Max. liber. Romae* 1753. in 8. p. 256. Idem Florebellus monet in eadem illa *vitae* historia, de omnibus SADOLETI *orationibus*, illam omnium disertissimam semper fuisse habitam, quam eloquentissimus ille Antistes, *in Iudaeos pro Christianis, iniusto foenore eorum, ad extremam paupertatem redactis*, composuit. Editor vasti illius operis, quod Nicol. Hieron. Gundlings *vollständige Historie der Gelahrheit* inscribitur Tom. II. *Francof. & Lips.* in 4. p. 2642. not. y. 16. SADOLETO nescimus quem *de emendatione ecclesiae* librum tribuit, cuius tamen mentionem, in bibliothecarum celeberrimarum & copiosissimarum catalogis nullam inuenimus, nec de duabus illis *orationibus de bono pacis* nobis quidquam innotuit.

Haec erant, quae de *Operibus* SADOLETI in genere dicere statuimus, nunc de nonnullis eorum paucula speciatim adnotare iuuabit. Opus quod *Phaedrus* inscribitur, ea continet quae ab osoribus philosophiae, contra eam, in medium adferri solent, vnoque libro absoluitur.

ſoluitur; *Laudatio philoſophiae*, vtilitatem eius demonſtrat, & alterum librum efficit, quo ipſo iam patet SADOLETVM immerito inter philoſophiae obtrectatores referri, nec ingenii iactandi cauſſa, quaſi rem eamdem & laudare & vituperare poſſet, id ab eo factum fuiſſe dici poteſt, qui Libr. V. ep. 13. & 17. philoſophica ſtudia, tanquam ſacris literis neceſſaria, diligenter commendat: *in quo vero*, inquit *epiſt.* 17. *aſpernare videris philoſophiam, id mihi tecum conuenire non poteſt. Ego enim, cum me ex illius ſtudio non admodum hebetem ſentio factum, tum vero ſic ſtatuo, non lapidem lapidi, neque parietem faſtigio vllum tam congruere, quam theologiae & diuinis literis philoſophiam.* Qua occaſione ille duos hos libros conſcripſerit, ipſe *Phaedri* ſui initio expoſuit. Agnouit verae philoſophiae praeſtantiam, a barbaris autem ſui ſeculi hominibus, miſere adfectam eſſe, verbisque ſcatere horridis, hybridisque, quae cuique nauſeam mouere poſſint, agnouit, cogitabat itaque de ſcientiae huius inſtauratione. *Demus operam*, inquit, *ſi modo adſequi poſſumus, vt philoſophiam iam pridem laborantem barbariae nomine, latinis literis illuſtremus, quod profecto adniteremur, eo ingreſſi animo, vt niſi vitam vis aliqua preſſerit, aut auctoritas maior occupauerit, omnem ipſam* platonicam *&* ariſtotelicam *formam diſciplinae, non interpretis munere, ſed ordine & iudicio noſtro, noſtris hominibus tradere parati ſimus.* Huic operi aliud quoddam praemiſit, quo in genere de philoſophia, eiusque laude & vtilitate diſputat, cumque quondam vir non illiteratus Phaedrus nomine, Marii Maffei, ad quem liber ipſe ſcriptus eſt, adfinis, praeſente SADOLETO, in philoſophiam acrius inuectus eſſet, is illius defenſionem ſuſcepit. Quilibet igitur, cur Phaedri nomen, oratio prae ſe ferat, facile perſpiciet. *Commentarium in* S. Paulli *epiſtolam ad* Romanos, iudicio Deſiderii Eraſmi roterodami, totum ſubiecit SADOLETVS, iisque verbis Libr. IIII. *ep.* 5. ſuam de viri illius ſcientia, opinionem teſtatur, quae quod a grauiſſimo viro ſcripta ſunt, heic adponi merentur: *& de iudicio quidem tuo, ita mihi diuos omneis opto eſſe pro-*

propitios, in eadem ſum ſententia, vt nihil meorum mihi probari poſſit, quod ad religionem quidem, & literas ſacras pertineat, ſi non id antea tibi ſit probatum. In eadem *epiſtola* de hoc ſuo *commentario* verba faciens, *auſus equidem ſum,* inquit, *id quod videbis ipſe, ab itinere ceterorum iam diu trito atque vſitato deflectere, aliaque quadam ingredi via, quae mihi viſa ſit, magis emergere ex fluctibus quaeſtionum, fortiusque & ſplendidius ad veritatem contendere.* Richard Simon l. cit. p. 171. ex eius *epiſtolis* obſeruat, quod graecorum Patrum ſententiam, de gratia & libero arbitrio, & praedeſtinatione, placitis S. Auguſtini praetulerit, vid. L. VIIII. *ep.* 9. & 10. quae totae legi merentur, eo quod, ad illuſtrandos *commentarios* illos multum conferunt. Illud praeter ea de SADOLETO refert Richardus Simon p. 173. fuiſſe nempe eum ſocietatis cuiusdam, quae tunc temporis in Italia, viros diuinarum humanarumque literarum peritiſſimos coniunxerat, ſodalem, huicque doctiſſimorum hominum coetui, propoſitum fuiſſe, graecorum Patrum opiniones, in earum locum, quas ſchola paſſim recepiſſet, ſubſtituere. Ceterum vt erat SADOLETVS inſigni pietate ac doctrina praeditus, ita eum omnium ſui ſeculi eruditorum amicum cordatiſſimum, in religionis vero negotio pacis & lenitatis ſtudioſiſſimum fuiſſe, ſcripta eius teſtantur. Antiquiores & imperfectas *Operum* SADOLETI collectiones ſuperat, editio noua & nitida, quae hoc titulo in lucem exiit: IACOBI SADOLETI, *Cardinalis & Epiſcopi* carpentoracteníis, *viri diſertiſſimi, Opera omnia, quorum plura ſparſim vagabantur, quaedam doctorum virorum cura, nunc primum prodeunt Veronae e typographia Io. Alb. Tumermani* 1737. 1738. IIII. Tom. in 4. form. mai. In Tomo I. occurrunt praeter varias *praefationes* & *dedicationes*, ex antiquioribus collectionibus excerptas, *Vita* IACOBI SADOLETI, ex Ludouici Donii d'Attichy *Floribus S. R. E. Cardinalium* Tom. III. & *undecim epiſtolarum* SADOLETI *libri priores.* Tomus II. complectitur *epiſtolarum* IACOBI SADOLETI *libros XII-XVII. Epiſtolarum ad* Paullum *Nepotem librum vnum;*



epistolarum IACOBI SADOLETI *lingua* hetrusca *conscriptarum librum vnum*, cum *libro epistolarum* hetruscarum Paulli Sadoleti, & vna *epistola* Iulii Sadoleti hetrusca, quam IACOBI SADOLETI sequuntur *orationes*, inter quas locum etiam inuenit Antonii Florebelli *de auctoritate ecclesiae ad* SADOLETVM *liber*, & Florebelli, *ad* Germanos, *de concordia; & de restituta in* Anglia *religione orationes*. Tomum III. constituunt *de regno* Vngariae *ab hostibus* Turcis *oppresso & capto homilia; de obitu* Frederici Fregosi *homilia; Philosophicae consolationes; de liberis recte instituendis; de philosophia lib. I. qui inscribitur* Phaedrus, *in quo accusatio philosophiae continetur; de philosophia liber II. in quo de laudibus philosophiae differitur; Poemata de* Lacoontis *statua; de* Caio Curtio, *&* curtia *lacu; poema ad* Octauium *&* Federicum Fregosos genuenses; *Epigramma ad* Ianum Corycium. *Opera theologica*, nimirum *interpretatio in Psalmum LI. interpretatio in Psalmum XCIII; interpretatio in locum euangelicum de duobus gladiis Luc. XX. 38.* Tomo IIII. inueniuntur IACOBI SADOLETI *epistola ad* Ioannem Sturmium an. 1538. scripta, de qua supra diximus; & SADOLETI *Commentarius in Epistolam* Paulli *ad* Romanos. De singulis hisce SADOLETI opusculis, & variis eorum editionibus, omnium optime disseruit Niceron in *Memoires* Tom. XXIIX. p. 357 sqq.

LVII.

* Orationum illustrium IACOBI SADOLETI *Cardinalis, & Episcopi Carpentoractensis viri disertissimi* Libri XVI. iam demum singulariter & adcuratiori diligentia in oratoriae facultatis studiosorum commodum editae. *Moguntiae impensis Henrici Koerneri Vrsellani. Anno MDCXI.* (1611) in 8. form. mai. Alph. II. plag. 3.

In hac editione nec *poemata* SADOLETI, nec *Commentarii in Psalm. LI. & XCIII.* neque *in* Paulli *ad* Romanos

manos *epistolam* reperiuntur: cetera quidem omnia, quem admodum in priore editione heic inueniuntur. Huius autem mentio rarius occurrit.

LIIX.

* Elegantissimae orationes duae; Altera IACOBI SADOLETI, de emendandis viciis Curiae Romanae: Altera SAMVELIS MACIEOVII, qua exceptus Petrus Gamratus, cum veniret in Episcopatum Cracouiensem. *Cracouiae Lazarus Andreae impressit. 1561.* in 8. plag. 7.

Duas has *orationes*, tum quod temporibus suis, optime conuenire, tum quod eloquentiae studiosis, non nihil prodesse credebantur, iunctim denuo edidit, & Nicolao Wolskio, chelmensi episcopo dicauit Iacobus Gorscius. Magnam is ab omnibus, qui rei literariae sunt paullo curiosiores, iniuisset gratiam, si editionem, ex qua illam SADOLETI *orationem* recudendam curauerat, paucis verbis indicasset. Etenim negotio de emendanda ecclesia, lux nonnulla inde addi potuisset. In ipsa *orationis* fronte, inscriptio ita se habet: IACOBI SADOLETI *Cardinalis de* romanae *Curiae, & Cleri moribus reformandis oratio.* Illius autem summa haec est: Diuino consilio Paullum III. summum Pontificem electum esse, qui rempublicam (ecclesiasticam) inclinatam labentemque fulciret; cui & prudentia, & superiorum pontificum exemplis instituto, illa tandem cordi esset, quique populos eos, quos haberet in potestate, non libidini suae traditos, sed fidei commendatos existimaret. Ea autem est SADOLETI sententia, vt eas calamitates, quas postea describit, non fato quodam, sed ipsius Cleri potius culpa, accidisse pronunciet. *Cum enim*, sunt verba eius, *nos peccandi finem nullum faciamus, cum in flagitia omnia proiecti ferimur, cum effrenatas, improbas cupiditates habemus, cum auertimur prorsus ab eo, qui nos reuocat ipse ad sese, atque expetit; cum turbamus omnia, cum ruimus: tum aliquod ex Deo*

adesse solet, non ipsius propria voluntate statutum, sed nostris flagiciis sceleribusque expressum diuinae seueritatis in nobis vlciscendis puniendisque decretum. Haec iam vt clariora reddat, quae Pontificum auctoritas, quaeve vitae morumque ratio fuerit, ab iis inita, vt tantum existimationis apud omnes consequerentur, diligenter demonstrat, exemplisque confirmat. *Postquam autem*, verba eius heic adscribimus, *e vetere illo curriculo sanctitatis & veritatis, ad cupiditates non rectas, & ad consilia praua deflexum est, postquam quaestus intrauit, & pecunia potior virtute haberi coepta est, insignem illam auctoritatem collabi coepisse*, monstrat. Quare etiam concludit, nisi haec remedia a Paullo III. dudum proposita admoueantur, misero sibi, (Clero) letho esse pereundum; addit quoque multos esse, e purpuratorum ordine, viros grauissimos, quibus ea ecclesiae mala perquam molesta accidere soleant, illorum tamen conatibus, pro illius bono susceptis, deprauatorum obstare multitudinem. Post haec ad priora redit, caussas, ob quas tam exiguus honor Clero habeatur, exponit, magna verborum copia, summa rerum grauitate, & mira denique dicendi libertate. *Tantum est*, inquit, *odium nominis nostri, tantaque opinio de nobis perfidiae & auaritiae, vt quidquid contra nos, & a quocunque dicatur, summa id e vestigio veritas esse censeatur. Hoc quantis nostris vitiis & peccatis venerit: nolite quaeso a me velle admoneri: Ipsimet vobiscum & cum animis vestris superiorum temporum vulnera recognoscite: quibus illa ipsa etiam religionis simulatio, quae ex maiorum nostrorum religione vera, moribusque sanctissimis cum religione congruentibus, vna tum nobis reliqua facta erat: sic spreta atque abiecta, & contemptui habita est; vt nullus maior fructus, a quibusdam in peccando, quam ipsa infamia peccati duceretur: ita aperte, ita manifeste, ita impudenter, & Deo omnipotenti indignissime illudebatur, & ex pauperum visceribus, extractae collectaeque pecuniae, in nefarios vsus effundebantur.* Id vt confirmet, praecipuarum Europae regionum exempla, & ipsius etiam Romae, ab hostibus direptae adducit; in qua quidem

cala-

calamitate, cum a nemine adiuta esset ecclesia, quanto despectui omnibus existat, facile inde perspici posse, colligit. Tandem in Paulli III. laudibus praedicandis, totus occupatur, easque variis illius factis, praecipue vero eo, quod Mantuae generale concilium habendum edixerit, declarat: quam ille actionem, vt illustriorem reddat; quam vehementer superiores pontifices, ab huiusmodi conciliis abhorruerint, ostendit iamque eorum nomina recenset, qui secum vt in capiendis de republica consiliis, prolapsisque sacerdotum moribus, ad meliorem cultum restituendis, vt Patribus adsisterent, euocati essent, Fridericus nempe Fregosius, Eugubii Episcopus, Petrus Caraffa, Thratis episcopus, Matthaeus Gibertus, veronensis antistes, Reginaldus Polus, Georgius Cortesius, mutinensis, e sacra societate Iustinianorum, Gasparus denique Contarenus, quem postremum huius emendationis studiosissimum esse, omnium testimonio declarat, eique, vt reliqui se socios adiungant, diligenter persuadere conatur; ipsum ad Pontificem absentem sese conuertit, eumque vt ea, quae incoeperit, ad finem perducere totis viribus velit, omnibus oratoriae artis praeceptis adhibitis, hortatur. Nos ea, quae ad finem iam inter alia hortandi argumenta, quasi aliud agens adtulit SADOLETVS, tacite praetermittere non possumus. Vbi enim atauorum suorum exemplo, qui cum Saracenis bellum gesserunt, Pontificem ad ea, quae statuta haberet, exsequenda excitat, eosdem adhuc hostes instare dicit, & haec subiungit: *sed crede mihi acriores hostes nullos, quam perditos mores nostros, & male adfectas voluntates habere, ii si erunt profligati & victi, cum facile cetera, tum etiam* Turcae *hostes*, Maurique *Deo iam nobis opitulante vincentur*. Habet nonnulla de hac *oratione* Antonius Florebellus, in *vita* IACOBI SADOLETI, qui cum a Paullo III. Romam arcessitus esset, vt emendandis Cleri moribus, operam suam, cum aliis, nauaret, plures ab eo scriptas fuisse *orationes* memoriae prodidit. An haec *oratio* differat, ab *Consilio de emendanda ecclesia* Paullo III. *iubenti, oblato, anno* 1538. de quo, Controuersia inter eminentissimum

simum QVIRINVM, & Cl. Schelhornium agitata fuit, ii viderint, quibus scripta eristica, vtrinque hac occasione euulgata inspicere licet. Ab illo certe *consilio* discrepat, cuius exemplum in Edmundi Richerii *Historia Conciliorum generalium* L. IIII. P. II. *Colon.* 1683. in 8. p. 136 sqq. tali titulo insignitum inuenitur: *Concilium delectorum Cardinalium, & aliorum Praelatorum, de emendanda ecclesia S. D. N. D.* Paullo III. *ipso iubente conscriptum, & exhibitum Anno M. D. XXXVIII.*

Vid. de IACOBO SADOLETO, praeter Antonium Florebellum, & Ludouicum Donium d'Attichy, quos iam nominauimus, Georgii Iosephi Eggs *Purpura docta, Francof.* 1714. in fol. L. IIII. p. 509. vbi Florebelli *vita* SADOLETI inserta legitur, Augustini Oldoini *Athenaeum* romanum, *Perus.* 1676. in 4. p. 364 sqq. Guil. Ribier *Lettres & Memoires d'Estat, Paris.* 1666. in fol. Tom. I. p. 107 sqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. IIII. P. I. p. 197. Io. Dauid. Koehlers *historische Münz-Belustigung* Tom. XI. p. 377 sqq. Philip. Bonamici *de claris pontificiarum epistolarum scriptoribus liber* p. 242 sqq.

Secunda *oratio*, a Iacobo Gorscio edita, ea ratione conscripta est, vt Petrus Gamratus κατ' ἀντίφρασιν a SAMVELE MACIEIOVIO laudari videatur. *Erat* autem Gamratus ille, quemadmodum auctor Anonymus *vitae* Petri Kmithae, quae cum Orichouii *Annalibus Dantisci* 1643. in 4. prodiit, p. 227. testatur, *patre plebeio ortus, nullis literis imbutus, corpore vasto ac procero, in sacerdotiis aucupandis fortunatus ac prodigus, ex* Italica *Cortisanorum disciplina, praua conscientia, impasturis, adulteriis, stupris famosus.* Plurima eiusmodi de artibus hominis idem ille auctor memoriae prodidit. Multa sunt, quae in laudem Gamrati dixit MACIEIOVIVS, quae annon in horum morum hominem cadere possint, atque adeo soleant, qualem paullo antea Gamratum Anonymi verbis descripsimus, discutere nihil adtinet, cum res per se ipsa loquatur. Grauissime postea hortatur Gamratum MACIEIOVIVS, vt aliorum, literarum scientia, rerumque vsu praestantium

Prae-

Praelatorum, in administrando episcopatu, vtatur consilio; qua ratione futurum fore illi adfirmat, vt Praedecessores suos, quos summa laude extulerat MACIEIOVIVS, Petrum Thomicium, Ioannemque Choienski, summos illos Praesules, exstinctos esse, scire magis, quam sentire, cuncti videantur. Auctores, qui SAMVELIS MACIEIOVII, siue vt Polonorum vernacula nominatur, MACIEIOWSKY, Episcopi cracouiensis, & Regni polonici Cancellarii, vitam exposuere, nominauimus in *Analectis literariis de libris rarioribus* p. 552.

LVIIII.

Venetae Historiae PETRI BEMBI, *Patritii Veneti & Cardinalis amplissimi*, a Rhetico bello ad Leonis X. Pontificatum quadraginta quatuor annorum res gestas complectentis. Libri XII. *Eiusdem* de Guido Vbaldo Feretrio, & Elisabetha Gonzagia, Vrbini Ducibus Liber vnus. Accesserunt nouissima hac editione, praeter singulorum Librorum Epitomen & tabulam locorum prisca & noua nomina explicantem, Corollaria siue Glossae breues, memoriae causa marginibus paginarum adscriptae. Cum Indice rerum memorabilium. *Argentorati sumptibus Lazari Zetzneri Bibliop. Anno M. DC. XI.* (1611) in 8. pp. 623. excepta praefatione, & indicibus.

Epistolarum PETRI BEMBI, *Cardinalis & Patricii Veneti*, Nomine Leonis X. Pontificis Maximi scriptarum, Libri XVI. Paulo III. Pontif. Maxim. dicati. *Eiusdem* Familiarium Epistolarum Latinae puritatis Studiosis ad imitandum vtilissimarum Libri VI. Quibus Accesserunt alia quaedam *eiusdem Authoris* opuscula lectu digna & iucunda, quorum Catalogum versa pagina indicabit. Cum Indice duplici, altero nominum

minum

minum eorum quibus epiſtolae ſunt miſſae: altero rerum notabilium. *Argentorati, ſumptibus Lazari Zetzneri Bibliopol. Anno M.DC.XI.* (1611) in 8. pp. 710. ſi omnia numeraueris.

PETRI BEMBI *Patritii Veneti, Cardinalis,* Omnia Quotquot Reliqua, praeter Venetam Hiſtoriam & Epiſtolas, extant opuſcula: Nempe, I. De Imitatione libellus. Cui epiſtola Io. Franciſci Pici eiusdem argumenti praemittitur. II. De Aetna Dialogus. III. De Culice Vergilii, & Terentii fabulis. IV. Carminum libellus. Cui annectuntur tres Eclogae, quaedam Epitaphia & Lachrymae in P. BEMBI *Cardinalis* funere, variorum authorum. *Argentorati, ſumptibus Lazari Zetzneri Bibliop. Anno M.DC.IX.* (M.DC.XI. 1611) in 8. a pag. 711—922. except. indice folior. 6.

Inter *Operum latinorum* PETRI BEMBI editiones, Apoſtolo Zeno, in *Elencho Operum* PETRI BEMBI, quem huius *hiſtoriae* venetae, in *Collectione Hiſtoricorum* venetorum, *Venet.* 1718. in 4. praemiſit, p. XXIIII. etiam retulerat editionem *argentoratenſem*, anni 1611. in 8. Eiusmodi autem exſtare editionem, quae *opuſcula latina omnia* compleCteretur, ſibi perſuadere non poterat Dauid Clement Vir Cl. in *Bibliotheque curieuſe, hiſtorique & critique des livres qui ſont difficiles à trouver* Tom. III. p. 116. vbi haec illius leguntur verba: Apoſtolo Zeno *cite encore trois editions des Oeuvres Latines de* P. BEMBE, *dans ſon* Elenchus Operum PETRI BEMBI p. XXIIII. *qui ont vû, ſelon lui, le jour à* Strasbourg, *en* 1602. 1611. *&* 1652. *in 8vo.* Hendreich *y en ajoute une edition de* Strasbourg, *imprimée en 1609. in 8vo. J'ai de la peine à croire que toutes ces Editions ſoient veritables, & comprennent les Oeuvres* Latines, *telles qu'elles ſe trouvent dans les deux Editions* (Baſil. 1556. & 1567. in 8.) *que j'ai déja indiquées. Je ſai du moins que l'Edition de* Strasbourg *de l'an 1611.*

in 8.

in 8. dont j'ai donné le Titre entier, N. 88. (p. 112) *ne contient que l'Histoire de* Venise, *& la Vie de* Guido Vbaldo: *& ne fait aucune mention des autres Oeuvres Latines du dit Auteur.* Sed omnia alia nos docuit, quam ipsi possidemus editio. E titulis enim, quos adscripsimus, adparet quod Cl. Dauid Clement partem tantum modo collectionis primam conspexerit. In titulo tertiae partis, error se prodit typographicus, vbi loco anni M.DC.XI. annum M.DC.IX. positum inuenimus, id quod sine dubio Christophorum Hendreichium commovit, vt *Opera latina* BEMBI, *Argentorati*, anno 1609, etiam edita esse scriberet, in *Pandectis* brandeburgicis p. 501. Sed forte etiam eiusdem anni exstat editio *argentoratensis.* Opera autem PETRI BEMBI, quae in qualibet collectionis parte, reperiuntur, ex adlatis titulis, satis superque cognosci poterunt. Prima editio *Operum* P. BEMBI *latinorum*, euulgata fuit *Basileae* 1556. in 8. de cuius insigni raritate vid. Cl. Dauid Clement *Bibliotheque* l. cit. p. 115. De aliis & recentioribus editionibus vid. Apostolo Zeno, & Cl. Dauid Clement ll. citt. Niceron *Memoires* Tom. XI. p. 377. Jean le Clerc *Bibliotheque choisie Amsterd.* 1718. Tom. I. p. 314 sqq. Collectionis *omnium*, & hetruscorum, & latinorum P. BEMBI *Operum* quatuor Tomi, his prodierunt titulis insigniti: *Opere del Cardinale* PIETRO BEMBO *ora per la prima volta tutte in un corpo unite. Tomo primo contenente la Storia* Veneziana *Latina e volgare. Giuntovi la vita dell' Autore e indici copiosissimi, in Venezia, presso Francesco Herzhauser* 1729. in Fol.

Opere del Cardinale PIETRO BEMBO *ora per la prima volta tutte in un corpo unite. Tomo secondo, contenente le prose, gli Asolani e le Rime, con varie scritture ed illustrazioni di altri Autori. In Venezia presso Francesco Hertzhauser* 1730. in fol.

Opere del Cardinale PIETRO BEMBO, *ora per la prima volta tutte in un Corpo unite, Tomo terzo, contenente le lettere volgari: giuntovi Indici copiosi e brevi annotazioni. In Venezia presso Francesco Hertzhauser* 1730. in fol.



Opere del Cardinale PIETRO BEMBO, *ora per la prima volta tutte in un corpo unite, Tomo quarto, contenente l'Opere latine di questo Cardinale, in Venezia presso Francesco Hertzhauser* 1731. in fol. Conf. *Noua Acta eruditorum* lipsiens. Supplem. Tom. III. p. 433. sqq. Cl. David Clement *Bibliotheque* l. cit. p. 116 sqq. vbi etiam editionis mentio facta fuit, quam Lorenzo Giacchi, Bibliopola romanus, IIX. Tom. in 8. se emissurum receperat, cuius tamen promissis euentus minime respondisse videtur.

PETRVS BEMBVS, e nobili Venetorum gente oriundus, lucem adspexit Venetiis, anno 1470. patre Bernardo Bembo, viro summae dignitatis, cui PETRVS iuuenis, in variis legationibus, quas reipublicae caussa obierat, comes adfuit. In lingua latina addiscenda, praeceptore vsus fuerat Ioanne Alexandro Vrticio, graecas autem literas didicit in schola Constantini Lascaris, quam is Messanae, in Sicilia, aperuerat. Cum Iacobo Sadoleto, amico, sub Iulio II. & Leone X. Pontificibus romanis, Secretarii apostolici munus obiit, & negotia, in diuersis Italiae regionibus, sibi demandata, curauit, multasque eorum nomine, quae hodierno leguntur die, epistolas scripsit. Mortuo Leone X. e curia romana abiit, vitamque priuatam, vitae aulicae, cuius admodum erat pertaesus, praetulit, & in vrbe patauina, multos annos, in Musarum consortio transegit. Cum Andreas Nauagierus, reipublicae venetae Historicus, & apud Galliae Regem legatus, anno 1529. in Gallia e vita discessisset, a republica patria, scribendae historiae partes ei impositae fuerunt. Tandem a Pontifice Paullo III. praeter spem omnem, multisque obnitentibus aduersariis in R. E. Cardinalium Collegium receptus, & primum anno 1541. Episcopus eugubinus, deinde anno 1544 episcopus bergomensis creatus fuit. Diem obiit supremum, vt Ludouicus Beccatelli, Archiepiscopus ragusinus, in *vita* eius adnotauit d. XX. Ianuar. an. 1547. aetatis anno LXVI. mense IIX. quamuis aliud tempus, in epitaphio, quod filius Torquatus

tus Bembus, quem e Morosina amica progenuerat, in templo veneto S. Mariae supra Mineruam ei ponendum curauit, aliud vero in statua, quae illi honoris caussa, Ticini exstructa fuit, designetur. Funus *orationibus* panegyricis hetruscis prosequuti fuerunt Benedictus Varchi, & Speronus Speroni. Illius legitur *oratio*, in *diverse orazioni scritte da molti huomini illustri*, *raccolta per* Francesco Sansouino *Venez.* 1569. in 4. fol. 49. sqq. Huius autem exstat *panegyricus* in *Orazioni di Speron* Speroni *Venez.* 1596. in 4. p. 141. sqq. Data, quod aiunt opera, *vitam* P. BEMBI literis consignarunt Ioannes della Casa, de cuius *vita* P. BEMBI, mox pluribus verbis dicemus; Franciscus Sansouinus, cuius *Vita di* PIETRO BEMBO, literis BEMBI hetruscis praemittitur, & quidem editioni *veronensi* 1743. in 8. Ludouicus Beccatelli, cuius *vita di* P. BEMBO, *Cardinale*, Animaduersionibus Apostoli Zeni illustrata, in fronte legitur *bistoriae* venetae, quae in *collectione bistoricorum* venetorum *Venet.* 1718. exstat, p. XXXII. sqq. Niceron in *Memoires* Tom. XI. p. 358 sqq. & Tom. XX. p. 32. Legitur etiam P. BEMBI *vita*, in *de Levensbeschryving van beroemde en geleerde Mannen* P. VI. p. 289 sqq. Conf. Ioannis Imperialis *Museum bistoricum*, p. 19. sqq. edit. *Hamburg.* 1711. in 8. Paul. Freheri *Theatrum virorum eruditione clarorum* p. 30. Augustini Oldoini *Athenaeum* romanum p. 535. Girol. Ghilini *Teatro d'huomini letterati* Tom. I. p. 192. P. Baile *Dictionaire bistorique & critique* Tom. I. p. 509 sqq. Adr. Baillet *Iugemens des Savans* Tom. II. P. III. p. 256 sqq. Tom. IIII. P. I. p. 198 sqq. Nicol. Comneni Papadopoli *Historia gymnasii* patauini Tom. II. p. 50. Iacobi Facciolati *epistola de* PETRO BEMBO, in *Miscellanee di varie Operette Venez.* 1741. in 12. Tom. V. p. 19 sqq. & in Iacobi Facciolati *Orationibus Venet.* 1744. in 8. p. 408 sqq. Giovambattista Parisotti *Apologia del Cardinale* PIETRO BEMBO *dalle false accuse, che si leggono nel Trattato degli Studii delle Donne*, in *Raccolta d'Opuscoli scientifici e filologici* Tom. XXVIIII. *Venez.* 1743. in

12. p. 1 sqq. *Bibliotheca* hamburgensis *historica* Centur. I. *Lips.* 1715. in 12. p. 251 sqq. Io. Dauid Koehlers *historische Münzbelustigung* P. III. *Nürnberg.* 1731. in 4. p. 233 sqq. & p. 417. Io. Bened. Scheibens *Fortsetzung der freimüthigen Gedanken, aus der Historie, Critik, und Literatur* 1741. in 8. p. 50 sqq. Philippi Bonamici *de claris pontificiarum Epistolarum scriptoribus ad* Benedictum *XIIII. Pont. Max. Liber Romae* 1753. in 8. p. 219 sqq. Cl. David Clement *Bibliotheque curieuse historique & critique des Livres qui sont difficiles à trouver* Tom. III. p. 105 sqq.

LX.

ANTONII MARIAE GRATIANI *a Burgo S. Sepulchri Episcopi Amerini* de Vita Ioannis Francisci Commendoni Cardinalis Libri Quatuor. Accessere Vitae Petri Bembi, & Gasparis Contareni Cardinalium. *Auctore* IOANNE CASA. *Patauii, M. DC. LXXXV* (*1685*) *Typis Petri Mariae Frambotti, Superiorum permissu.* in 12. pp. 633. exceptis praemissis & Indice Notabilium in vita Io Francisci Commendoni Cardinalis pp. 43.

Haec *vitarum* collectiuncula, cum ob rerum grauissimarum, quas complectitur dignitatem, tum ob raritatem, ab eiusmodi rerum existimatoribus, in pretio habetur. Curauit illam Petrus Maria Frambottus, Bibliopola patauinus, qui *epistolam* dedicatoriam ad Antonium Paulluccium, romanae Rotae auditorem, & *praefationem, ad lectorem,* praemisit, in qua in primis insigni exemplarium, vt vocantur, originalium raritate, se permotum fuisse scribit, vt animum ad hasce vitas typis denuo vulgandas adiiceret.

ANTONII MARIAE GRATIANI, siue DE GRATIANIS, biturigiensis, *vita* Ioannis Francisci R. E. tit. S. Mariae ad thermas, Cardinalis Commendoni, quae primum in collectione occupat locum, *Parisiis* 1669. in

in 4. ab Episcopo nemausiensi Esprit Flechier edita, & interiectis aliquot annis, nimirum anno 1671. in gallicam linguam conuersa, & titulo: *la vie du Cardinal* Commendon *traduite du latin* l'ANTOINE MARIE GRATIANI, *Paris* in 4. euulgata, & postea aliquoties typis repetita fuit. Et digna sane haec fuerat *vita*, eiusmodi studio, quod illi impensum fuit, quippe quæ res grauissimas, quae per omnem fere Europam, tunc temporis, quo Cardinalis Commendonus viuebat, acciderunt, quibusque ipse Cardinalis interfuit, exponit. Concilii enim tridentini conuocandi caussa, bis missus fuerat, ad Ferdinandum Romanorum, Imperatorem, a Pio IIII. Pontifice romano, & iterum a patribus curiæ romanæ purpuratis, qui illi conuentui intererant. Cum in Polonia, variae orirentur turbæ, vnde magnum periculum imminebat, in eam etiam regionem profectus est, semel atque iterum Pii IIII. iussu, vt nuncii apostolici ordinarii prouinciam administraret, deinde missus a Pio V. legatus ad Regem Augustum, vt, vxori Catharinæ, Nuncium remittere cogitantem, de sententia dimoueret, & ad bellum Turcis inferendum cohortaretur: vbi etiam, cum Augustus diem obiisset supremum, omnem mouit lapidem, vt in eius locum sufficeretur aliquis, qui religioni catholicae romanæ in primis faueret, vbi auctoritate, & eloquentia sua, eo rem perduxit, vt Henricus, Gallorum regis frater, Rex Poloniae eligeretur. Cum rebus, in Polonia, ex animi sententia, peractis, Romam rediisset, quater intra paucos annos, ad Maximilianum Caesarem, in Germaniam, legatus est missus, vt Pontificis Romani caussam ageret, in religionis negotio, comitiis Augustæ Vindelicorum habendis interesset, & christianos Principes, ad foedus, aduersus Turcas ineundum commoueret. In omnibus hisce negotiis tractandis, Commendono comes adfuit vitae, quam recensemus, Auctor ANTONIVS MARIA GRATIANVS, quem in consilium semper adhibuit. Posteaquam autem Cardinalis Commendonus, Pataui anno 1584. e vita discesserat, GRATIANVS Sixto V. Pontifici, ab episto-

lis fuit. Illo mortuo, eodem munere functus est, apud Alexandrum Cardinalem Montaltum. A Clemente postea IIX. episcopatui ameriensi praefectus, & nuncius, ad omnes primum christianos principes, foederis contra Turcas faciendi caussa, deinde ad rempublicam venetam missus fuit. Tandem obiit Ameriae, anno 1611. aetatis anno LXXVII. postea quam varia in lucem ediderat scripta. Elogium eius scripsit Ianus Nicius Erythraeus, in *Pinacotheca imaginum illustrium* II. num. LXII. p. 186 sqq. edit. *lipsiens.* 1692. in 8. quod elogium etiam, *vitae* Commendoni, in nostra editione, praemissum fuit. Multa etiam ipse GRATIANVS, de se, & gente sua, retulit, in opere, cui titulum fecit: *de Scriptis inuita* Mineruа *libri* XX. Nam cum Aloysii fratris precibus adductus, hosce conscriberet libros, se de rebus suis, non sua, sed aliena voluntate, & inuite scripsisse, eiusmodi titulo indicare voluit. Edidit hoc opus Hieronymus Lagomarsinus, *Florentiae, ex typographia ad insigne Apollinis* 1745. & 1746. II. Tom. in 4. Cuius *praefatio*, multa quoque lectu digna, de ANTONIO MARIA GRATIANO complectitur. Conf. Philippi Bonamici *de claris pontificiarum epistolarum scriptoribus* lib. p. 261 sqq. Petri Bembi *vita*, a IOANNE DELLA CASA Archiepiscopo beneuentano composita primum, quod nos quidem sciamus, cum reliquis IOANNIS DELLA CASA *operibus latinis*, quae ab Annibale Rucellai, in ordinem redacta acceperat, edidit Petrus Victorius, *Florentiae apud Iuntas* 1567. in 4. Cum ista vero IOANNIS DELLA CASA, *monumenta latina*, inuentu essent difficillima, recudenda illa curauit, *cum praefatione* sua Nicol. Hieronym. Gundlingius *Halae Magdeburgic.* 1709. in 4. Inseruit praeter ea *vitam* Bembi, Guil. Batesius, *vitis selectorum aliquot virorum, qui doctrina, dignitate, aut pietate inclaruere Londini* 1681. in 4. p. 140 sqq. Cum recentioribus temporibus *Opera* IOANNIS DELLA CASA *omnia*, titulo: *Opere di Mons.* GIOVANNI DELLA CASA *con una copiosa giunta di Scritture non piu stampate*, cura

cura Abbatis Ioannis Baptiſtae Caſotti, *Florentiae* 1707. III. Tomis in 4. in lucem ederentur, Bembi *vita* in Tomum III. num. 111. relata fuit. Cum autem illa *vita*, vt Niceroni verbis in *Memoires* Tom. XII. p. 125. vtamur, ſcripta eſſet, *avec beaucoup d'elegance, mais d'un ſtile trop diffus & ſans exactitude*, notis illam illuſtrauit, & *Catalogo Operum* Petri Bembi, variis obſeruationibus ornato, auxit Apoſtolus Zenus, & *Collectioni hiſtoricorum* venetorum, *qui publica auctoritate ſcripſerunt*, praemiſit Tom. II. *Venetiis* 1718. in 4.

Gaſparis Contareni, R. E. Cardinalis *vita*, quae vltimo loco in noſtra collectione repoſita fuit, non ſolum a Petro Victorio, Nicol. Hieron. Gundlingio, Abbate Ioanne Baptiſta Caſotti, *Monumentis & Operibus* IOANNIS DELLA CASA *latinis*, & a Guil. Bateſio *vitis ſelectorum aliquot virorum, qui doctrina, dignitate, aut pietate inclaruerunt*, p. 154 ſqq. inſerta, ſed *Operibus* etiam Gaſpar. Contareni, in vnum volumen collectis, & *Paris.* an. 1571. in fol. editis praemiſſa fuit. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXII. p. 342. vbi ait: *Cette vie eſt extrémement diffuſe, mais les dates y manquent.* Adcuratior & melior eo nomine cenſetur, *vita* Gaſparis Contareni, quam lingua hetruſca conſcripſit Ludouicus Beccatelli, Archiepiſcopus raguſinus. Recentioribus temporibus cum republica literaria illam communicauit eminentiſſimus Princeps ANGELVS MARIA, Rom. Eccl. Cardinalis Bibliothecarius QVIRINVS tali titulo: *Vita del Cardinale* Gaſparo Contarini *ſcritta da Monſig.* Lodouico Beccatello, *con alcune aggiunte ſpettanti alla medeſima, indirizzata con Prefazione all' Illmo. e Rmo Monſig.* Giuſeppe di Thun, *Veſcovo* di Gurck &c. *Breſcia per Gian Maria Rizzardi* 1746. in 4. Id nobis innotuit ex Ioannis Mariae Rizzardi, typographi brixienſis *Catalogo delle Opere dell' Eminentiſſ. e Reverendiſſ. Signore Cardinale* QVERINI, in 8. p. 19.

LXI.

LXI.

*Catalogo di tutti li scrittori Piemontesi & altri de i Stati dell' Altezza Sereniss. di Savoia. Raccolto da FRANCESCO AGOSTINO DELLA CHIESA *di Saluzzo, Professor di leggi.* All' Illustriss. & Reveren. Monsignor Alessandro Scaglia Abbate &c. *In Torino, Appresso Cesare, e Gio. Francesco FF. de Cavaleri 1614. Con Licenza de' Superiori in 4.* pp. 140.

Verisimile est hoc opusculum FRANCISCI AVGVSTINI AB ECCLESIA referre primitias, qui natus est teste Ferdinando Vghello Italiae *sacrae* Tom. I. col. 1232. anno 1593. Eo Andreas Rossotti, in adornando suo *Syllabo Scriptorum* Pedemontii, *Monteregali* 1667. in 4. edito, vsus est, ita tamen vt FRANCISCVM AVGVSTINVM, longo post se interuallo relinquat. Libri raritatem forte ex eo coniicias, quod in *Bibliotheca* menckeniana, in qua mira librorum rariorum, ad historiam literariam pertinentium inuenitur copia, & ipsius etiam FRANCISCI AVGVSTINI AB ECCLESIA, rariora quaedam exstant, ille neutiquam habeatur. Nicol. Franc. Haym, qui in *Notizia de' libri rari, nella lingua* italiana p. 55. ANTONII AVGVSTINI AB ECCLESIA, & aliorum Auctorum, libros de Sabaudia & Pedemontio adfert, alto istum silentio praetermittit. Ex *indice Bibliothecae Cardinalis* Barberini Tom. I. p. 265. intelligimus, hunc Catalogum, secundum *Taurini* 1635. prodiisse. Dignus est locus, qui de hoc opere exstat, in opusculo sane quam raro *la Bibliotheca* Aprosiana *di* Cornelio Aspasio Antivigilmi, *Bologna* 1673. in 12. p. 12. vt latine conuersus adscribatur: *In quo* (catalogo Scriptorum Pedemontii) *cum multa mihi deesse viderentur, de noua eius editione cogitabam, vt traderem notitiam quorumdam scriptorum qui deessent. Postea liber ille per* Bernardinum a Colonna *anno 1660. excusus est, plus quam tertia parte auctior, videmus tamen, eam editionem in paucis, a priore illa differre.*

LXII.

LXII.

*S. R. E. Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Abbatum Pedemontanae regionis chronologica Historia. *Auctore D.* FRANCISCO AVGVSTINO AB ECCLESIA, *Ex Comitibus Cervignaschi, Ciue & Episcopo Salutiensi, Historico & Consiliario Regiae Celsitudinis Sab. Regis Cypri:* Cui Accedunt Catalogi Archiepiscoporum Tarentasiensium, ac Episcoporum Augustensium, Sedunensium, Maurianensium, Gebennensium, Bellicensium, Lausaniensium, ac generalium Ordinum, qui ex Pedemontio prodierunt. *Augustae Taurinorum, MDCXXXXV.* (1645) *Typis H. H. Ioannis Dominici Tarini. Superiorum permissu.* in 4. form. mai. cum Additionibus, typographicorumque mendorum emendationibus.

Librum hunc magni aestimari scribit Lenglet du Fresnoy in *Methode pour etudier l'Histoire* Tom. III. *Paris* 1735. p. 315. Mentio illius facta est in *Indice Bibliothecae Cardinalis* Barberini Tom. I. p. 265. In *Catalogo Biblioth.* Iosephi Renati *Card.* Imperialis *Romae* 1711. in fol. Tom. I. p. 164. in Thom. Hyde *Catalogo Biblioth.* bodleianae p. 223. in *Catalogo librorum* Ioan. Gualt. *Cardinalis* Slusii *Romae* 1690. in 4. P. IIII. p. 500. & denique in *Bibliotheca* menckeniana p. 585. Libri raritatem nemo quidem eorum, qui de libris rarioribus scripsere, testatus est; attamen eo esse referendum nobis persuadet Illustrissimi Comitis ZALVSCII, Regni Poloniae maioris Referendarii, nota, quam exemplari suo adscripsit, vnde intelligimus, tres annos librum hunc frustra Romae quaesitum, Parisiis tandem ab illo, magno pretio, emtum fuisse. De vita FRANCISCI AVGVSTINI DELLA CHIESA, siue AB ECCLESIA, multa adtulit Ferdinandus Vghellus Italiae *sacrae* Tom. I. col. 1232. & sqq. qui



etiam ſalutienſis Epiſcopatus, Epiſcoporumque notitiam, operi ſuo inſertam FRANCISCO AVGVSTINO AB ECCLESIA ſe debere l. cit. profeſſus eſt, quam deinde ipſe FRANCISCVS AVGVSTINVS, in opere illo, quod recenſemus, auctiorem emendatioremque protulit, eaque occaſione, & vitae ſuae hiſtoriam expoſuit, & ſcriptorum ſuorum ineditorum Catalogum conſignauit. Adcuratus Operum eius omnium index exſtat in Andreae Roſſotti *Syllabo Scriptorum* Pedemontii p. 199 ſqq. Iulius Ambroſius Lucentius, qui Italiam *ſacram* Ferdinandi Vghelli, *reſtrictam*, *auctam*, *veritati magis adcommodatam*, *Romae* 1704. in fol. edidit, col. 1492. FRANCISCVM AVGVSTINVM AB ECCLESIA, diem obiiſſe ſupremum 1663. ſcribit. Ceterum opus illud, quemadmodum propter plurima diplomata, quae integra exhibet, eccleſiaſticam pedemontanae Prouinciae hiſtoriam, praeſertim illuſtrare videtur; ita propter traditam, Epiſcoporum, Abbatumque notitiam, literarum etiam hiſtoriam augere poſſe cenſemus. In hoc enim Antiſtitum, Praelatorumque numero, eos literarum laude, medio aeuo, florentes inuenias, quorum nec apud πολυμαθέστατον Ioan. Albert. Fabricium in *Bibliotheca latina med. & infim. aetatis*, nec in Chriſtiani Schoettgenii, eius Continuatore, mentio occurrit. Exempli gratia vnum, vt breuitatis rationem habeamus, Claudium a Seyſello nominabimus, qui Seculi XVI. initio, Archiepiſcopatui taurinenſi praefuit, magnamque iuridicis hiſtoricisque ſuis operibus, doctrinae famam conſequutus eſt. Peſſime vero egregium opus, typographorum incuria adfectum eſt, qua accidit, vt vix verſum offendas, a ſphalmate liberum, cui tamen malo mederi videtur, vberrimus mendorum index, ad finem libri reiectus.



LXIII.

LXIII.

IOAN. SLEIDANI, de ſtatu Religionis & Reipublicae, Carolo Quinto, Caeſare, Commentarii Cum indice luculentiſſimo. *M. D. L. V.* (1555) in fol. folior. 469. exceptis foliis 4. prioribus.

Deſcripſit Ioannes Vogtius vir Cl. in *Catalogo libror. rarior. hiſtorico-critico, Hamburgi* 1747. in 8. p. 630 ſqq. editionem *Commentariorum* IOANNIS SLEIDANI primam, illamque admodum eſſe raram, multis virorum doctorum, prolatis in medium, teſtimoniis confirmat. Sin autem verba typographi a Cl. Vogtio, adcurate excerpta fuerint, diuerſa illius quam deſcripſit editio, eſt ab illa, quam manibus verſare licet, quamuis vtraque anno 1555. in fol. excuſa fuerit, id quod a nemine, quod nos quidem ſciamus, adhuc obſeruatum fuit. In noſtrae enim editionis fine, literis admodum luculentis exſcriptae, haec leguntur verba: *Argentorati Per Haeredes Vuendelini Rihelii Anno M. D. L. V.* Cl. Vogtius autem in fine ſuae editionis, haec verba: *Argentorati excudebat Wendelinus Rihelius Anno M. D. L. V.* conſpicua eſſe adnotauit. In ſecunda tituli pagina, haec auctoris ad Typographos legitur epiſtola.

Author Typographis S.

Librario ſum vſus, ad hoc meum inſtitutum Wendelino Rihelio, *cui certe iuuentus non parum debet, ipſius adiuta fideli miniſterio & opera. Et licet diſpendium ille ſe poſſe magnum ſubire videret, in hac multorum cupiditate, qui rem quoquo modo facere ſtudent, & quaeſtum vndecunque captant, tamen, vt hac quoque parte, publice prodeſſet, periculum fecit, & procudendum volumen ſuſcepit. Quare vos omnes obſecro, maiorem in modum, vt liberaliter agatis atque candide: neque tam, quid vtile ſit vobis, quam quid honeſtum, conſideretis. Nam ex vobis omnibus nemo eſt, qui non ſit laturus grauiter atque moleſte, ſi quod ipſe, dubio & incerto euentu, maximoque ſumptu primus excudiſſet*



opus, & quidem recens nec ante visum, id alius quispiam, e vestigio, tanquam e manibus ei praeripiat, & debitum emolumentum interuertat. Magis autem hortor atque moneo, ne, quamdiu lucis mihi dabit vsuram Deus, istud fiat; ne dum aliena cum iniuria quis commoda sua quaerit, inopinato forte damno afficiatur. Nam qui primus hoc in se munus recepit, eius ego, cum dabitur occasio, prae ceteris omnibus rationem sum habiturus in posterum.

In recentioribus editionibus, haec *epistola* omissa, & cum SLEIDANVS, spe sua se deceptum, nonnullasque editiones, ab aliis typographis, lucri cupidis, se inuito, euulgatas conspiceret, alia ad lectorem, substituta fuit epistola, quae talis est:

Author Lectori S. D.

Quo primum tempore commentarii nostri prodibant, typographos orabam, vt Rihelii, *qui sumtum fecisset in excudendo, rationem haberent, nec auare quicquam facerent aut illiberaliter, quoniam id sibi fieri nollent: sed surdo me fabulam narrasse video. Nam praeter voluntatem meam sermone populari, quidam & verti curauit opus, & excudit, nomine suo dissimulato, cuiusmodi autem sit illa versio, tam satis opinor notum esse, deinde nunc etiam latinum eripuit idem* Rihelio, *quantum in ipso fuit, aliisque typis procudit & emolumentum ad se deriuare studet, meisque fruitur laboribus, & veluti fucus alienis insidiatur aluearii ac mellificio, neque contentus, quod editione* germanica *mihi fecit iniuriam, ecce iam nouam addit, & sicut prouerbio dicitur, falcem immittit in segetem alterius, & vtile proponit honesto, Christianae videlicet professionis homo, cum id apud omnium aetatum viros bonos, qui solam naturam sequebantur ducem, in vituperio semper fuerit. Itaque spero futurum, vt de hoc illius facto, plaerique sentiant, quod oportet. Emtores autem amanter oro, ne sordidum hoc, & auarum institutum, ei fructuosum esse velint, sed meum ac genuinum sciant illud Exemplar esse, quod* Rihelius *exponit. Nimis enim confidenter agit ille, ne dicam temerarie, quod me viuo sibi tantum vsur-*

vſurpat, non cogitans interim, quam ſit mihi facile, ſpem eius omnem atque rationes perturbare. Conſimilis eſt etiam eorum audacia, qui ſine meo conſilio, quandam operis epitomen colligunt & edunt, homines quos minime quis credat eſſe tales, vt alteris fucum iniuria ſuis ipſi commodis velint & cupiditati ſeruire Vale.

Legimus iſtam *epiſtolam*, in editione, quae II. Partibus anno 1556. *per Ribelios fratres* in 8. excuſa fuit, nec non in editione, ad illam exſcripta *per Ribelios fratres* 1557. in 8. Recenſet nonnullas editiones, quae inſcio, & inuito SLEIDANO, atque Rihelio anno 1556. & 1557. expreſſae fuere ad Archetypon, Cl. Vogtius l. cit. Quod ad teutonicas verſiones adtinet, inconſulto auctore, vt in epiſtola adlata queritur, euulgatas, duplicem anno 1556. in lucem protruſam fuiſſe, colligimus ex Iſraelis Achatii, Paſtoris pforzhemenſis *praefatione*, quam verſioni ſuae teutonicae, anno 1557. in fol. editae praemiſit, vbi inter alia, haec leguntur: *Auch wie unfreundlich es vor zweymahl vertentſcht, indem man etwa die Meynung, und Verſtand des Autoris nicht erlangt, etwan ausgelaſſen, etwan die Affectus zuviel hat laſsen Meiſter ſeyn &c.* Qui iſtarum verſionum fuerint auctores, ignoramus, cum neutra earum, huc vſque conſpectum noſtrum ſubiit. Sine dubio in cenſum earum venit verſio Henrici Pantaleonis, quam *Baſileae* anno 1556. euulgauit. *Epitome* autem *librorum XXV.* latina, a quo, neſcimus, compoſita, quae vt ex Epiſtola adparet, SLEIDANO admodum diſplicuit, *apud Ioannem Criſpinum, & Nicolaum Barbirium 1556.* in 8. prodiit. vid. *Bibliotheca* hamburgenſis *hiſtorica* Centur. X. *Lipſ.* 1729 in 12. p. 79. vbi de IOANNE SLEIDANO, variis *commentariorum de ſtatu religionis & reipublicae* editionibus, & verſionibus, multa lectu digna, prolata fuerunt. In noſtra editione, vt in aliis quae anno 1555. & 1556. ad primam editionem, niſi forte noſtra, omnium prima eſt, expreſſae fuerunt, XXV. tantummodo libri occurrunt, quibus fol. 462. b. finis imponitur. Iſtam autem editionem, ad eas omnino pertinere, quae in-



corruptae ſunt, verba docent libri XIII. quae notam quaſi characteriſticam, editionum incorruptarum conſtituunt, vbi SLEIDANVS de Ioanne Tezelio fol. 209. b. ait: *is inter alia docebat, ſe tantam habere poteſtatem a Pontifice, vt etiam ſi quis virginem matrem vitiaſſet, ac grauidam feciſſet, condonare ipſe crimen poſſet, interuentu pecuniae.* In aliis enim & recentioribus editionibus, verbis *virginem matrem*, particula *aut* inſerta, & locus hac ratione: *ſi quis virginem* aut *matrem vitiaſſet*, expreſſus fuit. Conf. quae de hoc loco diſputantur, in der *hiſtoriſchen Vnterſuchung, ob die bekannte Laeſterung wieder die heilige Mutter Gottes, dem paebſtlichen Ablasz-Craemer*, Iohann Tetzeln, *mit Grund der Wahrheit koenne zugeſchrieben werden? durch* Hugo Wismeidern *I. V. D. mit Approbation der theologiſchen Facultaet zu* Iena, vbi plures deſcribuntur editiones, & verſiones, quae haecce verba referunt, & teſtimonio multorum Scriptorum, fide digniſſimorum comprobatur, Tezelium, oris impudentiſſimi hominem, haec nefanda, & impia verba, omnino pronunciaſſe. Legitur iſta diſquiſitio in Erneſti Salomon. Cypriani *Hilariis euangelicis, Gotha* 1719. in fol. p. 963 ſqq. Plures iſtius rei teſtes nominat Godofredus Hechtius in *vita* Ioannis Tezelii *quaeſtoris ſacri, Vitemberg.* 1717. in 8. Cap. I. § XVI. p. 53. not. K. qui etiam Cap. II. § XV. p. 101. not. c. *epiſtolam* Ioannis Tezelii producit ad Miltitium, qua ſe ab hac, aliisque criminationibus purgare ſtudet.

LXIIII.

IOANNIS SLEIDANI, de Statu religionis & reipublicae, Carolo Quinto Caeſare Commentarii. Cum indice locupletiſſimo. *Baſileae M. D. L VI.* (1556) in fol. pp. 342. exceptis praemiſſis, & indice, & erratorum indiculo folior. 11.

Et

Et illa editio XXV. tantum modo libros complectitur, & ſine dubio ipſa illa eſt, quam IOAN. SLEIDANVS, in epiſtola ſupra adlata, ſe inſcio, in lucem exiiſſe conqueritur. Clar. Vogtius in Catalogo librorum rar. illius mentionem fecit p. 632. ſe autem neſcire ait, cuius typographi ſint inſignia, tres leones, qui in titulo conſpiciuntur cum clepſydra. Iſta vero inſignia, quae in multis aliis libris, medio ſeculi XVI. tempore excuſis, inueniuntur, aperte demonſtrant, librum *ex officina brylingeriana baſileenſi* prodiiſſe. Literis ille currentibus, vt vulgo dicuntur, ſiue italicis, ea ratione impreſſus eſt, vt quaelibet pagina, duas, vt vocant, *columnas* conſtituat. IOANNIS SLEIDANI *ad typographos, epiſtolion* omiſſum fuit. Ceterum ad incorruptas editiones, etiam hanc pertinere, verba de Ioanne Tezelio, ſuprá memorata, quae in hac editione p. 155. exſtant, ſatis ſuperque demonſtrant. *Index* libro adiectus, ab illo, qui editioni ſupra deſcriptae adpoſitus fuit, maximopere differt.

LXV.

IOANNIS SLEIDANI Commentariorum de Statu Religionis & Reipublicae, Carolo Quinto Caeſare, Libri XXVI. Vna cum Apologia, ab ipſo Authore conſcripta, & Indice locupletisſimo. *Cum gratia & priuilegio Caeſareae Maieſtatis. Argentorati Excudebat Theodoſius Rihelius.* in 8. form. mai. pp. 872. exceptis praemisſis, & indice folior. 18.

Cum IOANNES SLEIDANVS conſpiceret, quod ſui *Commentarii de ſtatu religionis & reipublicae, ſub* Carolo V. quos ſoli Wendelino Rihelio deſtinauerat, eiusque heredibus, vbique recuderentur, damnum quod illis hac ratione inlatum fuerat, aliqua ex parte reſarcire ſtuduit, nouamque anno 1556. in folio, & in 8. form. maior. exire iuſſit, *ex officina ribeliana* editionem, *libro XXVI.* & *Apologia* auctam, aduerſus illos, qui parum ingenue, de iſtis *commentariis* loquuti fue-

rant, eiusque longis maxime laboribus, malam retulerant gratiam. Ad illas editiones, insequuturis temporibus, innumerabiles aliae exscriptae fuerunt, e quarum numero etiam ea est, cuius titulum protulimus. Verba de Ioanne Tezelio integra, neque immutata leguntur p. 376. In fine illius p. 872. de morte IOAN. SLEIDANI haec adnotata legimus: *Octobris die vltimo 1556.* IOANNES SLEIDANVS *I. V. L. vir & propter eximias animi dotes, & singularem doctrinam, omni laude dignus,* Argentorati *e vita decedit, atque ibidem honorifice sepelitur.* Ceterum huic editioni, vt omnibus, quas euoluimus, aliis, IOANNIS SLEIDANI *ad* Augustum *Electorem epistola* dedicatoria praemittitur, scripta X. Cal. April. 1555. illique *index rerum memorabilium* adiicitur. Quo tempore euulgata fuerit, non constat, cum illius rei, nec vola, nec vestigium adpareat. Exstat & alia editio, sine anni indicio, *cum gratia & priuilegio Elect.* Pal. *Vicar. Imp. ad annos decem, Argentorati, a Theodosio Ribelio,* in 8. excusa, quae ad deprauatarum editionum classem referri debet. Fecit eius mentionem Hugo Wismeider, apud Cyprianum l. cit. p. 973. hisce verbis: *Bey dieser Gelegenheit musz noch einer andern corrupten Edition des* SLEIDANI *in 8. gedencken, dabey zwar keine Iahrzahl, weder auf dem Titul-Blat, noch zu Ende des Buchs stehet, vnd correspondiret doch von Blat zu Blat, von Columnen zu Columnen mit der vngeænderten Edition in 8. ausser dasz auf dem Titul-Blat diese Worte zu finden:* cum gratia & priuilegio (*welches auf den ersten zwey Blættern mit inseriret, vnd vlt. die. Aprilis a. 1612. datiret worden*) Elect. Pal. Vicar. Imp. ad annos decem, Argentorati excudebat Theodosius Rihelius: *Wie nun in der genuinen Edition in 8. p. 376. lin. 16. diese Worte recht stehen wie sie sollen:* Si quis virginem matrem *&c. so hat man in dieser Edition alle* M *in derselben Zeilen per lineolam über die gehœr. Buchstaben gesetzet, damit nur das Wort* aut *hinein, vnd diese Formalien herauskommen mœchten:* etiamsi quis virginem *aut* matrem *&c. Aus dem Privilegio selbst will nur diese Worte mit anführen,*

dasz

dasz es zwar dem Rihelio *gegeben worden, hac tamen lege addita:* ne libri isti editi, vel recusi quicquam in se sacri Rom. Imperii Constitutionibus aduersum, vel bonis moribus contrarium, siue in praefatione, siue in textu, seu alia, quocunque modo contineant. *Deswegen aber hætte man* SLEIDANI *Text nicht ændern sollen.* Quae autem SLEIDANO in narrandis rebus, ab anno 1517. ad annum 1556. in Europa gestis, fides tribuenda sit, ex eo colligi poterit, quod publica argentinensis Senatus auctoritate *Commentarios* suos composuerit, & pene nihil egerit, quam quod relationes, protocolla, literas, & acta, in tabulariis argentinensibus reperta, latinitate donauerit. Disertis id prodidit verbis Antonius Wolfius, Consiliarius, & Syndicus reipublicae argentinensis in *literis* anno 1617. d. IIX. Nou. ad Fridericum Hortlederum scriptis, seque diuersas Iacobi Sturmii, olim Reipublicae argentinensis Praetoris, & multis vicibus legati literas cum sleidanianis contulisse adfirmauit, seque reperisse, quod iisdem verbis SLEIDANVS, latine tantum redditis vsus fuerit. Produxit istas, cum aliis eiusdem Wolfii *epistolis*, ad Hortlederum *literas*, Daniel Guil. Mollerus, in *Dissertatione de* IOANNE SLEIDANO, *Altorf.* 1697. in 4. Scripsit idem Wolfius an. 1618. d. XXI. Mart. ad Hortlederum: *Auf* SLEIDANVM *mag der Herr in Gottes Nahmen nur sicherlich trotzen und pochen: denn es befindet sich auch, dasz er seine ganze Historie, allhier vor einem gantzen Regimente dieser Stadt hat ablesen müssen, eher etwas davon ist gedruckt worden; darnach als man es angehœret, die Wahrheit der Geschichte befunden, vnd über diesem Buche Hand zu biethen ihm zugesagt, ist er damit vm desto getroster hervorkommen.* Conf. quae Fridericus Hortlederus, in *praefatione* ad Fridericum seniorem, Saxoniae Ducem, operis *von Rechtmæssigkeit, Anfang, Fort- vnd endlichen Ausgang des* Teutschen *Kriegs, Keyser* Carl des V. *wider die* Schmalkaldische *Bunds Oberste Chur- vnd Fürsten* Sachsen *vnd* Hessen, *vnd I. Chur- vnd Fürstl. Gnaden Mitverwandte. Vom Iahr 1546. bis auf das Iahr 1558.*

 Frankf.

Frankf. am Mayn 1618. in fol. de fide SLEIDANI relationibus adstruenda differuit.

Conf. de IOANNE PHILIPPSON, a patria Sleida, Eyfaliae oppido, SLEIDANVS dicto, eiusque scriptis, & continuatoribus Melchior Adami *vitae* germanor. *philosophor.* p. 82. Paul. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 1456. Caspar. Sagittarii *Introductio in Histor. ecclesiastic.* Tom. I. Ienae 1718. in 4. p. 105 sqq. Tom. II. p. 114 sqq. Niceron *Memoires* Tom. XXXVIIII. p. 23 sqq. *Bibliotheca* hamburgensis *historica* l. cit. Io. Fabricii *Historia Bibliothecae* fabrician. Tom. VI. *Wolfenbüttel.* 1724. in 4. p. 230 sqq. vbi & plures nominantur scriptores, qui in exponenda eius vita versati fuere. Iis addi poterit Io. Franc. Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. II. p. 731 sqq. qui minus adcurate, eum anno 1555. mortuum esse scripsit, & absurdum Valerii Andreae, de eius *commentariis de statu religionis & reipublicae* recoxit iudicium, quod, contra omnem veritatem, ab ipsis etiam aduersariis concessam, his conceptum verbis legitur: *cum ex conducto videatur Lutheranorum, & Protestantium gesta scripsisse, non veritus in eorum gratiam vndecies millies mentiri, merito cum auctore suo proscribendus, atque e manibus catholicorum excutiendus hic liber.*

LXVI.

Commentariorum de Statu Religionis & Reipublicae in Regno Galliae, I. Partis Libri Tres. Regibus Henrico Secundo, Ad illius quidem Regni finem, Francisco Secundo, & Carolo Nono. Quarta editio emendatior, & longe locupletior. *Vltimae Dei patientiae, anno* CIↃ.IↃ.LXXVII. (1577) in 8. folior. 122. exceptis praemissis, & indice rerum memorabilium, folior. 15.

Hoc opus integrum rarissime, & vix vnum alterumve volumen conspicitur. Ita scripsit Samuel Engel in *Bibliotheca selectiss.* P. I. p. 47. De auctore inter viros doctos,

doctos, diu multumque disceptatum fuit. Alii enim cum Martino Lipenio, opus Ioanni Eobano, Hesso, alii cum Friderico Geislero illud Francisco Hottomanno, alii cum Henrico Spondano, id Theodoro Bezae, alii denique cum Guilielmo Caue, Petro de la Place, in subsidiorum curia parisiensi Protopraesidi, tribuere non dubitarunt. vid. Vincentii Placcii *Theatrum Anonymor. Hamburg.* 1708. in fol. Cap. V. p. 282. Sed veritati eorum sententia propius accedere videtur, qui opus a IOANNE DE SERRES, siue SERRANO, compositum esse statuunt. Non solum enim Andreas du Chesne in *Bibliotheque des Auteurs, qui ont écrit l' histoire, & topographie de la* France, *Paris* 1627. in 8. P. I. Cap. X. p. 92. disertis verbis, auctorem IOANNEM SERRANVM nominat, sed Vincentius etiam Placcius l. cit. ex symbolis diecmannianis adnotauit, quod is exemplar viderit, cuius fronti, haec inscripta fuerint verba: D. Michaeli Hortino *Amico singulari* IO. SERR. Conf. Niceron *Memoires* Tom. IIII. p. 322. vbi ipsum IOANNEM SERRANVM, se operis auctorem, in *epistola* quadam, ad Bonauenturam Vulcanium, prodidisse adfirmat. Vid. etiam IOANNIS SERRANI *vita*, a Iacobo le Long conscripta, in fine de la *Bibliotheque historique de* France, Io. Burcardi Menckenii *vollständiges Verzeichnis der vornehmsten Geschichtschreiber*, in Langlet du Fresnoy *Anweisung zur Erlernung der Historie*, *Leipzig* 1718. in 8. p. 295.

Tomus primus tres complectitur libros, quibus res, ab anno 1557. quem iacobaea sic dicta clades memorabilem reddidit, ad annum vsque 1561. quo edictum ianuarium, in quo ecclesiis gallicis reformatis, maior libertas concedebatur, gestas exponit. Euulgauerat Auctor Tomum primum, prima vice anno 1570. non 1670. vt per typothetarum errorem, in Niceroni *Memoires* l. cit. p. 320. legitur. Habemus istam editionem hoc titulo insignitam: *Rerum in* Gallia *ob Religionem gestarum, Libri Tres: Regibus* Henrico Secundo, *Ad illius quidem regni finem*, Francisco secundo, *&* Carolo Nono. *Lucae XXI. v. IX. Quum audieritis bella & seditiones*

ditiones ne terremini, oportet enim ista primum fieri: sed non statim erit finis. M. D. LXX. folior. 117. except. praemiss. & indice folior. 19. Istam editionem excepit secunda 1571. quam sequebatur tertia anno 1572. & nostra demum quarta anno 1577. Posteriorem quidem, anno eodem, quo tertiam, in lucem prodiisse, legimus apud Niceronum in *Memoires* l. cit. sed per errorem, sine dubio typographicum, annus 1572. pro 1577. repositus fuit. Praeter *praefationem* tribus editionibus prioribus praemissam, noua admodum breuis, *ad pium & candidum lectorem*, editioni quartae, ab auctore praefixa fuit, cum epigrammate, in quo *ecclesiae christianae, in* Gallia ἈΝΑΔΥΟΜΈΝΗΣ *Tabula* ob oculos ponitur:

Insimulabatur latitans Ecclesia fictis
Criminibus, poenas dum populum ad rabidas
Infando ritu inflammabat credulus error,
Atque animos regum caeca superstitio:
Quum sponsae affingi sibi crimina falsa gementi
Christus *ait*, Tandem *tu egredere e latebris.*
Exiit illa, suas mirataque Gallia *turmas,*
Audiit, & falsi criminis erubuit.
Expauit Regum casus, timuitque ruinam,
Consilium supplex, auxiliumque petens.
Imperio Regis trepidusque Edicta senatus
Sanciit, & certa libera luce frui,
Exul iam pridem iussa est Ecclesia, Regis
Iussa & adire domos, Vrbium adire vias:
Prodiit, & vero verax apparuit ore:
Atque superstitio vidit, & obstupuit.
Vos ergo appellat testes Ecclesia Reges,
Iudicium ad verum, vos Fora, *vosque* viae.

Volumini finem imponit, *index rerum memorabilium* folior. 6.

II. Partis Commentariorum de Statu Religionis & Reipublicae in Regno Galliae, Libri Tres. Carolo Nono Rege. Quarta Editio, emendatior & locupletior. *Anno vltimae Dei patientiae* CIↃ.IↃ.LXXVII.

(1577)

(1577) folior. 134. non numeratis praemiſſis, & indice folior. 11.

Narrantur hoc Tomo, res in Gallia, ob religionem, per vnius tantum modo anni 1561. ſpatium geſtae, & in primis illud ciuile bellum primum, quod ad annum vſque 1562. quo, menſe Martio, nouum promulgabatur edictum, omnem conturbauerat Galliam, deſcribitur. Praeter hanc quartam editionem, a Nicerono l. cit. memorantur editiones anno 1572. & 1574. Duplex etiam editioni quartae *praefatio* praemiſſa & *index rerum memorabilium*, in fine adiectus eſt.

III. Partis Commentariorum de Statu Religionis & Reipublicae in Regno Galliae Libri VII, VIII. & IX. Ad Tertii vſque Belli Ciuilis Gallici finem poſtremo pacis Edicto concluſum, Carolo Nono Rege. Emendati & varie locupletati. *Anno Nouiſſimi Temporis* CIↃ.IↃ.LXXXIX. (1589) pp. 324. exceptis praemiſſis & indice folior. 14.

Editio, qua vtimur, incognita Nicerono fuiſſe videtur, qui primam tantum modo anno 1575. & anni 1577. l. cit. memorat. Inchoatur cum anno 1563. & narrationis filum, ad annum vſque 1570. deducit, quo tertium bellum ciuile finitum, & pax menſe Auguſto reſtituta fuit. Vna tantum modo *praefatio*, & *index*, ad hanc partem acceſſit.

IIII. Partis Commentariorum de Statu Religionis & Reipublicae in Regno Galliae Libri X. XI. XII. Carolo Nono Rege, vſque ad illius Obitum. Secunda Editio ab Authore recognita. *Anno nouiſſimi temporis* CIↃ.IↃ.LXXVII. (1577) folior. 159. ſi index folior. 2. exceptus fuerit.

Huic parti menſe Maio, anno 1574. quo Carolus VIIII. e vita deceſſit, finis imponitur. Exacta in primis narratio in illa inuenitur, de infauſtis illis nuptiis pariſinis, quae fol. 27. b. initium ducit, & fol. 63. finitur. Praeter

Praeter praefatiunculam & indicem, auctor isti parti addidit *epistolam*, siue libellum supplicem, *ad* Philippum II. Hispaniae *Regem, nomine Principis* auriaci, *Ordinum* Hollandiae *atque* Zelandiae, *& reliquorum totius* Belgii *fidelium subditorum*, qui Ducis Albani atque Hispanorum tyrannide opprimebantur. Complectitur illa summam veluti belgicorum tumultuum, quae a nobili Belga, ex exemplari flandrico, anno 1573. mense Septembri excuso, in linguam latinam conuersa, & ad IOANNEM SERRANVM missa fuerat. Prima quartae partis editio, in lucem exierat anno 1575.

V. Partis Commentariorum De Statu Religionis & Reipublicae in Regno Galliae, Libri Tres Henrico Tertio Rege. *Lugduni Batauorum Per Iohannem Iucundum* CIↃ.IↃ.LXXXX. (1590) folior. 208. si praemissa, & indicem folior. 8. exceperis.

Haec pars ea exponit, quae ab interregni initio, post Caroli VIIII. regis mortem, ad diem vsque XIIII. Maii, anni 1576. quo pacis edictum promulgatum fuit, in Gallia, ob religionem acta fuerunt. Vt Niceronus l. cit. adfirmat, illa pars iam anno 1580. euulgata fuit. Quamvis quatuor prioribus partibus, nullum loci, vbi impressae fuere, indicium additum fuerit, & quinta pars *Lugdunum Batauorum* prae se ferat, nullum tamen est dubium, opus *Geneuae* esse impressum, cum literae italicae, quibus omne fere opus exscriptum est, iis admodum similes sint, quibus tunc temporis *officina Eustathii Vignon* typographica vtebatur. Editiones, cuiuslibet partis priores, id quidem praecipuum habent, quod literis luculentioribus, & nitidioribus expressae sint, sed recentiores editiones, multo auctiores, & emendatiores prioribus esse, ex nonnullarum partium collatione intelleximus. In omnibus fere praefationibus, auctor sancte adfirmat, se nihil scriptis mandasse, quod a veritate alienum sit, collatis tamen cum iis hominibus, qui illarum rerum fuerint αὐτόπται sermonibus, & id quidem iis in rebus, quibus in peregrino

solo

ſolo exul minime intereſſe potuit. Nihilo tamen minus, is nonnunquam partium ſtudio abreptus, in pontificiae fidei adſeclas, paullo acrius inuectus videtur. Id praeter ea heic obſeruandum duximus, quod hoc opus aliqua ex parte Sleidani *Commentariorum de ſtatu religionis & reipublicae*, continuatio eſſe videatur, quoniam ab eo tempore, narrationes ſuas incepit auctor, quo Sleidani *Commentarii* deſierunt. Ipſe id adnotauit auctor, in *Argumento* earum rerum, quae prioribus tribus libris continentur.

Conf. de IOANNE DE SERRES, quae Tom. II. *Adparatus literar.* p. 730 ſqq. diximus.

LXVII.

Supplicatio Carolo VIIII. Gal. Regi Exhibita poſt collectas coniunctasque copias & ſtipendia Germanico exercitui perſoluta, ab illuſtriſſimis Principibus, Nobilibus, caeteriſque qui ad ſuam ſuorumque defenſionem contra Guiſios reliquosque Hiſpanicae ac Papiſticae factionis coniuratos arma ſumere coacti ſunt. Quae praeter ſuperiora ſcripta apud omnes aequos & bonos certiſſimum teſtimonium dicet conſilii inſtitutique ipſorum in tam iuſto ac neceſſario bello ſuſcipiendo gerendoque. Ex Gallico ſermone quam potuit fideliſſime repraeſentata. Tunc tua res agitur paries quum proximus ardet. *M.D.LXX.* (1570) in 8. pp. 24.

Cum anno 1569. Galliae Principes, qui a partibus ſic dictorum Reformatorum ſteterant, cum ſuo exercitu, ſe militibus iungerent Germanis, quos in auxilium Dux bipontinus adduxerat, & omnis Gallia a contrariae partis exercitu, qui ſub Duce Andio militabat, vehementer adfligeretur, *libellus ſupplex* nomine principis Navarraei, & reliquorum Principum, aliorumque Optimatum, qui Reformatorum cauſſae fauebant, gallica lingua, compoſitus fuit, in quo regem orant, vt compo-

ſito



sito bello, pacem Galliae restituere, & cum reformatae religioni addictis, in gratiam & concordiam redire velit. Miserunt hanc ob caussam, ex castris suis aliquem, ad Ducem Andium, qui liberi commeatus tabulas, ab eo impetraret, vt *libellus* ille *supplex* per Estrangium Vicecomitem viuariatem, virum illustrem, ad Regem Carolum VIIII. tuto perferri possit. Re ab Andio denegata, Amiralius *supplicis libelli* exemplar, ad Ducem Monmorancium, regni Mareschallum, mense Iulio anno 1569 misit, eumque rogauit, vt regi id traderet, additis & expositis caussis, cur ad Regem certi quidem homines minime mitterentur. Respondit Monmorancius se *libellum* illum Regi exhibuisse, Regem vero illum recipere noluisse, propter ea quod neque videre, neque audire quidquam velit, quod ab Amiralio proficisceretur, nisi prius ipse ad officium redierit, & pristinam, quam debeat, obedientiam praestiterit. Quae postea Amiralius, ad hasce literas Monmorancii, consobrini sui responderit, pluribus verbis exposita leguntur in IOANNIS DE SERRES *Commentariis de Statu religionis & reipublicae in regno* Galliae P. III. Libr. VIIII. p. 279. vbi etiam p. 270 sqq. integer *libellus supplex*, ex eadem versione latina, quam exemplar seorsum excusum, ob oculos ponit, insertus fuit. Interpres nisi omnia nos fallunt, ipse ille IOANNES DE SERRES est. In fine leguntur

I. *Formula iurisiurandi, ab illustrissimis principibus post foelicisf. memoriae* Condaei *mortem, publice dati.*

II. *Formula sacramenti, ab Equitibus nobilibus, caeterisque omnibus, qui in eodem exercitu erant, praestiti.*

III. *Formula declarationis caussarum, ob quas illustrissimi Principes in* Gallia, *arma sumere coacti sunt.*

Ceterum literarum characteres satis superque produnt, hocce scriptum, *ex officina Eustathii Vignon, geneuensi,* in lucem prodiisse.



LXIIX.

LXIIX.

De Turcarum moribus Epitome, BARTHOLOMAEO GEORGIEVIZ *Peregrino auctore. Geneuae apud Ioann. de Tournes M. DC. XXIX.* (1629) in 12. vel si mauis in 8. formae minimae pp. 192.

Ea quae BARTHOLOMAEVS GEORGIEVIZ de rebus turcicis scripsit, admodum esse rara, nos docet Auctor *lexici eruditorum* S. R. Tom. II. col. 927. Seorsum autem ea, quae in hac collectiuncula inueniuntur, antea ab Auctore fuisse euulgata, verba produnt *epistolae* dedicatoriae, *ad* Innocentium de Monte *R. E. Diaconum Cardinalem amplissimum: Saena discordia, & Principum nostrorum bella intestina hoc mihi Peregrino pepererunt* Innocenti *praest. vt omnibus bonis spoliatus, catenis vinctus per aspera atque lubrica* Thraciae, Asiae*que minoris loca, vt iumentum aliquod, oppidatim, vicatim, & plateatim venum ductus, ad grauissima, variaque rustica negotia septies venundatus, ibique sub* turcica *ac rustica ferula, & aspera disciplina, in fame & siti in frigore & nuditate, sub dio cubans, gregem ouium armentaque pascere, agriculturam exercere, equos curare, militiaeque artem discere compulsus sum. Vnde capta fuga, glandibus, herbis agrestibus, earumque radicibus amaris, modico sale conditis, victitans, in solitudine, arctico polo duce, errans, inter voracissimas feras versatus sum.* Hellesponticum *mare, trabibus fune colligatis, traiicere conatus sum: tandem captus, ad herum reductus, manibus ac pedibus ligatus, in terram prostratus, fustibus duriter caesus, postea ad mangones atque lanistas venum reiectus: ita vt XIII. annorum spatio, aduersae fortunae fluctibus agitatus, sub imperio* Turcarum *multas miserias, calamitates, afflictiones & persequutiones, pro fide sancta catholica experiri patique coactus sim. Qui quum illa magis compendiosa via, hoc est per* Thraciam, *tantam tyrannidem, grauissimam seruitutem, & crudelissimam infidelium vexationem effugere nequiuissem, alia via, videlicet antarcticum polum versus, per* Caramaniae *ac* Syriae *deserta & periculosissima loca fugiens*



Per varios casus per tot discrimina rerum in terram sanctam, ad fratres Diui Francisci Hierosolymae *in monte* Sion *habitantes, perueni. Inde, post cursum vnius anni, quasi a mortuis (diuina voluntate) suscitatus, illiusque voracissimi & insatiabilis draconis orco, & faucibus ereptus, eiusque tormentis & suppliciis liberatus, fratribus meis christianis, illarum poenarum certissimus nuncius veni, vt dignam suorum scelerum atque errorum poenitentiam facerent, ne & ipsi in eum tormentorum ac cruciatuum locum aliquando veniant: vt etiam intelligant, quo in odio esse debeant hi, qui christianum gladium, nostrarum miseriarum futurum vindicem, iam ante tot secula, tam fidelium, quam etiam infidelium prophetico ore praedictum, & ad illud Sathanae regnum destruendum & demoliendum praedestinatum, ab hac sanctissima & diu desiderata expeditione remorantur. Quum igitur post terrae sanctae peregrinationem, occidentalium quoque partium loca visitando, illarum crudelitatum tragoedias leuiter delineassem, nec non alia quaedam, quae aut quotidiana conuersatione, & experientia longoque vsu, in aula & militia* Turcarum *Imperatoris existens didiceram, vel quae doctiores & sapientiores eiusdem, legere, seu recitare audiueram, vel a senioribus (olim dicta aut lecta) ratiocinari intellexeram, memoriaeque commendaueram: singula breuiter ac fideliter in diuersis locis, & diuersis temporibus conscripta, particulatim diuulgassem, & postea a me diuulgata, per doctos probosque viros in varia idiomata traducta & publicata comperissem, eaque necessaria, & quodammodo vtilia, & grata lectoribus perspexissem, omnia in vnum fasciculum collegi: nunc vero in meliorem formam redacta, tibique optimo ac singulari studiosorum patrono dedicata, in hac celeberrima, omniumque nationum vtriusque status & conditionis hominibus florentissima vrbe, typis elaborata, aduenis ac peregrinis statui legenda communicare. Tu igitur, exemplo* Christi *Saluatoris (qui illius pauperculae viduae munusculum offerentis, tot Principum preciosis muneribus praetulit, quae sibi vnico quadrante immortalem haereditatem comparauit) hoc exiguum munusculum*

lum afflicti Peregrini, aequi bonique consulere velis, cumque beatissimo Patri Iulio, *Pont. Opt. Maximo D. nostro gratiosissimo, commendare digneris. Vale*, Romae, *Idibus Septembris, M.D. LII.* (1552). *Inueniuntur isti tractatus* seorsum anno 1550 editi, in Thom. Hyde *Catalog. Biblioth.* bodleian. Tom. I. p. 285. Auctorem postea istos *tractatus* in vnum volumen collectos *Romae* anno 1552. edidisse, non solum verba dedicationis luculentis indiciis produnt, sed id etiam ipsa *epistolae* dedicatoriae subscriptio, testari videtur. Quilibet *tractatus* in nostra editione, caput constituit singulare, quod in quasdam sectiones diuisum est.

Capite primo *de* Turcarum *ritu & caerimoniis*, agitur de eorum templis seu meschitis: de quadragesima; de circumcisione; de sacerdotibus; de monachis; de reverentia, quam exhibent Machomethi traditionibus; de Scholis; de carminibus amatoriis, ab ipsis Bethler dictis; de matrimonii contractione; de peregrinatione illorum; de miraculis Machomethi Mechae factis, & quae modernis quoque temporibus aiunt eum facere; de Eleemosyna; de victimis; de legatis & testamentis; de Caeremonia defunctorum; de Aedificio Sepulchri Tulbe dicto; de militia; de Conditione procerum; de Bassis, quos Consiliarios, seu Cancellarios aut potius Secretarios possumus intelligere; de obedientia quam Turcae suo regi praestare coguntur; quo pacto Turcae vires diminuuntur; de conditione Chazilariorum; de ordine peditum; de Tentoriis regis Turcarum; de vectura Animalium; de Iustitia, quae exercetur in bello; de festo celebrando ob victoriam Turcae; de Venatione eorum; de Operariis, & agricolis; de iustitia apud Ciues; de Agricultura; de diversitate Animalium; de Aedificiis domorum; de vestimentis eorum; de Cibariis; de potu; de modo sedendi & comedendi. His adiecit salutationem Turcarum, Persarum, & Arabum, & dialogum inter Turcam & Christianum qui praecipuas, & maxime solitas interrogandi & respondendi formulas complectitur, addita versione latina.

Capiti

Capiti II. *De afflictione tam captiuorum, quam sub tributo viuentium Christianorum* praemisit Ioan. Got. (Ioannes Gotscalcus)

Epigramma ad Christianum Lectorem.

Afflictum a Turcis *vis* Christum *noscere, Lector?*
Membra libro hoc Christi *dilaniata leges.*
Christiadum *vt manibus manicas, funesque lacertis,*
Et collo iniiciat vincula Turca *ferox,*
Vt pecudis ritu hos vendat, (si forte quis aeger
Occidat, ille feris obuia praeda iacet):
Vt profugi trabibus nantes mergantur in vndis
Passim, his captos vt mala dira premant.
Fiat & vt Christi *mystes agitator aselli,*
Lignum vendat, ouesque pascat, aretque solum.
Vt Mahumetaeo *iuuenesque senesque tyranno*
Annua dependant lege tributa pari.
Vt doleat Mater coram sua pignora cernens
Seruitio abduci, Rex Solymanne, *tuo.*
Denique tormenta inuenies hoc scripta libello
Horrida, Christiadum *quae pia turba luat.*

Exposuit BARTHOLOMAEVS GEORGIEVIZ hoc capite secundo, quomodo Christiani in bello a Turcis capti distrahantur; quibus rebus Turcarum Imperator suos captiuos destinet; quomodo agatur cum puellis, & reliquis mulieribus; quomodo reliqui Turcae, cum mancipiis agant; quomodo agatur cum christianis artium mechanicarum ignaris; quomodo recenter capti in itinere tractentur; quomodo venalitii tractentur; de illis captiuis quos pastores faciunt; de fuga captiuorum ex Europa; de fuga ex Asia minore; de poena fugitiuorum; de Graecorum & Armeniorum pietate erga captiuos; de incantatione Turcarum contra fugientes; Memoriam Christi paulatim in prouinciis olim christianis aboleri; quae Conditio debellatorum; de sacerdotum & monachorum sub Turcae tributo viventium conditione; de tributis Christianorum; Dialogum praeterea salutationum, in lingua slauonica, valedictionem, & gratiarum actionem eorumdem, dominicam orationem, & salutationem angelicam, in eadem

dem

dem lingua, cum expositione latina subiecit. Inseruit hoc caput secundum Philippus Lonicerus *chronicis* turcicis *Francof. ad Moen.* 1578. in fol. Tom. I. L. III. fol. 106 b. sqq. Illud praeterea *gallice & germanice* editum esse seorsum, intelligimus e Thom. Hyde *Catalog. Biblioth.* bodleianae l. cit.

Caput III. *agit de Christianorum cladibus & calamitatibus: deinde de suae sectae interitu, & de* Turcarum *ad fidem* Christi *conuersione, vaticinium infidelium*, lingua turcica cum interpretatione latina, & commentario, quo singulae voces turcicae paullo fusius explicantur. Ornauit hoc caput *Tetrasticho* Ioannes Versosa Caesaraugustanus.

Hinc alacres in bella animos, hinc sumite vires
Et gladium in saeuos stringite vtrumque Getas.
Ecce vt praedicunt Turcarum *Oracula genti*
Ipsa suae, a vestris viribus interitum.

In Philippi Loniceri *chronicis* turcicis, hoc caput legitur l. cit. fol. 104. b. sqq. & in Nicolai Reusneri, leorini, *Selectissimarum Orationum & Consultationum de bello* turcico, *variorum & diuersorum auctorum* Tom. I. *Lips.* 1596. in 4. p. 349 sqq. Subiectum etiam fuit a Nicolao Hoeniger, koenigshofio, Antonii Geufraei *aulae* turcicae ottomannicique *imperii* Parti I. *Basil.* 1577. in 8.

Capite IIII. inuenitur *Narratio disputationis*, quam Auctor *cum Turca*, legisperito, Dervis Gsielebi die dominica pentecostes d. XXVIIII. Maii 1547. Varadini in monasterio S. Francisci, de nonnullis religionis christianae dogmatibus, in primis de quaestione vbi Deus, ante caelum & terram, aliasque creaturas versatus fuerit, de mysterio S. S. Trinitatis, &c. instituit. Qua vero ratione BARTHOL. GEORGIEVIZ, ad hancce disputationem venerit, ipsis illius narrare licebit verbis: *Cum* Deruis Gsielebi, mehemmetanae *sectae legis peritus*, —— *per aliquot dies per interpretem* (fratris sui Georgii) *Praelati* (ciuitatis varadinensis) Gabor *nominatum egisset, vt illi antigonista substitueretur, qui religionem christianam contra eum defendere*

 audeat,

audeat, sed omnes quotquot in ea religiosi fuerant vrbe, ad vnius Ethnici vocem muti redditi erant, nec mihi dissimiles videbantur Israëlitis *esse, qui sub rege* Saule *viuentes, ad vnius incircumcisi* Goliath, *& quidem spurii,* μονομαχίαν *eos prouocantis, venire non sunt ausi. Id ego videns turbatus dolebam nimium, in tanto coetu Clericorum reperiri neminem, qui veritate ipsa armatus, saltem per interpretem, insolentiam Ethnici reprimere auderet. Et verebar, ne propter nefandam, & omnibus modis detestandam, praesertim tali in negotio, taciturnitatem, & ignauiam, homini nefario palam tribuisse iudicaremur, verissimamque causam nostram, &* Christi *saluatoris deteriorem redderemus: perpetuam notam ignominiae christiano nomini inurentes. Quam ob rem licet ad munus ecclesiasticum non sim vocatus, nihilo minus tamen suscepi prouinciam, de hoc pietatis negotio, cum eo me certaturum. Ibi statuto, & praescripto a nobis die, conuenit magna vtriusque conditionis hominum frequentia, spectatum rei futurae exitum, hocque in monasterium fratrum diui* Francisci, *die dominica Pentecostes, XXIX. Maii. M. D. XLVII. &c.* Addita est capiti *dominica oratio,* lingua turcica, cum interpretatione latina, quam a Turca rogatus, illum docuit. *Epigrammatibus* illud caput ornauerunt Ioannes Versosa, & Cornelius Scribanius. Posterioris epigramma sequitur *Auctoris peroratio.* Disputationem cum Turca inseruit Nicolaus Honiger l. cit.

Capite V. inuenitur *deploratio cladis Christianorum ad Principes christianos.* Inseruit illam quidem Philippus Lonicerus *chronicis* turcicis fol. 110 sqq. & Nicol. Reusnerus *selectissimarum orationum & Consultationum de bello* turcico, *variorum & diuersorum auctorum* Tom. I. p. 206 sqq. sed e collatione cum nostro exemplari instituta, illam, multis in locis, mutatam, & in primis eam, quae in nostra editione legitur, multo prolixiorem esse intelligimus. Sic e. g. omne exordium, quod in nostra editione 8. paginas complet, apud Lonicerum frustra quaeritur. Initium eius tale est: *Immenso & incredibili dolore affectus, Monarchae in-*

inuictissimi, Rectoresque reipublicae christianae Augustissimi, pro fratribus nostris, eorum sortem durissimam dolendo, & miserrimam vitam deplorando: quorum alii haeretica prauitate seducti, a gremio sacrosanctae ecclesiae defecerunt: alii ciuili ense mactantur: alii hostili cruento gladio trucidati, a feris deuorantur: alii (prob dolor) Turcarum *praeda facti, in perpetuam eorum servitutem abducti, crudelissime affliguntur: qui ad vos lacrymabili voce suspirando clamitant* &c.

In VI. Capite legitur *exhortatio contra* Turcas, ad *Principes christianos*, quam Philippus Lonicerus exhibet in nonnullis locis mutilatam fol. 111 b sqq. In Nicolai Reusneri *selectissimarum Orationum & Consultationum de bello* Turcico *variorum & diuersorum auctorum* exstat Tomo I. p. 200 sqq. eo tamen discrimine, vt ad Maximilianum II. Bohemiae Regem scripta dicatur. Cum enim in nostro exemplari initium exhortationis tale est: *Saepe mecum admiratus sum, Monarchae inuictissimi* &c. apud Reusnerum vnus tantummodo compellatur: *Saepe mecum admiratus Monarcha invictissime.* Sine dubio *Orationes II. de bello mouendo contra* Turcas, quae in Thom. Hyde *Catalogo Biblioth.* bodleianae l. cit. *Islebiae* 1603. editae dicuntur, Caput V. & VI. referunt. In fine capitis VI. occurrit *oratio dominica*, arabico sermone, cum versione latina, & Ioannis Gotscalci, brabantini, poetae laureati, in laudem auctoris *epigramma*:

Quod varios homines, varias quod viderit vrbes
Nericii *nomen nota famaque ducis.*
Raptus at a Turcis *in vincula* BARTHOLOMAEUS
Neritio *errauit per loca plura duce.*
Hic Asianorum, *atque* Arabum *distractus in oras,*
Quae tulit est testis, dira πενία comes.
Ille Ithacen *inter iactatus, &* Ilion *inter,*
Clarior ingenio est factus Homere *tuo.*
Hic maris, & terrae discrimina maxima sensit:
Ille sed expertus sola pericla maris.
Quid multa? hic dignus quem laudet Musa Maronis
Maeonii *vatis dignus & ore cani.*

Illud

Illud excipit haec Auctoris ad Lectorem epistola:
Peregrinus *Christiano Lectori.*

Statueram profecto mecum, praestantissime lector, vt elucubratiunculae meae, vtcunque in meliorem formam redactae, hac vice non tantum argumentis augmentatae & locupletatae, verum etiam nitidiori latii sermonis stylo ornatae, in tuam vtilitatem in lucem prodirent, sed egestas, aut potius curta (vt aiunt) Peregrini *supellex, impediuit, eum hunc subire laborem, qui neque in* ξενοδοχείῳ *locum philosophandi obtinere potuit, neque in* πανδοχείῳ. *In principum autem & magnatum aulis nisi mollibus vestitus, vel potius bene numatus, ibit etiam* Homerus *foras. Vt autem id tibi ingenue fatear, hac tempestate mortales, in lapides, parietesque colorandos & pingendos (quum hi nihil horum indigeant) potius quam in Diuos, aut patriae vtilitatem, vel proximos egenos, pauperes ac peregrinos subleuandos multo studiosiores esse. Tu igitur non ita, Christiane Lector, obsecro facito, sed Deo Opt. Max. creatori, & redemptori tuo, primum obtemperato, tandem in proximum subleuandum, magis studiosus esto, qui est templum viuum* Christi, *& Spiritus sancti babitaculum. Praeterea non tantum parentem, patriam (cui iure diuino plus, quam priuatis rebus tenemur) amato: sed etiam eius aedificatores amatoresque totis viribus diligito. Deinde siquid delectationis ex hoc nostro diuturno labore perceperis, non* Peregrini *clientis tui studiosissimi, sed Reuerendissimorum* D. D. Ioannis Dominici *Episcop.* Tranen. Ioannis Petri Caraffa, Petri Paciecci, Bernardini Mafaei, Ottonis de Valtpurg, Petri Britani Mutinen. Guidonis Ascanii *Cardinalium, beneficio ascribendum puta: qui illi victus necessaria administrarunt. Praeterea & R. Princ. & Do.* Adolphi *Archiepiscopi* Colonien. *& sacri Imperii* Rom. *Electoris, qui per Ministrum suum* D. Petrum Duisberch *Praepositum* Moguntinen. *sese erga* Peregrinum *liberalem exhibuit.* R. D. Olahi Magni Gothi *etiam Archiepiscopi* Vpsalensis, V. D. Adami Canarski *praepositi* Posnaniensis, *S. R. Maiest.* Poloniae *Secretarii.* D. Ioachimi a Latorff *Canonici*

nonici Magdeburgensis: *nec non* Petri Pauli de Breuibus, *qui eum in emenda papyro iuuerunt. Vbi autem* Peregrinum *Latini sermonis elegantiae & eloquentiae limites transiuisse conspexeris, pro tua summa prudentia & humanitate corriges, sciasque* Peregrinum *maiorem partem temporis atque aetatis in exercitio rustico* Turcicae *gentis, non in studiis bonarum artium detriuisse. Vale.* Addita est

De Sui Restauratione Exegesis Libri protreptica ad Lectorem.

Lugdunum *postquam veni peregrinus* ab orbe,
Aperto miles suscipit hospitio.
Qui lacerum, squalidumque videns meque absque decore
Comptum, sit facto cogitat ecquid opus.
Exuor extemplo trita, data commoda vestis;
Vt nunc in vulgus comptior ire queam.
Nec ego iudicium metuo, limamque periti
Ingenii, liuor solus obesse potest.
Quare age, qualis sim syncera perlege mente:
Sufficiet, sacris si placeam ipse viris.

Ex hisce versiculis coniicimus editionem, qua vtimur, *geneuensem*, figuris ligno incisis ornatam, & *indice rerum* instructam, ad editionem *lugdunensem* esse expressam, quo vero tempore eiusmodi editio *Lugduni* prodierit, omnino nos fugit. Editionem *parisiensem* 1568. in 8. inuenimus in *Catalogo Biblioth.* hulsianae Tom. III. *Hag. Comit.* 1730. in 8. p. 332. Editionis *antuerpiensis* mentionem fecit Antonius Posseuinus in Adparatu sacro Tom. I. p. 631. In *Catalogo Bibliothecae* plothoianae P. II. Berolini 1732. in 8. BARTHOL. GEORGIEWITZ *tractatus de* Turcorum *moribus, cum aliis* turcicis excusus dicitur *Vitebergae* 1562. in 8. Editio *helmstadiensis* 1671. in 4. adnotata fuit in *Catalogo Biblioth.* rinckianae *Lips.* 1747. in 8. form. maior. p. 600. Integer liber etiam insertus fuit Tomo III. Operis, quod talem prae se fert titulum: Machumetis Saracenorum *Principis, eiusque Successorum vitae, ac Doctrina, ipseque* Alcoran, *quo velut authentico legum*

 diui-

Digitized by Google

diuinarum codice Agareni *&* Turcae *aliique* Christo *aduersantes populi reguntur. Quae ante annos* CCCC. *vir multis nominibus, diui quoque* Bernardi *testimonio, clarissimus* D. Petrus *Abbas* Cluniacensis *per viros eruditos, ad fidei christianae ac sanctae matris Ecclesiae propugnationem, ex* arabica *lingua in* latinam *transferri curauit. His adiunctae sunt Confutationes multorum, & quidem probatissimorum authorum*, Arabum, Graecorum, *&* Latinorum, *vna cum excellentiss. Theologi* Martini Lutheri *praemonitione. Quibus velut instructissima fidei catholicae propugnatorum acie, peruersa dogmata, & tota superstitio* Machumetica *profligantur. Adiunctae sunt etiam* Turcarum, *qui non tam sectatores*, Machumeticae *vaesaniae, quam vindices & propugnatores, nominisque christiani acerrimos hostes aliquot iam saeculis praestiterunt res gestae maxime memorabiles, a* DCCCC. *annis ad nostra vsque tempora. Haec omnia in vnum volumen redacta sunt, opera & studio* Theodori Bibliandri, *Ecclesiae* Tigurinae *Ministri, qui collatis etiam Exemplaribus* Latinis *&* Arab. Alcorani *textum emendauit, & marginibus apposuit Annotationes, quibus doctrinae Machumeticae absurditas, contradictiones, origines errorum, diuinaeque scripturae deprauationes, atque alia id genus indicantur. Quae quidem in lucem edidit ad gloriam Domini* Iesu Christi, *& multiplicem Ecclesiae vtilitatem, aduersus satanam principem tenebrarum, eiusque nuncium Antichristum, quem oportet manifestari, & confici spiritu oris* Christi *seruatoris nostri. Cum Caesareae Maiest. gratia & priuilegio ad quinquennium. Basil. 1543.* in fol. Versio sine dubio libri teutonica est, quae hunc praefixum habet titulum: BARTHOLOMAEI GEORGIEWITZ *Türckenbüchlein, darinnen der* türckischen *Keyser Namen, Empter, Leben, Sitten, vnd Tyranney in ihrem Reich erzehlet werden, darausz zu sehen, wie eintraechtig sie beysammen halten, alle dieienigen auszurotten, vnd zu dempffen, die sich für gliedmass desz Herrn* Christi *bekennen. Ietzt verteutscht ausz dem Latein. Zerbst* 1583. in 8. Si libri, quem descripsimus, versio est, titulus admodum absurdus,

dus, improuidum lectorem adducere potest, vt omnium Imperatorum turcicorum seriem, & historiam in illo inueniri sibi persuadere queat. Praeter librum *de rebus* turcicis, etiam a BARTHOLOMAEO GEORGIEVIZ editam fuisse *peregrinationem* hierosolymitanam, colligimus e libri gallici titulo, quem tali modo conceptum inuenimus in *Catalogo Bibliothecae* thuanae, *Lauenburg.* 1704. in fol. p. 463. BARTHOL. GEORGIWITZ Hongrois: *Le voyage de* Ierusalem *avec la description des citez villes* &c. *&* *de l'Estat de l'Empereur des* Turcs, *mis en lumiere par* Lambert Darmont Liegeois, *Liege* 1600. in 4. Idem sine dubio liber est, cuius Antonius Posseuinus Tom. I. *Adparat. sacr.* p. 631. fecit mentionem, cum scriberet BARTHOLOMAEVS GEORGIVS *librum* de terra sancta *reliquit, qui* Romae *prodiit 1566.* Quae in *lexico eruditorum* l. cit. memorantur BARTHOL. GEORGIEVIZ *opera noua* nuspiam inuenire potuimus.

LXVIIII.

IODOCI SINCERI Itinerarium Galliae, Ita accommodatum, vt eius ductu mediocri tempore tota Gallia obiri, Anglia & Belgium adiri possint: nec bis terue ad eadem loca rediri oporteat: notatis cuiusque loci, quas vocant, Deliciis: cum Appendice de Burdigala. *Lugduni, apud Iacobum Du Creux, alias Molliard. Anno* CIƆ IƆCXVI. *Cum permissu Superiorum.* in 12. pp. 316. & 133. exceptis praefationibus, indice, & errator. catalogo pp. 59.

Inter Galliae itineraria, quae praeteritis euulgata fuerunt temporibus, hoc e melioribus & rarioribus est. Auctor IVSTVS ZINZERLING, Thuringus, I. V. D. multa, cum gallicas vrbes perlustraret, adnotauit, quae in aliis libris hodoeporicis frustra quaesieris, & quae rerum antiquarum studiosis, non nisi grata atque accepta esse poterunt. Animo quidem constitutum habuerat, hoc *itinerarium* in tres libros dispescere, vt

primo



primo, de Gallia in genere ageret, secundo, de itinere locisque particularibus, cursim & perfunctorie exponeret, tertio, vnius paullo diligentius descriptae vrbis exemplo monstraret, quid facere debuisset, si omnia, magno studio, & dedita opera, pertractare instituisset. Primum autem librum, tempore exclusus, non adtigit, secundum, quoad eius fieri potuit, integrum dedit, eiusque *Adpendicem de* Burdigala fecit, quae tertii libri argumentum complectitur. Accessit praeter *Adpendicem de* Burdigala, etiam *itinerario* gallico 1) *itineris* anglici *breuissima delineatio*, 2) *iter* Caleto *recta* Parisios *ducens*, 3) *iter* Caleto *in* Belgium, *&* *inde* Lutetiam *reducens*. *Itinerarium* ipsum inscripsit nomine Alexandri Sigismundi Lib. Bar. a Zedlitz, Lugduni Idib. Aug. 1616. *Adpendicem* vero *de* Burdigala, Valentino dicauit Arithmaeo, I. V. & Philosophiae Doctori, Lugduni Nonis Augusti 1616. Omnis *Adpendix* XII. absoluitur capitibus, quorum argumenta haec sunt:

I. *De prouincia in qua* Burdigala *sita*.
II. *De nomine vrbis.*
III. *De Antiquitate* Burdigalae.
IIII. *De Forma, ad quam aedificata.*
V. *De Incrementis, quae successu temporis fecit.*
VI. *De loci Commoditate, vbi obiter excursum in loca vicina.*
VII. *De aedificiis nobilioribus, tam sacris, quam profanis.*
IIX. *De viris illustribus, ex ea oriundis, aut quos illa fouit.*
VIIII. *De malis, quae sustinuit.*
X. *De dignitate, qua olim fulsit, & nunc fulget: vbi inter alia de Parlamento, & Academia.*
XI. *Sub quibus dominis, ab initio, & hucusque fuerit.*
XII. *Quae forma olim fuerit, & sit hodieque Reipublicae.*

Difficile quidem admodum est, excerpta ex eiusmodi libris proferre, ne tamen plane ἀσύμβολοι discedamus, *epitaphium* heic adscribimus, graecum, *matronae* cuiusdam Lucillae, in lapide, qui insertus est medio aedis D.

An-

Andreaè pauimento, in vrbe burdigalensi, olim conspicuum, auctoris aetate vero, iam sic extritum, vt ne minimum vestigium vllius inscriptionis adparuerit. Retulit illud cum variis virorum doctorum interpretationibus latinis in *Adpendice* Cap. III. p. 40 sqq.

ΛΕΙΨΑΝΑ ΛΟΥΚΙΛΛΗΣ
ΔΙΔΥΜΑΤΟΚΟΥ ΕΝ
ΘΑΔΕ ΚΕΙΤΕ-
ΗΣ ΜΕΜΕΡΙΣΤΟ ΒΡΕΦΗ
ΖΩΟΝ ΠΑΤΡΙ - ΘΑΤΕ-
ΡΟΝ ΑΥΤΗ

Petrus Amicus hoc *epitaphium* hac olim ratione transtulerat:

Quae peperit geminos Lucillae *hic ossa quiescunt,*
Vir viuum, extinctum haec retinet, sic pignora secta.

Antonius Goueanus I. C. quum sub fratre Andrea literas, in schola burdigalensi doceret:

Hoc tumulo Lucilla *iaces enixa gemellos,*
Illa patri superest, est comes ille tuus.

Ioannes Riuerius, burdigalensis, consiliarius regius:

Hic enixa duos tegitur Lucilla. *Gemelli*
Diuisi, viuus patris est, matri adiacet alter.

Martialis Monerius, Lemouix, Iureconsultus:

Hic enixa duos parens gemellos
Prô, Lucilla, *tegor, duobus hoc ius*
Quod commune fuit mihi patrique
Diuisum est, obiit gemellus vnus
Qui mecum iacet. alter ille viuit
Solamen misero patri duorum.

Stephanus Marialdus Clericus, Medicus burdigalensis:

Hic Lucilla *iacet geminorum mater. at eius*
Diuisa est soboles viuens patri, & altera matri.

Ioannes Guiionius, augustodunensis, cum literas profiteretur in eadem schola burdigalensi:

Hic Lucilla *iacet diuisis foeta gemellis*
Alter enim viuens patris fuit, altera matris.

Ioannes Riuasso, sarlatensis:

Casta gemelliparae Lucillae *hic ossa quiescunt,*
Pignora cui diuisa, patri viuum alterum & ipsi.

Elias



Elias denique Vinetus, qui haec ad finem *Commentarii* in Burdigalam Ausonii retulit:

Ossa gemelliparae Lucillae *hic sunt sita, cuius*
Secta fuit proles, viuens patri, & altera matri.

Repetitum fuit hoc Galliae *itinerarium*, & figuris aere expressis ornatum *Amstelod.* 1655. in 12. Exstant praeter hocce *itinerarium*, ab eodem auctore, qui, vt ex Io. Angeli Werdenhagenii *epistola* dedicatoria, *Psychologiae verae* Ioannis Boehmii, Teutonici, *Amstelod.* 1638. in 16. praemissa patet, *prouinc.* megapolitanae, *ac Comitum* oldenburgensium *Consiliarius* fuit, *Dissertat. de Adpellationibus, ac priuilegiis de non adpellando; Tractat. de foenore nautico*, quem Euerard. Otto Tomo V. *Thesauri Iuris* romani, *Lugdun. Batau.* 1728. in fol. inseruit; *Promulsis criticorum iuuenilium, in qua complura* Ciceronis, Taciti, Ouidii, Senecae, *vtriusque* Papinii, Val. Flacci, Claudiani, *aliorum loca notantur, emendantur, illustrantur.* Subiunctae sunt libello, *diatribae duae*, I. *nobile quoddam problema prosodicum excutiens.* II. *tria insignia metaphorae reciprocae exempla exhibens*, quae omnia *ad exemplar lugdunense*, 1610. recudenda curauit Ioannes Hermannus Schminckius in *Syntagmate critico variorum auctorum, Marburgi* 1717. in 4. p. 189 sqq. In *praefatione* IVSTVM ZINZERLING, hoc ornauit elogio: IVSTVS ZINZERLINGIVS, Thuringiae *lumen splendidissimum, in Promulside sua critica, tot* Veneres *linguae latinae explicauit, tot loca corrupta, partim ex MSS. partim ex ingenio, quo felicissimus erat, restituit, vt cum* Barthio *iure merito omnes optent, dedisset dignissimus ille Musarum filius, orbi literato vel epulas, vel congiarium. Iuuenile quidem vocat hoc specimen, non tamen iuuentutem, sed aetatem multa eruditione subactam sapit, siquidem omnia tam eleganter, tam perspicue in hoc libello sunt enodata, vt merito lugeamus, intercidisse multa eius scripta, quae partim perfecta, partim affecta habuit.*



LXX.

Traité historique & critique sur l'Origine de la maison de Lorraine, avec des Chartres servant de preuves aux Faits avancez dans le Corps de l'Ouvrage, & l'Explication de Sceaux, des monnoies, & Medailles, des Ducs de Lorraine, par *le Sieur* DE BALEICOVRT. *A Berlin* 1711. in 8.

Quamuis Richardus de Vassebourg, & Franciscus de Rosieres, omnem adhibuerant operam, vt originem ducum lotharingicorum, ex antiquissimis deducerent temporibus, & a fabulosis Troianorum heroibus, ipsoque Antenore repeterent, recentioribus tamen temporibus, inter ipsos Lotharingiae ciues inuenti fuere, qui homines istos, intempestiue sedulos, fuisse commonstrarent. Eminet inter illos Benedictus Picart, monachus capuccinus, tullensis, mortuus anno 1720. aetatis anno LVII. qui in lucem edidit *L'Origine de la très-illustre maison de* Lorraine, *avec un Abregé de l'Histoire de ses Princes, dediée au Duc* Leopold. *A Toul chez Alexis Laurent* 1704. in 12. in quo originem Lotharingiae Ducum, a temporibus Regum carolingicorum deduxit. Per istius Picarti vestigia incessit CAROLVS LVDOVICVS HVGO, monachorum praemonstratensium Reformatorum, in Lotharingia Canonicus regularis, Theologiae Doctor, Abbas estiualensis, & Ptolemaidis, in partibus infidelium, Episcopus, qui adscito nomine domini DE BALEICOVRT, librum, cuius adscripsimus titulum, composuit. Minime autem *Berolini*, sed *Nanceii* liber lucem adspexit, qui decreto parisiensis curiae, d. XVII. Septembr. an. 1712. prohibitus damnatusque fuit. Vid. Jacques le Long *Bibliotheque historique de* France p. 551 sqq. Cl. Io. Vogtii *Catalogus historico-criticus libror. rarior.* p. 66. Dauid Clement V. Cl. *Bibliotheque curieuse historique & critique des livres difficiles à trouver* Tom. II. p. 374. Etsi quidem HVGO, in hoc libro, Picarti fauet sententiae, eum tamen non omni suo Picartus comprobauit suffragio. Is sane euulgauit

gauit nonsolum *Supplement à l'Histoire de la Maison de* Lorraine, *imprimée à* Toul *en 1704. Toul*, 1712. in 12. sed eodem etiam anno dedit *Remarques sur le Traité historique & critique sur l'Origine de la maison de* Lorraine, *composé par le Sieur* DE BALEICOVRT, *à Toul* in 12. quibus libris vehementer in CAROLVM LVDOVICVM HVGONEM inuectus est. Respondit ei posterior, duabus epistolis, lingua gallica conscriptis, & hoc titulo euulgatis: *Reflexions sur deux Ouvrages nouvellement imprimés, concernant l'histoire de la Maison de* Lorraine, *Nancy* 1712. in 12. quae tamen eadem fata, ac liber ipse, cuius apologiam scribere adgressus fuerat, expertae, & a curia parisiensi, eodem, quo prodierant, anno, damnatae fuerunt. Id igitur, & simul Ducis Lotharingiae Leopoldi, mandatum in caussa fuit, quam ob rem CAROLVS LVDOVICVS HVGO, binas alias literas, quas opponere Picarto, animo constitutum habuerat, ipse supprimeret. Sed Picartus ea se non deterritus, de nouo adgressus est HVGONEM, & in vulgus emisit *Replique aux deux lettres, qui servent d'Apologie, au Traité historique de l'Origine de la maison de* Lorraine, *à Toul* 1713. in 12. Vid. de hac controuersia praeter scriptores iam citatos, Dom Augustin Calmet *Bibliotheque* Lorraine, *Nancy* 1751. in fol. col. 513 sqq. & col. 741 sqq. Isti quoque controuersiae se immiscuerunt Ioannes Mussey, Prior longouicensis, (*Prieur curé de* Longevy) & P. Thierry, monachus ordinis Praedicatorum nanceiensis. Ille nimirum HVGONEM libello impugnauit, eiusmodi titulo insignito: *La* Lorraine *ancienne & moderne; ou l'ancien Duché de la* Mosellane: *veritable origine de la Maison royale & du Duché de* Lorraine; *avec un Abregé de l'histoire, de chacun de ses Souverains, Nancy* 1712. in 12. Argumentum libri Augustinus Calmet l. cit. col. 681 sqq. his verbis exposuit: *Mr.* Mussey *soutient que* Gerard *premier Duc Héréditaire, descend des anciens Comtes de* Lorraine Mosellane, *& des premiers Rois des* Gaules, *& non des Comtes d'*Alsace; *il fait venir la maison de* Lorraine *de* Pharamond, *par* S. Arnoû

noû, S. Clodulphe, Martin, Eleuthere, Lohier, Frideric, Saliger, Regnier, Ricuim, Othon, Ferry, Theodoric, Ferry II. Gerard III. *Duc de* Lorraine Mosellane, (*nommé vulgairement* Gerard d'Alsace) *Pere de* Thierry *&c. ainsi il essaye de concilier l'ancien Systême avec le nouveau sur l'Origine de la Maison de* Lorraine, *jusqu'ici son sentiment a eu peu d'Approbateurs, n'a pas fait, & ne fera pas fortune dans la République des lettres.* Hic epistolam gallicam acerbissimam, ad HUGONEM scripsit, quam integram inseruit Augustinus Calmet l. cit. col. 933 sqq. Scripturae genus, ex initio, & clausula epistolae patebit:

Mon Révérend Pere,

Enfin vous l'avez fait paroître cette Histoire annoncée depuis si long tems; les éloges magnifiques dont on la honorée par avance, ont piqué la curiosité du Public; on se flattoit d'y trouver de quoi rassasier les plus avides du merveilleux: On espéroit d'y remarquer des rares & curieuses découvertes; mais par malheur tout y est commun: figures que vous nous vendez plus chers, que les espéces elles mêmes ne valoient autrefois; cependant vous vous remerciez d'avoir donné une Histoire, vous vous en applaudissez. Je ferois là-dessus d'intelligence avec vous, je Vous congratulerois avec plaisir, si les fautes de bon sens, les éclipses de raisons, les manieres dures & barbares de s'exprimer, se faisoient moins remarquer dans Vôtre Ouvrage; rien de tout cela n'est pardonnable, sur tout à un Auteur qui a autrefois exercé le délicat & périlleux métier de censurer le genre humain, & qui parle encore aujourd'hui d'un ton à faire croire, qu'il est pleinement persuadé, que la fine critique, la quint-essence du purisme, tout le bon de l'humanité périra avec lui —— ——

Je ne vous dirai rien des nouveaux mots, que vous vous êtes donné la liberté de forger, quoique, selon Mr. Vaugelas, *ce droit n'appartient qu'aux Princes & aux fous; mais il est important de vous avertir, que je me suis contenté d'exposer une partie de vos fautes, qui peuvent être appercües de tout le monde. Pour le fond de*

vôtre histoire, je ne l'ait point examiné, cèt *examen regarde une certaine personne, qui Vous doit, à ce que l'on dit, bien-tôt expliquer ses sentimens; vous connoitrez par-là, que vôtre Ouvrage n'est point une chose sacrée, qu'on n'ose toucher; ou s'il est sacré, ce n'est peut être que dans le sens qu'un Poëte a dit,* Res est sacra miser, *un miserable est une chose sacrée. Je suis, &c.* Fatis concessit CAROLVS LVDOVICVS HVGO anno 1739. aetatis anno LXXIIII. multisque in lucem editis operibus inclaruit, quorum catalogum exhibuit Augustinus Calmet l. cit. col. 512. sqq. vbi etiam se possidere ait, *notas* manu scriptas, quas ipse HVGO, ad suam *historiam*, sub domini DE BALEICOVRT nomine, editam, conscripserit.

LXXI.

De vitis Imperatorum & Caesarum Romanorum, tam occidentalium quam orientalium, nec non vxorum & liberorum eorum, item Tyrannorum omnium qui diuersis temporibus romanum imperium attentare, & occupare conati sunt, inde a C. Iulio Caesare, primo Monarcha vsque ad D. N. Imperatorem Caesarem Matthiam; vna cum eorum effigiebus & Symbolis; illis quidem ex probatissimis tam latinis quam graecis authoribus depromtis, his vero ex antiquissimis numismatibus aureis, argenteis, & aeneis bona fide delineatis, & ad viuum quoad eius fieri potuit, expressis. Opus nouum ac longe praeclarissimum, olim incredibili labore, sumptu magno, peregrinationibus multis iisque periculosis OCTAVII STRADA A ROSBERG, *ciuis Romani, S. C. Mtis, Rudolphi sanctissimae memoriae nobilis Aulici, & Antiquarii ordinarii* congestum & adornatum: Nunc vero in gratiam, vtilitatem

litatem atque oblectationem omnium literatorum in primis vero Magnatum atque adeo yniuerforum antiquitatis, & hiftoriarum ftudioforum, publici iuris factum, cura & impenfis OCTAVII DE STRADA A ROSBERG, *domini Authoris piae memoriae, filii & haeredis.* Cum S. Caefareae Majeftatis gratia & priuilegio fpeciali. *Francofurti ad Moenum imprimebat Iohannes Bringerus M. D. C. XV.* (1615) in fol. pp. 514. exceptis praemiffis, & indice fol. 9.

Auctor Operis OCTAVIVS STRADA A ROSBERG, Ciuis romanus, nobilis aulicus, & antiquarius Ordinarius, Iacobi Strada, mantuani, Itali, cuius Tom. II. *Adparat. literarii* p. 1046 fqq. defcripfimus *Epitomen Thefauri Antiquitatum*, filius fuit, nec dubivm eft, illum ex parentis collectionibus numifmatum multum profeciffe, cum in variis bibliothecis, quas l. cit. nos nominare meminimus, codices inueniυntur Iacobi Stradae, manu fcripti, Imperatorum imaginibus, ex numis, depictis, ornati, qui, patrem fimile opus fuiffe molitum, indicant. Sed ipfi OCTAVIO STRADAE, non tam felici effe licuit, vt opus multo labore congeftum, in lucem edere poffet. Nam ante operis editionem, fata impleuit anno 1612, & filio, quem habebat, eiufdem nominis, vnicum, haec relicta fuit gloria, vt patris opus in lucem, & confpectum proferret, & nomine Matthiae, Romanorum Imperatoris, infcriberet, Francofurti *Cal. Ianuar. anno 1615.* In tres difpefcitur opus libros, quorum *primus* vitas, & numifmata maxima, ex auro, argento, & aere complectitur Romanorum Principum, & eorum quorum maxima in Italia imperia fuerunt, id eft Imperatorum omnium, ad Theodofium iuniorem vfque, & Valentinianum III. Placidiae F. deinde eorum, qui Italiae praefuerunt, ad Romulum vfque, quem Gothorum Reges excipiunt. *Libro II.* continentur Principes conftantinopolitani orientales, poft Theodofium iuniorem Aug. quorum primus Marcia-

nus est. *Libro III.* inueniuntur Imperatores romani, Franci occidentales, & Germani, ad Matthiam vsque Imperatorem. In libris hisce tribus omnibus, numus plerumque duntaxat vnus, sed rarissimus, aut singularis, & quidem *adcurate*, vt Anselmus Bandurius in *Bibliotheca nummaria* p. edit. *parisiensis* in fol. ait, *quamquam sine magno artificio*, in aere, occurrit, sed illud grauissime tuleris, in tanta paucitate numismatum, recens conflata, antiquioribus admista esse, quae quidem eorum, a quibus procusa sunt, fraudem vel ipso conspectu produnt. Ipse OCTAVIVS DE STRADA filius, opus luculentum, cuius insignem raritatem testatur *Thesaurus bibliothecalis* Tom. II. p. 98. & *Catalogus Bibliothecae* salthenianae p. 68. in sermonem convertit teutonicum, & edidit titulo: OCTAVII DE STRADA *aller* Röm. *Kayser Leben vnd Thaten* &c. *mit ihren Bildnüssen vnd Symbolis, aus den ältesten Münzen vnd Antiquitaeten nunmehr durch* OCTAV. DE STRADA *aus dem Latein übersetzt vnd vermehrt, Franckf.* 1618. in fol. vid. *Thesaur. bibliothecal.* & *Catalog. Biblioth.* salthen. ll. citt. Exstat etiam operis latini recentior editio & auctior, ad Ferdinandum vsque II. deducta, & *historia, & serie belli* bohemico-germanici, *& Genealogia Ducum, Archiducum, Regum, & Imperatorum sereniss. familiae* austriacae *locupletata, Francof.* 1629. in fol. Conf. Christiani Gryphii *Apparatus, siue dissertatio isagogica de Scriptoribus historiam seculi XVII. illustrantibus, Lipsiae* 1710. in 8. Cap. II. §. IIX. p. 75. *An genealogia Ducum, & Archiducum* Austriae, ab illa differat, quae Ms. in bibliotheca regia dresdensi adseruatur, ignoramus. Memoratur hoc titulo: *Genealogia Ducum, & Archiducum* Austriae, *additis imaginibus, insignibus & emblematibus, quae cuique, pro tempore, in vsu fuerunt, nec non liberis, vtriusque sexus; appositisque nominibus eorum coniugum, descripta ab* OCTAVIO STRADA *aulae caesareae generoso, & antiquario* in fol. in den *Merkwürdigkeiten der koenigl. Bibliothek zu* Dresden Tom. III p. 81. vbi simul *tabula genealogica*, edita

memo-

memoratur, quae 171. personarum principum imagines, emblemata, & insignia exhibet. Eadem *tabula genealogica, domus* habsburgensis, *Ducum & Archiducum* Austriae, *a Comitibus* Aldebargi, Sigoberto *scilicet primo Comite, anno Christi DCCCX. ad* Rudolphum *vsque II. Imperatorem deducta*, adiuncta est in Bibliotheca caesarea vindobonensi, codici Ms. chartaceo, num. 586. vid. Marquardi Hergott *Genealogia diplomatica augustae gentis* habsburgicae *Viennae* 1731. in fol. form. mai. Tom. I. Prolegomeno IIX. p. LXX. vbi *opus, nullo documento roboratum* adpellat. *Vita* Iulii Caesaris 164. *numis illustrata*, seorsum exstat, in Codice Ms. quem OCTAVIUS STRADA, Christiano Electori saxonico obtulit, & in regia bibliotheca dresdensi, talem prae se fert titulum: *Descriptio* C. Iulii Caesaris, *Pontificis maximi, & Dictatoris perpetui, Consulisque V. vita, & res gestae, vna cum vxoribus, liberis, & parentibus. Eiusque numismata, ex auro, argento, & aere delineata, per* OCTAVIUM STRADA *S. C. M. Aulicum, & Ciuem* romanum. vid. *die Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth.* l. cit. p. 145. quorum auctor, e verbis, quibus STRADA, epistolae dedicatoriae imposuit finem: *hisce Tuam serenissimam Celsitudinem Dei Opt. Max. & filii eius domini nostri* Iesu Christi *curae & tutelae commendo, ipsum summis precibus indefinenter orans, vt Tuam serenissimam Celsitudinem, ad sacrosanctae ecclesiae suae incrementum, & salutem, subditorumque emolumentum, seruet incolumem*, coniicit, OCTAVIUM STRADA tunc temporis Protestantium sacris, fuisse addictum.

LXXII.

PLATINE *historici* liber de vita Christi: ac pontificum omnium: qui hactenus ducenti & viginti duo fuere. in fol. folior. 128.

Editio rarissima, omnium quae exstant secunda, & incorrupta, literis gothicis, tali ratione exscripta est, vt in qualibet pagina, duae columnae, vt typothetae

 loqui

loqui solent, *gespaltne columnen* inueniantur. Fraudulenter autem egisse visus est Antonius Koburger, typographus, qui cum praeter *Probemium* PLATINE *in vitas pontificum ad* Sixtum *IIII. Pontificem maximum*, ex prima etiam editione *veneta, impensis* Iohannis de Colonia agrippinensi, *eiusque socii* Iohannis Manthem de gheretzem *III. Idus Iunii* impressa *anno salutis christiane* 1479. in fol. repeteret Hieronymi Squarzafici, alexandrini, *ad* PLATINAM *epistolam*, vltima eius verba: *quare age magne vir eius quod tibi natura largita est, fac nos participes: qui cupide* Iohannem de Agrippinensi Colonia, *& socium suum* Iohannem Manthem Gheretzem, *optimos quidem viros consulemus, vt scripta tua accuratissime semper imprimant, semper felix vale*, immutauit, & tali ratione expressit: *Quare age magne vir eius quod tibi natura largita est, fac nos participes: quare cupide* Anthonium Koburger *in* Nurenberga *ingeniosum virum consulemus: vt scripta tua accuratissime imprimat. Semper felix vale.* Id sane in causa fuit, vt Halleruordius, Olearius, aliique, rei ignari, editionem *norimbergensem*, omnium esse primam, sibi, aliisque persuaderent. Leguntur in editionis, qua vtimur, fine, haec verba: *Excellentissimi historici* PLATINE *in vitas summorum Pontificum ad* Sixtum IIII. *pontificem maximum praeclarum opus feliciter explicit: accurate castigatum ac impensa* Antonii Koburger Nurenberge *impressum III. idus Augusti consummatum. Anno salutis Xpiane M.CCCCLXXXI.* (1481) *Laus Deo.* Conf. Niceron *Memoires* Tom. IIX. p. 226 sqq. *Merkwürdigkeiten der kœnigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. I. p. 390 sqq. Theophilus Sincerus in der *neuen Sammlung von lauter alten vnd raren Büchern* p. 413. recte quidem hancce editionem secundam esse prodidit, sed errorem admisit, cum omnium primam *Coloniae Agrippinae* 1479. in fol. expressam esse scriberet. Cum editioni primae vrbis, in qua euulgata fuit, non additum fuit nomen, typographi sine dubio Iohannis de Colonia agrippinensi, nomine adductus fuit, vt opus

Colo-

Coloniae editum esse existimaret, sed Michaelis Maittaire *annales typographici* passim docent, Ioannem de Colonia agrippinensi, cum *socio* Ioanne Manthem de Gheretzem, Seculo XV. in vrbe *veneta*, artem typographicam exercuisse.

De BARTHOLOMAEO PLATINA, siue DE SACCHIS, praeter scriptores, quos in *Analectis literariis* p. 691. excitauimus testes, legi merentur Francisci Arisii Cremona *literata*, *Parmae* 1702. Tom. I. p. 310 sqq. Daniel. Guil. Molleri *Dissertatio de* B. PLATINA, *Altorf.* 1694. in 4. P. Baile *Dictionaire historique & critique* Tom. III. p. 2327 sqq. Christ. Franc. Paullini *kurze Lebensbeschreibung des berühmten paebstlichen Scribenten* PLATINAE, in der *Zeitkürzenden erbaulichen Lust Franckf.* 1695. in 8. p. 1124 sqq. Cum insigni asperitate, atque virulentia, PLATINA inuectus esset, in Paullum II. Pontificem rom. eumque delinearet infensissimum literis, & doctis viris hostem, *vindicias pro* Paullo II. *aduersus* PLATINAM, aliosque obtrectatores conscripsit, quem semel, iterum, atque saepius honoris caussa nominauimus, eminentissimus atque illustrissimus Princeps ANGELVS MARIA R.E. Cardinalis Bibliothecarius QVIRINVS, qui multis argumentis demonstrauit, PLATINAM, & reliquos academiae romanae, quam dissipauerat Paullus II. socios, eius furfuris fuisse, seu mores, seu doctrinam spectemus, vt quiduis potius, quam pontificiae beneuolentiae argumenta mererentur. Praemittuntur istae *vindiciae*, eximia eruditione refertae, Angeli canensii *Vitae* Paulli II. *e codice* angelicae *Bibliothecae*, ab eminentissimo Principe, *Romae* 1740. in 4. form. maior. editae. Conf. *Adparat. literar.* Tom. II. p. 1168 sqq.

LXXIII.

Simplex narratio, indicans & exponens, meretriculam quandam Anglam nunquam Papam fuiſſe, neque vnquam in rerum natura extitiſſe; & vnde figmentum illud originem duxiſſe creditur. *Incerto Authore.* Matth. 10. Nihil tam tectum eſt, quod non ſit detegendum, aut tam occultum, quod non ſit cognoſcendum. *Anno M. D. LXXXVIII.* (*1588*) in 4. folior. 8.

Omnem operam, inueſtigando auctori, huius narrationis, raro obuiae, fruſtra impendimus, quamuis eum e Proteſtantium coetu fuiſſe, quaeuis fere pagina doceat. Typographus anonymus talem concinnauit, *ad Lectorem*, praefatiunculam: *Cum exemplaria quaedam mea, nondum excuſa perluſtrarem, offendi hoc ſcriptum, nullo appoſito autoris nomine: neque recordari potui, a quo id mihi traditum eſſet. Nouitas autem tituli me commouit, vt id obiter perlegerem. Re cognita me operae pretium facturum putaui, ſi diuulgarem. Quod autem Authoris nomen appoſitum non ſit, id ſcribae fortaſſis negligentia factam eſſe reor, vt qui ex pluribus aliis huius autoris opuſculis, hunc tractatum ſelegerit, neque omnia a principio deſcripſerit, vbi nomen praeponi ſolebat. Facile enim ex huius ſcripti lectione deprehendi poteſt, authorem, quisquis ille ſit, aut plura ſcripſiſſe, aut multae lectionis eſſe; vel eam ob cauſſam nomen non appoſuiſſe, vt liberior eſſet lectio, & aequior iudicandi ratio: ac velut areopagitice, vt non dicens, ſed quae dicantur obſeruentur, quod praeiudicio perſonae non raro impediri ſolet. Tu igitur eo fruere, donec vel plura nactus, quae autoris nomen praeferant, aut id mihi ab aliquo ſignificetur, & vale.* Auctor vero, quisquis ille demum fuerit, fabulam de Papiſſa Ioanna, cum Aventino, aliisque auctoribus fide dignis, inde natam arbitratur, quod Albertus, locupletiſſimus Etruriae princeps, Rauennam, Bononiam, Romam, in poteſtate habens, ſocrum habuerit, nomine

nomine Theodoram, ſcortum nobile atque imperioſum, Maroziae, atque Theodorae, eiusdem furfuris feminarum matrem, quae tum Romae dominabatur; Ioannemque VIIII. amatorem ſuum, Bononienſibus primo, deinde Rauennatibus, poſtremo Romanis impoſuerit, primariumque ſacerdotem creauerit. Hac ſententia, variorum ſcriptorum teſtimoniis confirmata, in peruerſam Pontificum romanorum, inuehitur viuendi rationem, & inter illos qui poſt Syluestrum romanae eccleſiae praefuerunt, ad Bonifacium vsque III. qui Patriarchae dicebantur, & de primatu gloriabantur, paucos fuiſſe bonos, ſi Caeleſtinum excipiat V. ſcribit, idque inſtituto per contraria, inter Alexandrum VI. & Caeleſtinum V. parallelismo, Geraldi Sagarelli, parmenſis, & Dulcini, nouarienſis, veritatis martyrum effatis confirmat. In Concluſione tandem opuſculi, omni aſſeueratione confirmat, illa, ſe, in nullius gratiam, aut quaeſtus ratione ſcripſiſſe, neque ob querelam illam, in quemquam, ſed ſolius veritatis inquirendi ratione.

LXXIIII.

Vetus Graecia, Illuſtrata ſtudio & opera VBBONIS EMMII *Friſii, Hiſtoriarum & Graecae linguae Profeſſoris in Academia Groningana, ſenio fatiſcentis.* Opus diſtinctum in Tomos tres: Quorum I. deſcriptionem habet regionum, a Graecis habitatarum cum adiunctis inſulis: II. complectitur res geſtas Graecorum: Repraeſentat ſtatum ac formam praecipuarum eius gentis rerum publicarum: Itemque Iudicium Amphictyonicum, & ſolemnes ludos, ſtatis temporibus, apud Graecos recurrentes. *Lugduni Batauorum. Ex officina Bonauenturae & Abrahami Elzeuir. Acad. Typograph.* CIƆIƆCXXVI. (1626) *Cum Priuilegio* in 8. pp. 194. ſi praemiſſa & indicem folior. 23. exceperis.

 Mor-



Mortuus iam erat VBBO EMMIVS anno 1625. aetatis anno LXXIIX. cum hoc opus, cuius insignem testantur raritatem *Bibliotheca* hamburgensis *historica* Centur. VII. p. 292. *Catalogus Bibliothecae* falthenian. p. 395. Samuel. Engel *Catalog. libror. rariss.* p. 54. a filio Wesselo Emmio, cum *epistola* dedicatoria *ad* Abelem Coenders ab Helpen, *reipublicae* groninganae *Consulem*, *academiaeque Curatorem* in lucem ederetur. In *epistola* satis luculenta, & supra quam fas erat, prolixa, de historiae, quae per omnem se exserit vitam humanam, vtilitate disseruit. Libro I. generalia quaedam praemittuntur, de lingua, & institutis veterum Graecorum; de regionis totius, & partium eius situ; de gentis, & populorum antiquitate, quae omnia vel vt εἰσαγωγῆς loco, in reliquum opus esse poterunt. L. II. complectitur Peloponensi descriptionem chorographicam. L. III. complectitur megaricam, atticam, boeoticam, phocicam, & locrensem regionem vtramque. L. IIII. descriptionem Aetoliae, Acarnaniae, Epiri, cum generalibus Illyridis, item Doridis, & Thessaliae. L. V. habet descriptionem orae macedonicae, & Thraciae, secundum mare aegaeum, Hellespontum, Propontidem, Bosporum, Pontum euxinum cum reliqua ora, & ambitu maris pontici. L. VI. exponit maritima Bithyniae, Troiadis, Aeoliae, Ioniae, Cariae, Lyciae, Pamphiliae, vtriusque Ciliciae, admixtis etiam passim quibusdam interioribus, & adiectis quoque nonnullis Syriae, Palaestinae, Aegypti, ac vicinae Assyriae. L. VII. agit de insulis, quas Graeci tenuere. L. IIX. memorantur primum interiora quaedam minoris Asiae, deinde frons Italiae, magna Graecia quondam cum Sicilia dicta, & nonnulla alia Italiae maritima, a Graecis habitata, pauca etiam mediterranea. Accidit heic in parte priore, vt nonnulla, sed pauca admodum Libro VI. obiter dicta, ob locorum vicinitatem repetantur.



Vbbo-

VBBONIS EMMII veteris Graeciae Tomus secundus, Complectens res gestas Graecorum. *Lugd. Bat. Ex officina Bonauenturae & Abrahami Elzeuir. Acad. Typograph.* CIↃ IↃC XXVI. *Cum Priuilegio.* pp. 536. si folia 2. priora, & indicem folior. 16. non numeraueris.

In tres partes diuisus est hic Tomus secundus, quarum prima res veteris Graeciae, ex Herodoto breuiter expositas complectitur, praemissa συνόψει rerum graecarum maxime memorabilium, quae antecessere id tempus, a quo Herodotus perpetuam seriem, historiae suae exorsus est. Secunda continet seriem rerum praecipuarum, ex Thucydide, & tertia denique versatur, in exponendis Graecorum rebus, e Xenophontis libris.

VBBONIS EMMII veteris Graeciae Tomus tertius. Repraesentans Graecorum Respublicas. *Lugduni Batauorum. Ex officina Bonauenturae & Abrahami Elzeuir. Acad. Typograph.* CIↃ IↃC XXVI. *Cum priuilegio.* pp. 519. si folia 2. priora, & index folior. 12. omissus fuerit.

Describitur Tomo III. 1. Respublica atheniensium, 2. respublica Laconum, 3. Respublica carthaginensium, 4. Respublica cretensium, 5. respublica Argiuorum, 6. Respublica Thebanorum, 7. Respublica Corinthiorum, 8. Respublica syracusana, 9. Respublica, & Status Corcyraeorum, 10. Samus, & eius Respublica, 11. Chius & eius status, ac fortuna 12. Respublica & status Rhodiorum, 13. Respublica & fortuna Achaeorum, 14. Respublica & fortuna Aetolorum, 15. Status Acarnanum, 16. Status Epiri, 17. Concilium Amphictyonicum, 18. Status & Respublica massiliensium, 19. Respublica Locrensium in Italia, 20. Lyciorum Respublica in Asia. In Adpendice agitur de inclinatione & interitu reipublicae atticae, spartanae & carthaginensis.

Cuilibet Tomo *Catalogus* praemittitur *Auctorum*, e quorum scriptis narrationes suas congessit VBBO EM-

MIVS, & in cuiuslibet fine reperitur *index Rerum & verborum memorabilium.* Tertius Tomus seorsum recusus fuit *Lugduni Batau. apud Elzevir.* 1632. II. Tom. in 12. qui partem faciunt, sic dictarum *rerum publicarum*, quas *Elzevirii* XXXII. & amplius Tomis euulgarunt. Integrum opus recudendum curauit, ex exemplari, ab ipso auctore, aut editore, filio eius, aucto & correcto Iacobus Gronouius in *Thesauro Antiquit.* graecar. Tom. IIII. col. 85 sqq. qui & ipse nonnunquam operi, medicam adhibuit manum. Recensio succincta legitur in *Bibliotheca* hamburgensi *historica* l. cit. Conf. Centur. VIIII. p. 193 sqq. *Bibliotheca historica* struuiobuderiana Cap. III. §. VI. p. 35. vbi *optimum inter recentiores* esse dicitur, *ex quo plenam rerum publicarum* Graeciae *notitiam capere licet.* Sed opinione decepti fuerant, istius *bibliothecae* auctores, cum omnem VBBONIS EMMII *veterem* Graeciam, *Lugduni Batauor.* 1632. recusam esse existimant. Cum operis maxima pars, ante obitum Auctoris, ad finem, a Typographo esset perducta, valde displicuit ei, quod illud non in folio, vti promiserant, sed in forma, quam vocant octava, exscripserint, & hac ratione, tabulas reddiderint inutiles chorographicas, quas multo studio, multoque labore, ad operis illustrationem composuerat. Aegre praeter ea is tulit, quod impressionem praeter rem distulerint, & ideo effecerint, vt interuenta Egberti filii morte, & corporis infirmitate, impeditus fuerit, vt praefationem, in qua comparationem inter veteris & nouae Graeciae respublicas instituerat, absoluere non posset.

Res ad VBBONEM EMMIVM pertinentes exposuit, scripta recensuit, & historiam controuersiae, quae cum Petro Suffrido ei intercessit, singulari exposuit libello Nicolaus Mulerius, qui schediasma hoc euulgauit titulo: *Elogium* VBBONIS EMMII, *seu narratio brevis, de ortu, vita, scriptis, & morte eiusdem, ab amico contexta, Groningae apud Io. Sassium* 1628. in 4. Henning Wittenius inseruit *Memoriis philosophorum* Dec. V. p. 31 sqq. Adam Menso Isinck addidit *literis & vitae*

tae

tae Mensonis Altingii *ab* VBBONE EMMIO *conscriptae*, quam cum Henrici Altingii *historia de ecclesiis* palatinis, *ex autographo emendata & aucta, nec non breui historia, de reformatione in vrbe* Groninga, & Omlandia, *Groningae* 1728. in 4. in lucem prodire iussit, p. 169 sqq. Exstat praeterea VBBONIS EMMII *vita & imago* inter *imagines & vitas Professorum Academiae* Groningae & Omlandiae, *Groning.* 1654. in fol. p. 39 sqq. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXIII. p. 34 sqq. Io. Friderici Bertram *Parerga historico-literaria Bremae* 1740. in 8. p. 12 sqq. P. Baile *Dictionaire historique & critique* Tom. II. p. 1069 sqq. Io. Franc. Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. II. p. 1149 sqq. *Bibliotheca* hamburgensis *historica* Centur. VII. p. 264. sqq. Paul. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 1520. Thomae-Pope Blount *Censura celebrium Auctorum* p. 917 sqq. De lite, quae ei, a Ioanne Comite oldenburgico, mota fuit, propterea quod in praefat. Decad. III. *rerum* frisicarum, iusto acerbius in Hermannum Hamelmannum, tunc temporis iam mortuum, inuectus fuerat, vid. Io. Geor. Leuckfeldi *Historia* Hamelmanni, *Quedlinburgi* 1721. in 4. §. 42 sqq. p. 130 sqq. De controuersia, quae ei, cum personato D. Andrea Huygelmumzoon intercessit, ob librum, quem titulo: *Grondelicke Onderrichtinghe van de Leere ende den Geest des Hooftketters*, Dauid Joris, *uyt zyne eygene Schriften ende Wercken, met grooter neerstichеyt ende Getrouwicheyt vergadert: Tot waerschouwinge aller Vromen ende Christgeloovigen Herten door* D. VBBONEM EMMEN, *Rector der schole van* Groeningen, &c. *Middelburgh* 1599. euulgauerat, & nostra aetate, in ipso Belgio rarissime inuenitur, vid. die *Nachrichten von einer* hallischen *Bibliothek* Tom. V. p. 249 sqq. 258 sqq.



LXXV.

ALEXANDRI SARDI *Ferrarienſis* de moribus ac ritibus gentium Libri III. Nunc primum in lucem editi. Quod opus quanta rerum varietate refertum, quamque omnibus ingeniis vtile ac neceſſarium ſit, ſequens elenchus & auctoris prooemium indicabunt. *Cum priuilegiis. Venetiis ex officina Stellae Iordani Zilleti* 1557. in 8.

Librum eſſe rarum intelligimus e *Catalogo hiſtoricorum* Freſnoio-menckeniano p. 27. & e *Catalogo Biblioth.* ſalthen. p. 358. & 362. vbi editio *moguntina* 1577. in 8. *ambergenſis* 1599. in 12. & *lipſienſis* 1619. in 12. memoratur. Iſtas omnes ſuperat raritate, editio, cuius exhibuimus titulum omnium prima, & oppido nitida. Omnium fere gentium, ALEXANDER SARDVS, leges, & mores & ritus, qui & pacis & belli tempore, apud eos inualuerant, deſcripſit, ea, qua potuit breuitate, a nuptiis initium faciens, ad funus vsque. Libro III. Cap. XXVII. p. 233 ſqq. auctores nominauit, e quibus deſumſit, quae in his libris tradidit. *Epiſtolam* anteire iuſſit dedicatoriam *ad* Iulium Cananum Adriae *Pontificem*, quam *index rerum*, quae in tribus libris peraguntur, ſequitur. Gaudentius Robertus librum inſeruit, *Miſcellaneis* italicis *eruditis* Tom. II.

De Auctore nihil aliud compertum habemus, quam quod e ciuitate ferrarienſi oriundus, ſeculo XVI. exeunte, Venetiis vixerit, & praeter hunc librum, *de inventoribus rerum*, & *de numis librum*, *in quo priſca* Graecorum *&* Romanorum *pecunia*, *ad noſtri aeris rationem redigitur*, ſcripſerit. Prior nonnullis editionibus libri *de moribus & ritibus gentium*, v. c. *moguntinenſi* 1577. in 8. praeterea, nitidae Polydori Vergilii *de rerum inuentoribus editioni*, *Nouiomagi Batauor. ex typographia Reineri Smetii* 1671. in 12. euulgatae, additus eſt. Poſteriorem libellum inſeruit Ioan. Georgius Graeuius *Theſauro antiquitat.* romanar. Tom. XI. col. 1715 ſqq.

LXXVI.

LXXVI.

IOSEPHI LAVRENTII *Lucensis* Polymathia: siue variae antiquae eruditionis Libri Sex. In quibus ritus antiqui, Romani externi, qua sacri, qua profani, qua publici, qua priuati; Sacrificiorum, Nuptiarum, Comitiorum, Conuiuiorum, Fori, Theatri, Militiae, Triumphi, Funeris, explicantur: Iique e philosophiae, politiae, philologiae adytis eruuntur, prouerbiis, historiis, rebusque criticis illustrati, enucleantur. Cum Indicibus locupletissimis. *Lugduni Sumptibus Laurentii Anisson MDCLXVI.* (1666) *Cum priuilegio Regis.* in fol. pp. 494. si praemissa, & index folior. 39. non numeratus fuerit.

Argumentum titulus prodidit; raritatem testatur *Catalog. Biblioth.* falthenian. p. 191. Libro praemittuntur I. *epistola* dedicatoria, *ad* Carolum Sancta-Maurum, *Ducem* Montauserium. 2. Auctoris *ad Lectorem praefatio*, quae mirabili dicendi genere, quod lipsianum prae se fert genium, concepta est, id quod saltem initium illius docere poterit: *In primum gustum, propoma, in suaue fortasse, candidissime Lector, tibi apposui, Epistolarum primam centuriam, missum,* Laconicum *scilicet; succedat in alterum gustum Polymathia. Centuriare mibi Eclogario in votis quaecumque passim obuia in mea schediasmata relata, horis subseciuis, quae mihi vix, ac ne vix quidem φιλομαθεῖ. Alii feliciori diplomate vsi melius succenturiabunt, ab hac promulside seu alica, Pontificales epulas daturi. Lapides me loqui, quidam obiiciunt, antiquarios; quid tam postea? lapides, fateor, ex antiquitatis ruderibus & parietinis, ad lapidicinas damnatus, in lucem erui, vel in vsum. Hinc scommata, hinc sannae* &c. 3. *Index Dissertationum & synopseon*, in opere contentarum. Liber primus *Dissertationes* XLIIII. Liber secundus XLVIIII. Lber tertius *synopses* XXV. & quartus *synopses* XXIII. complectitur. Quaelibet *dissertatio*

Li-

Libri I. & II. quaelibet *synopsis* libri III. & IIII. viri cuiusdam doctissimi, intra & extra fines Italiae prognati, cui inscribitur, nomen in frontelgerit. Liber V. & VI. neque in *Dissertationes* & *synopses*, neque in *capita* distinctus est, sed ordine alphabetico, ille sacros & profanos ritus, hic sacra, conuiualia, militaria, nuptialia, & funebria complectitur. In fine additur *index rerum & verborum omnium, quae in Polymathia continentur.* Liber quidem rei antiquae studiosis vsui esse poterit, sed maiorem iis auctor vtilitatem adtulisset, si quatuor libris prioribus, fontes maiore sollertia indicauerit, e quibus sua hauserat. Quintus & sextus liber, per indices & lemmata, varias antiquitates congerit, additis auctorum nominibus, qui de iis fusius tractarunt. Daniel Georgius Morhofius, in *Polyhistor. literar.* Cap. XXI. §. 38. p. 244 sqq *placere, istius viri consilium*, ait, *quamquam imperfectum opus, & infinitis modis possit ampliari. Praeter collectanea nihil praestare illum auctorem; raram iudicii adparere vim.* Editione, qua vtimur, alia exstat antiquior, in *duos libros* distincta, admodum imperfecta, *Vicentiae* 1632. in 4. euulgata. Id tamen singulare habet, quod cuilibet *dissertationi*, ad virum doctum, praemiserit *praefationem*, in editione, in folio vt vocant, excusa, omissam, cuius stylus κακόζηλος, auctorem inter Adseclas lipsianos referendum esse, illico prodit. Eodem stylo conscriptae sunt, eius *Epistolarum Centuriae II.* editae *Lucae* anno 1638. Scriptae sunt ad viros, illorum temporum celeberrimos, & nonnunquam quasdam ingenii stricturas prae se ferunt, quae tamen plerumque Auctoris ineptiis commaculantur. Praeter *epistolas*, ab eodem auctore profert Thomas Hyde in *Catalog. Biblioth.* bodleianae Tom. I. p. 389. *Opuscula philologica; videlicet Synopses de prisca religione* Romanorum *& aliorum. Venet.* 1630. Forte haec *opuscula*, inseruit postea nouae editioni *Polymathiae*, quod ii disquirant, quibus vtrumque conferendi librum, facultas concessa fuerit. In *Lexico eruditorum, de Auctore, & libris eius, nibil relatum legimus.*

LXXVII.

LXXVII.

Raccolta di Statue antiche e moderne datta in Luce sotto i gloriosi Auspici della Santita di N. S. Papa Clemente XI. da DOMENICO DE ROSSI Illustrata colle sposizioni a ciascheduna immagine di PAVLO ALLESSANDRO MAFFEI *Patrizio Volterrano e Cav. dell' Ordine di S. Stefano e della Guardia pontificia. In Roma nella Stamperia alla Pace con Privilegio del sommo Pont. e licenza de' Superiori l' anno MDCCIV.* (1704) in fol. form. maximae folior. CLXIII. & 58.

In fine operis splendidissimi, quod in *Catalogo Bibliothecae* menckenianae p. 195. ob insignem raritatem asterisco notatur, haec leguntur typographi verba: *In* Roma *MDCCIV. nella Stamperia di* Gaetano Zenobii, *della santità di nostro Signore* Clemente XI. *Stampatore e Intagliatore.* Praeter titulum libri, & frontispicium, aere expressum, hoc opus CLXI. statuas, partim antiquas, partim recentiores, quae Romae hodie monstrantur, exhibet. Illae a Cl. Randon, Nicol. Dorigny, Gio. Bat. de Poilly, Franc. Aquila, R. V. Auden Aerd, F. Andriot, Gio. Girol. Frezza, tanta arte, tantoque nitore, aere incisae sunt, vt nihil in eo genere desiderari queat. Superuacaneum susciperemus laborem, si omnium heic exhibere statuarum indicem, & palatia, hortosque nominare vellemus, in quibus ista antiquitatis venerandae cimelia, & recentiorum temporum ornamenta adseruantur. Explere suum desiderium poterunt, quibus haec nosse volupe erit, si *Acta eruditorum* lipsiensia an. 1707. p. 385. sqq. euoluerint. Tabulis aere expressis succedunt PAVLLI ALEXANDRI MAFFEI *explicationes* statuarum hetruscae, optimorum auctorum suffragio, passim munitae, quibus id sibi datum esse negotium existimauit, vt nonnullorum antiquariorum errores, atque hallucinationes detegeret, & illis, quae paullo obscurius, ab aliis tradita esse animaduerterat, ex omni re antiqua, lucem adfunderet.



Frontiſpicium praeter ea libri, quod dedicationem ad Clementem XI. ob oculos ponit, & illa paginarum ornamenta, quae Galli *Vignettes* vocare ſolent, e priſcis ſeculis deſumta, *diſcurſibus quatuor*, multa doctrina refertis, libro, in fine additis, explanauit. Ita v. c. *diſcurſu* II. monumentum deſcribit ſepulchrale, quod in vinea Franciſci Monciatti, prope viam oſtienſem repertum fuit, & vt ex inſcriptionibus colligitur, ad gentem attiam pertinuit. *Diſcurſu III.* thermarum Titi, aut quarumuis aliarum ſtructuram, quam in ipſis thermis Titi, delineatam fuiſſe, & inde in librum Commendatoris Caſſiani del Pozzo, quondam transſumtam adfirmat, clariorem reddit Plinii verbis, ex *Epiſtola VI. Libri quinti* transſcriptis, & memoratas ibi thermarum antiquarum partes, balneum nempe, caldarium ſeu laconicum aut ſudatorium, tum tepidarium ac frigidarium, imo, & elaeotheſium ſeu vnctorium, heic quoque ad oculum exhiberi contendit. Hypocauſtum vero ſuppoſitum non concameratis ſaltem cellis prioribus, ſed ahenis etiam ſeu miliariis, triplici ordine locatis, in quibus aqua copioſe colligebatur, ex parte vſum praebuiſſe, ſimul docet, vnde de re balneari veterum ſuccincte & iudicioſe commentandi occaſionem adripit. *Diſcurſu IIII.* exhibet deſcriptionem marmoris, quod in muſeo Alexandri Albani adſeruatur, & praeter Herculem, Mercurium, Gratias, & alia Numina, Aquarum praeſides, eiusmodi inſcriptione ornatum fuit

EPITYNCHANVS. M. AVRELI. CAES. LIB. ET.
A. CVBICVLO. FONTIBVS
ET. NYMPHIS. SANCTISSIMIS. IIIVIVM. EX.
VOTO. RESTITVIT.

Volumini finem facit *Indice delle Materie*. Maxima ſtatuarum, quae heic ob oculos ponuntur, pars, aliis rerum antiquarum collectionibus, v. c. a Bernardo de Montfaucon *antiquitatibus explicatis*, inſerta fuit. Conf. Siegm. Iacob. Baumgartens Viri S. R. *Nachrichten von merkwürdigen Büchern* Tom. III. p. 362 ſqq.



LXXIIX.

LXXIIX.

IVLII CAESARIS BVLENGERI de Circo romano, ludisque circensibus, ac circi & amphitheatri venatione, liber. Cui accessit D. IOAN. CHRYSOSTOMI *Constantinopolitani Archiepiscopi* Oratio de Circo, ex vet. Graeco manusc. excerpta, nusquam hactenus edita; cum eiusdem BVLENGERI interpretatione. Editio prima. *Lutetiae Parisiorum, Apud Robertum Nivelle, via Iacobaea, ad insigne columnarum* CIↃ IↃ IIC (1598) *Cum regis Christianiss. priuilegio* in 8. folior. 160.

Multa scripsit IVLIVS CAESAR BVLENGERVS, iuliodunensis, Theologiae Doctor, & Societatis Iesu Presbyter, *opuscula*, quibus res antiquas, romanas praesertim illustrauit, quae omnia in pretio sunt, & a rei antiquae amatoribus studiose conquiri solent, quamvis non nisi rarissime, vnum ex illis alterumue, se emtoribus offerre soleat. Habemus, vt alios taceamus, raritatis testes, *Catalog. Biblioth.* salthen. p. 262. David Clement V. Cl. *Bibliotheque curieuse historique & critique de livres difficiles à trouver* Tom. V. *Hannover* 1754 p. 410. Posterior nos docuit, libri, cuius adscripsimus titulum, exstare exemplaria, quae *Lutetiae Parisiorum, impensis A. Saugrain & G. des Rues in vico D. Ioannis Bellouacensis*, eodem anno 1598. impressa dicuntur. Exemplo, quod manibus versari licuit, duplex praefigitur *epistola* dedicatoria, altera *ad* Reginaldum Belnaeum, *Archiepiscopum, Primatem, & Patriarcham* bituricensem, *designatum* senonensem, *magnum* Galliae *Eleemosynarium*, *& sacri Consistorii adsessorem*, qua, nomine illius CHRYSOSTOMI *orationem* inscripsit; altera *ad* Seruinum, *in senatu* parisiensi *advocatum*, qua, ea quae *de Circo* commentatus est, sacra ei esse voluit. In posteriore Mauricii, Leonis porphyrogennetae, Onosandri, Heronis, & aliorum, qui antea latuerant, *strategica, poliorcetica*, & *mechanica*, sub eiusdem Seruini auspiciis, breui se editurum, promisit, pro-



missis tamen, quod nos quidem sciamus, nunquam stetit. Qua ratione argumentum suum *de Circo & ludis circensibus* tractauerit BVLENGERVS, ex Capitum elencho, optime intelligi poterit. Agitur nimirum

XXXIIII.

XXXIIII. *de viis, baltheis, cathedris cuneorum.*
XXXV. *de sessione & gradibus.*
XXXVI. *de honore in circo viris fortibus delato.*
XXXVII. *de reliquo ornatu circi.*
XXXIIX. *de pompa circi.*
XXXVIIII. *de Circensium studio.*
XL. *de editoribus.*
XLI. *de Circensibus priuatis.*
XLII. *qui Circenses ederent.*
XLIII. *de habitu editoris.*
XLIIII. *de familia quadrigaria.*
XLV. *de spectatoribus.*
XLVI. *an pileati, & discalceati spectarent?*
XLVII. *de factionibus.*
XLIIX. *de coloribus.*
XLVIIII. *Aurigae an infames?*
L. *An equi de publico ederentur.*
LI. *de agitatoribus miliariis.*
LII. *de insignibus agitatorum.*
LIII. *de elogiis agitatorum, & de iugis.*
LIIII. *de praemiis.*
LV. *de missilibus Circi, scortis, mathematicis, furtis.*
LVI. *de singularibus equis, & singulatoribus.*
LVII. *de paribus equis.*
LIIX. *de funariis equis.*
LVIIII. *de studio alendorum equorum.*

CHRYSOSTOMI *de Circo homilia*, cum versione latina, & nonnullis adnotationibus instructa, inserta fuit a Frontone Ducaeo, *Operibus* IOANNIS CHRYSOSTOMI Tomo VI. p. 409 sqq. & ab Henrico Savile Tom. VI. p. 974 sqq. Exstat IVLII CAESAR. BVLENGERI *de Circo* libellus, in opusculorum collectione admodum rara, quae ornata titulo, in lucem exiit IVLII CAESARIS BVLENGERI Iuliodunensis, *Doctoris Theologiae Opusculorum systema, duobus Tomis digestum: Prior continet libros tres de instrumento templorum, in quorum primo agitur de veste pontificum, episcoporum, & sacerdotum: in secundo de donariis: in tertio de forma templorum, in quibus difficillima quaeque in* Anastasii Bibliothecarii *libro de vitis*

 tis

tis pontificum explicantur; opus a nemine adhuc tentatum. Praeterea alios de tota ratione diuinationis; de oraculis, sortibus, auguriis, & auspiciis: de ominibus & prodigiis: de terrae motu & fulminibus: de magia licita, & vetita: qui omnes antehac lucem non viderunt. Posterior complectitur libros de triumpho: de Circo romano, *ludisque circensibus: de Theatro, & de venatione Circi. Nunc demum hoc ordine in lucem editum, atque in posteriori volumine ab ipso Auctore sedulo, & accurate auctum & recognitum, duplicique locupletissimo indice exornatum.* Tom. I. & II. *Lugduni sumptibus Antonii Pillehotte, sub signo sanctissimae Trinitatis* 1621. *cum priuilegio Regis*, in fol. Legitur Tom. II. p. 73 sqq. Inseruit etiam librum Io. Georg. Graeuius Tom. VIIII. *Thesauri Antiquitat.* romanar. col. 575 sqq. omissa tamen CHRYSOSTOMI *homilia*, & dedicatoria ad Seruinum *epistola.* Multis tamen in locis auctiores, & emendatiores sunt editiones posteriores, vbi etiam Cap. LI. *fragmentum veteris Inscriptionis, quae in basilica Principis Apostolorum de vrbe, in tabula marmorea visitur*, in qua multorum Equorum circensium nomina inscripta sunt, insertum, & in fine libelli, *Tractatus de Equis* additus fuit.

LXXVIIII.

IVLI CAESARIS BVLENGERI *Iuliodunensis* Liber de venatione Circi, & Amphitheatri. Editio prima. *Parisiis apud Robertum Niuelle, via Iacobaea ad insigne columnarum.* CIↃ.IↃ.IIC. (1598) *Non sine priuilegio Regis.* in 8. pp. 175. exceptis foliis 4. prioribus.

Iam in libri, quem modo descripsimus, titulo, *de venatione circi, & amphitheatri* librum, vna prodire, indicauerat IVL. CAESAR BVLENGERVS, sed in *praefatione ad lectorem*, se negotiorum vndis oppressum, docentem, concionantem, & scripta eorum, qui de fide, parum catholice sentiunt, oppugnantem, vno tempore, cum

cum libro *de circo* romano, hunc *de venatione*, vt quidem cogitauerit, edere non potuisse, ait. Rogat in eadem praefatiuncula lectores, ne durius accipiant, si qua perturbata, nonnulla alieno loco, quaedam parum limata & integra reperient, propter ea quod christianissimi regis imperium, a literis eum auocauerit, & ab instituto cursu ad arma & aulam abripuerit, vt sacris concionibus daret operam, & omnia, quae in manibus essent, in medio cursu abrumpere deberet, & proiicere, cum vix operi caput & pedes constarent. Dicauit libellum Villaregio, *Christianiss.* Franciae *Regis, regnique a secretis, sacri consistorii Adsessori.* Capitum quibus omnis liber absoluitur, XXXIIX. argumenta haec sunt.

I. Auctoris *votum, seu totius operis praefatio.* Optat vt homines excellentes ingeniis, narrationem *de venatione circi*, quam multi tentauerint, plures promiserint, & plurimi exspectare iusserint, in publicum edere aliquando velint, cum ipse admodum imparem se esse sentiat, vt derelictam a caeteris prouinciam occupare queat.

II. *De venatione syluatica.*

III. *De venatione* persica.

IIII. *De aucupio.*

V. *De venatione amphitheatri.*

VI. *Origo venationum*, quam a suppliciis, aut certe a funeribus, deductam esse ait.

VII. *Quibus diis sacra.*

IIX. *Venatio vnde dicta?*

VIIII. *De loco vbi venationes editae.*

X. *De amphitheatro.*

XI. *De caussa.*

XII. *Moderatos viros, maxime christianos abhorruisse ab hoc spectaculo.*

XIII. *Qui venationem ediderint.*

XIIII. *De sumptu & venatoribus.*

XV. *De largitionibus, & reliquo sumptu in venatores.*

XVI. *De captura ferarum.*

XVII. *De cautis.*



XIIX. *De aduectione ferarum.*
XVIIII. *Quae ferae ederentur.*
XX. *De ferarum vocibus.*
XXI. *De mansuetariis.*
XXII. *De irritandis feris.*
XXIII. *Quae res feris terriculo sint.*
XXIIII. *De venatione direptionis.*
XXV. *De ludicro incruento ferarum.*
XXVI. *Cruenta ferarum inter se congressio.*
XXVII. *De cruenta hominum cum feris pugna.*
XXIIX. *De iis, quae venabulo exciperent.*
XXVIIII. *De pugna venatorum inermi.*
XXX. *De bestiariis.*
XXXI. *Qui feris obiicerentur.*
XXXII. *De seruis & transfugis.*
XXXIII. *Quam graue supplicium fuerit damnari ad bestias.*
XXXIIII. *De matutino spectaculo.*
XXXV. *De iis, qui exhorruerunt, id genus supplicii.*
XXXVI. *Bestiarii sine missione.*
XXXVII. *Nobiles deputati ad ludum.*
XXXIIX. *An infames fuerint bestiarii.*

Exemplaria exstare huius libelli, qui *Lutetiae Parisiorum, impensis A. Saugrain & G. des Rues, in vico D. Ioannis bellouacensis* 1598 excusa, in titulo dicuntur, legimus in Cl. Dauid Clement *Bibliotheque curieuse historique & critique de livres difficiles à trouver* Tom. V. p. 411. In *Systemate opusculorum* BVLENGERI, occurrit Tom. II. p. 397 sqq. In Io. Georg. Graeuii *Thesauro antiquitatum* romanar. locum inuenit Tom. VIIII. col. 749 sqq. emendatum, & *tractatu de elephantis* auctum, quamuis *epistola* dedicatoria, & *praefatiuncula ad lectorem* omissa fuerit.

XXC.

IVLII CAESARIS BVLENGERI *Iuliodunensis* de Theatro, ludisque scenicis libri duo. Editio prima. *Tricassibus, Ex typis Petri Chevillot MDCIII.* (1603)

(1603) *Cum Priuilegio Regis.* in 8. folior. 254. exceptis praemissis, & indice folior. 45.

Inscripsit IVLIVS CAESAR BVLENGERVS, librum nomine Ioachimi a Dinteville, *vtriusque regii exercitus, equitis torquati*, Campaniae *&* Briae *vicarii, eidemque sacri Consistorii Consiliarii.* In *praefatiuncula ad Lectorem*, inquirit in verba *hymni*, qui apud Senones, festo trium regum accini solet:

Thus Deo, myrrham trochleten humando,
Bracteas Regi chryseas decenti.

Discedit a Clichtouaei sententia, qui per *myrrham trochleten*, guttas myrrhae rotundas intelligi, a voce *cochlea* siue τροχαλος *rotundas*, adfirmauit, &

Thus Deo, myrrham, trogloditem *humando*

legendum existimat, e verbis Plinii, qui scribit libr. XII. *Histor. natural.* C. XVI. *probari* trogloditicam *myrrham, propter ea quod pinguitudine, & adspectu aridior, sordidaque ac barbara, sed acrior sit caeteris.* Isti sententiae, non obstare scribit, quod Graeci Troglodytas, per ω scribant, latinis esse in more positum, vt ex Sidonio & Prudentio adparet, vt cum a Graecis voces desumant, ω in o breue saepissime mutent. *Praefationem* sequuntur, varia *carmina* encomiastica latina, & graeca, in IVL. CAESAREM BVLENGERVM, eiusque librum composita, a Io. Dacier B. Doctore medico parisiensi, Io. Caussino, Doctore medico, Nicolao Caussino, Iano Pimontio, suessionensi, A. Drouotio, trecensi S. Theologiae *bachalaureo* parisiensi. Tractationem ipsam praecedit *descriptio theatri* romani, *&* graeci, cum figura theatri aere expressa. Liber *de theatro* primus, capitibus absoluitur LV. quibus eiusmodi argumenta praefiguntur.

Cap. I. *De ludorum theatralium, & scenicorum origine.*
II. *De auctore tragoediae, & comoediae.*
III. *De tragoedia, & comoedia.*
IIII. *Quid sit, & quotuplex tragoedia?*
V. *De vetere comoedia.*
VI. *Origo Satyrae ex* Diomede, *& aliis.*

XXV.



XXV. *De foraminibus tibiae.*
XXVI. *De tibiarum varietate.*
XXVII. *De variis tibiarum modis.*
XXIIX. *De nomis tibicinum.*
XXVIIII. *De tibiae cantu.*
XXX. *De Pythaule, & Pithaule.*
XXXI. *De panduria.*
XXXII. *De hydraule.*
XXXIII. *De organis.*
XXXIIII. *De sorte tibicinum, & citharoedorum.*
XXXV. *De vtriculariis.*
XXXVI. *De cithara.*
XXXVII. *De cithara, lyra, chely.*
XXXIIX. *De partibus citharae.*
XXXVIIII. *Quomodo cithara pulsaretur?*
XL. *De habitu citharoedi.*
XLI. *De citharae sonis.*
XLII. *De legibus citharoedorum in theatro.*
XLIII. *De nomis citharoedicis.*

Inseruit librum abiectis praemissis *Systemati Opusculorum* Tom. II. p. 217 sqq. & Io. Georg. Graeuius *Thesauro antiquitat.* romanar. Tom. VIIII. col. 825 sqq. quae editiones non solum eo nomine meliores censendae sunt, quod tot typothetarum erroribus, quibus prima scatet, non sint deformatae, sed etiam quod libro I. quatuor capita inserta, & libro II. sex capita addita fuerint, quae in editione prima non leguntur. Noua primi libri capita, post caput secundum inserta fuere, nimirum

Cap. III. *De harmonia, rhythmo, metro.*
IIII. *De poematum, & canticorum adpellatione.*
V. *De scriptoribus historiae dramaticae.*
VI. *De fabulis* graecis, *&* latinis.

Cap. VIIII. *De Satyra, Sillis, & Atellanis,* quod in editione prima quintum est, & inscribitur *Origo satyrae ex* Diomede, *& aliis,* in *systemate opusculorum* & in *editione graeuiana,* multo prolixius est, quod & in aliis vtriusque libri capitibus factum est, vbi alia addita, alia omissa, alia mutata & aliter posita conspeximus. Capita libro secundo addita, sunt

XLIIII.

XLIIII. *De psalterio.*
XLV. *De barbito & trigono.*
XLVI. *De crotalo.*
XLVII. *De sambuca.*
XLIIX. *De sistro.*
XLVIIII. *De versu heroico, iambico, & lyrico.*

Miramur autem, quod *additiones & emendationes*, quae in prima editione, fol. 244 sqq. *adpendicem* constituunt, in *editione graeuiana* suis locis non insertae, sed plane omissae fuerint.

XXCI.

* IVLII CAESARIS BVLENGERI *Lodunensis, Doctoris Theologi, & in Academia pisana Professoris*, de Imperatore & Imperio romano Libri XII. Quorum tres priores de insignibus imperii, purpura, diademate, corona, igne, fortuna aurea, imaginibus, infulis &c. Nouem vero posteriores, de dignitatibus & officiis, vtriusque Imperii, occidentis, & orientis, seruato Imperatorum, a quibus officia quaeque instituta sunt, ordine, tractant. Adiectae sunt pro cumulo, de officiis regni Galliae, tum magnae Ecclesiae Constantinopoleos, Appendices duae, non illaudabiles. *Lugduni, apud Haeredes Gulielmi Rouillii M. DC. XVIII.* (1618) *cum Licentia & Priuilegio.* in fol. pp. 756. & 30. non numeratis dedicationibus & indicibus.

Tres operis admodum rari *libros priores*, cum *dedicatione ad* Cosmum II. de Medicis, euulgauerat IVLIVS CAESAR BVLENGERVS, *Paris.* 1614 in fol. quos cum in librariorum tabernis euanescerent, recudendos curauit *Lugduni* 1618. in fol. iisque *nouem libros*, hoc titulo addidit: IVLII CAESARIS BVLENGERI, lodunensis, *Doctoris theologi, & in Academia* pisana *Professoris, libri Nouem; quorum octo de dignitatibus & officiis vtriusque imperii, Orientis & Occidentis,*

tis, seruato Imperatorum, a quibus officia quaeque instituta sunt, ordine, dilucide tractant. Postremo vero libro vectigalia vtriusque Imperii omnia, docte subducuntur. Accessere de officiis regni Galliae, *tum magnae Ecclesiae* Constantinopoleos *Appendices duae, non illaudabiles. Lugduni apud haeredes Gulielmi Rouillii. M.DC.XVIII. Cum licentia & priuilegio.* Inscripsit hos nouem libros nomine Caroli de Medicis R. E. *Cardinalis.* In epistola dedicatoria inter alia haec legimus: *Scripseram superioribus annis —— paulo ante quam in* Hetruriam *venirem*, tres libros de Imperatoris Romani titulis, *& eos* Cosmo II. Medices —— *fratri tuo, cuius vocatu, in* Italiam *veniebam, inscripseram; qui libri tam praecipiti negotiatione per* Europam *dispersi sunt, vt iam apud typographos nulli reperiantur. In* Hetruriam *postquam veni*, nouem libros de dignitatibus & officiis vtriusque imperii, occidentis, & orientis *scripsi, seruato Imperatorum a quibus officia quaeque instituta sunt, ordine. Ex veteribus inscriptionibus pleraque recensui, & postremo libro vectigalia vtriusque Imperii omnia subduxi —— Multa ex notitia Imperii* romani *hausi, multa ex* Cassiodoro, Symmacho, Sidonio, Codino; *plurima ex codicibus* Theodosii, *&* Iustiniani; *pleraque ex* Constantino porphyrogenneto, *& aliis cum* graecis, *tum* latinis *auctoribus* —— *Omnes quaecunque toto terrarum orbe dignitates hodie vsurpantur, aut instituuntur, ex vtriusque Imperii notitia velvt perenni fonte deriuatae sunt*, &c. *Adpendices duae*, vt ab auctore vocantur, *non illaudabiles*, 30. complent paginas. I. agitur *de officiis regni* Galliae p. 1-16. II. *de officiis ecclesiasticis, ecclesiae magnae* Constantinop. p. 17-30. Conf. Dauid Clement Viri Cl. *Bibliotheque curieuse, historique & critique, de Livres difficiles à trouver* Tom. V. p. 402 sqq. vbi non solum hoc BVLENGERI opus, sed etiam alii eius libri maxima sollertia, atque adcuratione describuntur.

Vitam IVLII CAESARIS BVLENGERI, Iuliodunensis, siue Lodunensis, (*Loudun*) anno 1628. aetatis LXX. mortui descripserunt Nathanael Sorwel in *Biblio-*

bliotheca Scriptorum Societatis Iesu, Romae 1676. in fol. p. 530 sqq. & Daniel Guil. Mollerus, in *Dissertat. de* IVLIO CAESARE BVLENGERO *Altorf.* 1691. in 4. Ipse BVLENGERVS, quamdam vitae suae rationem reddidit, in *praefatione* Tomi I. *Systematis opusculorum*, e qua haec adscribimus: *B. Lector, scire Te velim, me iuuenem voto religionis obstrictum totos duodecim annos in societate* Iesu *posuisse, vbi siquid in literis scio, quantulumcunque illud est, didicisse me profiteor. Nam & literis theologicis in ea societate imbutus sum, & veteres patres* graecos & latinos, *atque adeo profanos auctores diligenter legi, & enotaui: voto solutus sum ex priuilegio eiusdem societatis, annuente Reuer. Patre Generali per caussam domesticae pietatis, cum mihi pater fratresque relictis pluribus filiis impuberibus obiissent, vrgente matre, vt eorum aetatulae consulerem, & studia literarum promouerem. Hoc igitur pietatis officium, per viginti amplius annos impleui, vt* Parisiis, Tolosae, *& in aliis academiis, eorum studia fouerem, aleremque, cum autem illi aetate iam integra, vel vxores duxissent, vel suis rebus consuluissent, &* Pisis *docendi munus obireni vocatu Sereniss. Magni* Etruriae *Ducis, per triennium cum Patribus Societatis per litteras egi, vt mihi postliminio in eamdem societatem reditus pateret, & quasi natalibus redderet —— Quae gratia cum mihi humanitate & beneficentia R. P. Generalis facta esset, in eamdem societatem magno animo laetus lubens de integro me in perpetuum dicaui —— In* Pisana *academia sex totos annos posui, cum stipendii, & muneris mei tempus, quinque tantum annis definitum esset; quod vbi confectum esse animaduerti, veluti miles emeritus, confectis stipendiis missionem petii, quae mihi benigne a Ser. Magno* Etruriae *Duce indulta est* &c. Insigne παρόραμα se prodit in Conrad. Samuel. Schurzfleischii *Introductione in notitiam Scriptorum* P. III. *Vitembergae* 1737. in 8. p. 326. vbi IVLIVS CAESAR BVLENGERVS, *medicus, & polyhistor longe doctissimus* adpellatur. Nunquam enim is medicinam exercuit, sed per omnem vitam suam, concionibus habendis, libris philologicis & theologicis conscribendis, & scripturae sacrae explicandae dedit operam.

XXCII.

XXCII.

Commentarius de magiſtratibus Pop. Rom. ex variis Authoribus collectus. Ad Reipub. Rom. ſtatum cognoſcendum apprime vtilis & neceſſarius. Opera CL. PREVOTII *vxellodunenſ.* ab eius obitu in lucem editus. *Lauſannae. Excudebat Franciſcus le Preux, Illuſtriſſ. D. Bernenſium Typographus MDLXXIX.* (1579) in 8. pp. 188. except. 3. fol. prioribus, & 2. fol. poſterioribus.

Editionem libri haud adeo frequentis exſtare *Lauſannae* 1578. in 8. euulgatam, nonſolum teſtatur Thom. Hyde in *Catalog. Biblioth.* bodleian. Tom. II. p. 77. Albertus Henric. de Sallengre in *praefatione* Tom. III. *Noui Theſauri Antiquitat. romanar.* ſed id etiam ex *epiſtola* dedicatoria colligimus, a typographo Ioanne le Preux *ad* Nicolaum de Graffenried, *reipubl.* bernenſis *Quaeſtorem aerarium*, Lauſannae *d. 15. Febr. 1578.* ſcripta. Omnis liber, in quo reipublicae romanae gubernandae ratio exponitur, & magiſtratus, qui illi praefuerunt, ab vrbe condita, ad tempora vſque Caii Iulii, qui dictaturam perpetuam inuaſit, deſcribuntur, in XVII. diſtinctus eſt capita, quorum

I. agitur *de populo* romano, in quo exhibetur adcurata valde tabula, quae continet numerum, centurias, arma & tela cenſuum & claſſium, in quas Seruius Tullius olim populum romanum diuiſit. Nonnulla deinde praemittuntur, de Comitiis, ciuibus romanis, Coloniis, & Municipiis.

II. *de regno, & magiſtratuum poteſtate.*

III. *de interrege, & interregno.*

IIII. *de Senatoribus.*

V. *de Coſſ. & eorum poteſtate.*

VI. *de Praefecto vrbis, annonae, vigilum, militum, legionum, fabrorum, caſtrorum, praetorio.*

VII. *de Praetoribus.*

IIX. *de Dictatore, & magiſtro equitum.*

VIIII. *de Tribunis plebis.*

X. *de Censoribus.*
XI. *de Aedilibus.*
XII. *de Tribunis militum.*
XIII. *de Tribunis aerariis.*
XIIII. *de Quaestoribus.*
XV. *de Proconsulibus.*
XVI. *de Legato Proconsulis.*
XVII. *de Decemuiris, legum authoribus.*

In fine additur Romanorum *magistratuum* breuis *chronologia*, Auctorum, qui in libro citantur, & Capitum XVII. Elenchus. Inseruit librum Albertus Henricus de Sallengre *nouo Thesauro Antiquit.* romanar. Tom. III. *Hagae* 1719. in fol. col. 1041 sqq.

De Auctore, ex vrbe vxellodunensi (*Cadenac en Quercy*) oriundo, qui in *Lexico eruditorum* omissus fuit, nihil compertum habemus.

XXCIII.

Doctissimi viri NICOLAI GRVCHII *Rotomagensis*, de Comitiis Romanorum Libri tres. His accessit Rerum & Verborum in his memorabilium copiosissima & accuratissima diligentia conquisitus index. *Venetiis apud Franciscum Bindonum* 1558. in 8. pp. 272. si index folior. 27. non numeratus fuerit.

Editio nitidissime excusa, nostra aetate, raro in conspectum venit. Prima, & omnium rarissima editio lucem adspexerat, *Lutetiae ex officina typographica Michaelis Vascosani* 1555. in fol. Si *Catalogo Bibliothecae* menckenianae p. 189. fides habenda est, editio etiam exstat *veneta* 1559. in 8. In *praefatione*, de Comitiis generatim disserit, eamque potissimum se esse persequutum rationem scribit, quae ante occupatam ab Imperatoribus rempublicam, & in primis Ciceronis tempore obseruabatur. Primus liber est *de Comitiis centuriatis*, secundus *de tributis*, tertius *de Curiatis*. Quemlibet librum, in sex descripsit capita, ea quidem ratio-

ne, vt primum doceat, quae essent singula illa comitia; tum quae & quot essent caussae comitiorum habendorum; tum per quas personas peragerentur, deinde quis esset singulorum comitiorum modus; posthaec de loco, vbi comitia fierent, egit, & postremo de tempore habendorum comitiorum disseruit. Cum Carolus Sigonius, in libris, *de antiquo iure ciuium* romanorum, *Venetiis*, prima vice *apud Iordanam Zilletum* 1560. editis, nonnulla GRVCHII loca expenderet, & ab eius sententia, quam *de binis magistratuum comitiis*, & *de lege curiata*, protulerat, discederet, grauis exarsit, inter hosce duos viros doctissimos, contentio. NICOLAVS sane GRVCHIVS librum aduersus Sigonium euulgauit, hoc titulo insignitum: *Doctissimi viri* NICOLAI GRVCHII *responsio, ad binas* Caroli Sigonii *reprehensiones: vnam de binis magistratuum comitiis: alteram de lege curiata, Paris.* 1565. in 8. in quibus, ea, quae Sigonius in medium protulerat, confutauit. Respondit GRVCHIO Sigonius in libro, qui hunc prae se fert titulum: Caroli Sigonii *de binis comitiis, & lege curiata, posterior cum* NICOLAO GRVCHIO *disputatio. Venetiis* 1566. Data hac responsione, GRVCHIVS non adquieuit, sed litem continuauit, & euulgauit *Refutationem ad posteriorem* Caroli Sigonii *de binis magistratuum* romanorum *comitiis, & de lege curiata disputationem, Paris. apud Iacobum du Puys* 1567. in 8. in qua seposita omni modestia, adeo saeuo, atque impudenti animo, Sigonium perstrinxit, vt quodam etiam in loco, pro summo illi beneficio tribuat, quod non asperius illum atque contumeliosius adpellauerit. Hac igitur re permotus Sigonius, nouum in vulgus edidit librum, qui, vti nos quidem sciamus, omnem controuersiam diremit. Hoc ornatus fuit titulo: Caroli Sigonii *de lege curiata magistratuum, & Imperatorum, & iure eorum, liber ad* NICOLAVM GRVCHIVM, *Venetiis apud Iulium Tamburinum* 1569. in 4. Cum scripta ista eristica, rei quidem, cognitione dignissimae, sed spissis nebulis, ante hanc controuersiam obfuscatae, lucem adfunderent clarissimam, admodum autem inuentu essent diffi-

cilia,

cilia, insignem, a rei antiquariae studiosis, iniit gratiam Ioannes Georg. Graeuius, quod illa omnia *Thesauro Antiquitatum* romanar. Tom. I. col. 39 sqq. & 531 sqq. insereret. Exstat etiam NICOLAI GRVCHII *de comitiis* Romanorum liber, in Ioan. Godeschalci Clausingii *Iure publico* Romanorum, *Lemgouiae* 1726. in 8. Caroli Sigonii vero scripta, cum eius *Operibus* euulgata fuerunt. Lusit in hanc controuersiam, epigrammate latino Q. Septimius Florens Christianus:

Antiquata iacent veteris quae culmina Romae
Fractaque disiectis moenia ruderibus,
Et linguae accusant, & barbara proelia dextrae,
Sic vt vix sit pes, quod fuit ante caput.
At nunc doctarum linguarum mite duellum,
Et caedes hosti non nocitura suo,
Instaurat Romam, *quae vos,* GRVCHI *atque* Sigoni,
Mauult, quam pacem, bella mouere sibi.

Leguntur etiam, in eamdem controuersiam duo Iani Monlambirii epigrammata graeca, in NICOLAI GRVCHII *refutatione, ad posteriorem* Caroli Sigonii *disputationem*, apud Io. Georg. Graeuium l. cit. col. 755. Scripsit praeter ea in GRVCHII *de Comitiis* librum, nonnullas *obseruationes & correctiones* Latinus Latinius, quae leguntur in eius *Bibliotheca sacra & profana, Rom.* 1677. in fol. Tom. II. p. 30 sqq. & in Ioan. Georg. Graeuii *praefatione* Tomi I. *Thesaur. antiquit.* romanar. Caeterum NICOLAVM GRVCHIVM, ad rixas & contentiones, animo valde fuisse propensum, patet ex elogio, quod ei scripsit Scaeuola Sammarthanus, in *Elogiis* Gallorum, p. 95 sqq. edit. *isenacens.* 1722. in 8. Mortuus est Rupellae anno 1572. vid. Iacob. August. Thuani *Histor.* L. LVI. Parte II. edit. *francofurtens.* 1614. in 8. p. 1156.

XXCIIII.

IACOBI PHILIPPI TOMASINI *Sancti Georgii ab Alga Venetiarum Canonici Secularis,* de Donariis ac Tabellis votiuis Liber singularis. Ad Eminen-

nentiss. Principem Franciscum Barberinum S. R. E. Cardinalem & Vice-Cancellarium. *Vtini, M.DC.XXXIX.* (1639). *Ex Typographia Nicolai Schiratti. Superiorum permissu.* in 4. pp. 226. exceptis praemissis & indicibus folior. 15.

IACOBI PHILIPPI THOMASINI scripta fere omnia, rariora, & in hisce oris paullo infrequentiora, magno labore, & sumtu conquirenda esse, adfirmauit Ioannes Vogtius in *Catalog. historico-critico librorum rarior.* p. 683. Cum TOMASINVS *commentationem, de* Petri aponensis *natalibus, & vitae studiis* meditaretur, & hanc ob caussam in vicinum vrbis patauinae Aponum, cum aliquot amicis, Ioanne scilicet Weslingio, Anatomes in gymnasio patauino Professore, Gabriel. Naudaeo, & Ioann. Rhodio, medico, philologo, & antiquario Dano, itineris comitibus, concederet, templumque Mariae virginis, ad montis Ortonis radices exstructum, multisque tabellis votiuis, vestibus, ensibus, scutis, galeis, vexillis, carminibus, imaginibus, statuis, aliisque eiusmodi rebus exornatum, inuiseret, id occasionem iis praebuit, de donariorum apud veteres, origine, & vsu colloquendi, quae postea TOMASINVS, Patauium reuersus paullo curatius expendit, & istum, qui ante oculos versatur, librum edidit. Dicauit eum auctor patrono suo Francisco Barberino, R. E. *Cardinali & Vicecancellario.* Dedicationem excipiunt Octauii Ferrarii *ad* IACOBVM PHILIP. TOMASINVM, quae eius elogium complectitur, *epistola*, scripta Patauii *X. Kal. Octobr.* 1638. & Io. Bapt. Veri I. V. D. & Matthaei Vayra Phil. & Med. D. ad TOMASINVM *carmina* latina encomiastica.

Capite I. ponitur ob oculos *Occasio operis, & nominis ratio.*

II. *Donariorum materia.*

III. *Donariorum species diuersae.*

IIII. agitur *de ludis, decimis, hecatombis, aliisque donis ad vota spectantibus.*

V. *De diuersa vouendi ratione.*

VI. *De*

VI. *De loco Anathematum.*
VII. *De tabellis votiuis.*
IIX. *De votis genio & laribus dicatis.*
VIIII. *De votis natalitiis.*
X. *De votis parentum pro filiis.*
XI. *De puerorum votis, & praecipue capillitiis.*
XII. *De virginum votis.*
XIII. *De nuptarum votis.*
XIIII. *De parturientium votis.*
XV. *De Coniugum votis.*
XVI. *De votis amatoriis.*
XVII. *De votis populi pro principe.*
XIIX. *De votis pro patria, pro imperio, pro ciuibus.*
XVIIII. *De donariis diis oblatis, ab imperatoribus, ante & post bellum.*
XX. *De triumphantium ac militum donariis.*
XXI. *De eruditorum votis.*
XXII. *De votis laborantium.*
XXIII. *De nauigantium & nautarum votis.*
XXIIII. *De agricolarum & villicorum votis.*
XXV. *De vinitorum votis.*
XXVI. *De votis nymphis oblatis.*
XXVII. *De hortos colentium votis.*
XXIIX. *De pastorum votis.*
XXVIIII. *De venatorum votis.*
XXX. *De aurigarum votis.*
XXXI. *De piscatorum votis.*
XXXII. *De artificum donariis.*
XXXIII. *De votis pro aegrotantium salute.*
XXXIIII. *De senectutis votis.*
XXXV. *De votis diis manibus oblatis.*
XXXVI. *De seruorum & ancillarum votis.*
XXXVII. *De gladiatorum donis, & munificentia veterum in gymnasium.*
XXXIIX. *De votis immanibus ac nefariis.*
XXXVIIII. *De votis temerariis & iocosis.*
XXXX. *De votis sceleratis.*
XXXXI. *De donariis mulctatitiis,* &
XXXXII. *De sacris nostri aeui donariis.*

 Hisce

Hisce capitibus adiecit p. 211 sqq. *Auctariolum*, quod nonnullas additiones & inprimis Ioannis Argoli, *de templo* Dianae nemorensis, *ad* TOMASINVM, *epistolam*, scriptam Romae 1637. & Claudii Acantheri patauini, *ad* Paullum Rhamnusium *epistolam*, *de* Diana Lochia, scriptam Patauii *XIIX. Kalend. Ianuar.* 1591. complectitur. Haec autem omnia, multis inscriptionibus, aliisque rei antiquae fragmentis, & reliquiis, aere expressis, illustrantur. Duplex praeter ea, libro accessit *index*, alter *eorum scriptorum, qui laudantur, illustrantur, emendantur, ac defenduntur;* alter *rerum ac verborum*. Cum liber variis deformatus esset typothetarum mendis, nonnullaque in eo exstarent, quae vberiore, & exactiore inquisitione indigerent, nouam & auctiorem illius dedit IACOBVS PHILIPPVS TOMASINVS editionem, *Patauii* 1654. in 4. e qua editione illi locum, in *Thesauro antiquitat.* romanar. Ioannes Georgius Graeuius Tom. XII. col. 737 sqq. adsignauit. In *Lexico eruditorum* Tom. IIII. col. 1157. legimus relatum, quod hoc libro, TOMASINVS, aemoniensis Episcopi dignitatem, a pontifice retulerit, & in plagii venerit suspicionem, cum librum a Ioanne Rhodio, compositum esse, nonnulli dicerent. Illa hausit sine dubio, summe reuerendus, & doctissimus *Lexici* auctor, e Caspar. Hofmanni *epistola*, *ad* Georgium Richterum, qui non solum illud opusculum, sed omnia alia, quae TOMASINI praeferunt nomen, a Ioanne Rhodio profecta esse scripsit, vid. Georg. Richteri *eiusque familiarium epistolae selectiores*, *Norimbergae* 1662. in 4. p. 252. Idem *de elogiis illustrium virorum, iconibus exornatis*, quorum Partem I. edidit *Patauii* 1630. P. II. 1644. in 4. adfirmat Paullus Colomesius, qui, in *Recueil de particularités* p. 321. edit. Io. Alb. Fabricii *Mr.* Vossius, ait, *m'a dit, que* Jehan Rhodius, *Autheur du Traité d'Acia, disoit hautement à* Padouë, *qu'il avoit fait les eloges des hommes illustres, que* THOMASINVS *a publiez sous son nom: Et que si celui-ci estoit devenu Evesque, il luy en avoit toute l'obligation.* His Colomesii autem verbis, addidit Niceron in *Memoires* Tom.

XXVIIII.

XXVIIII. p. 167. *C'est une chose, qui n'a aucune vraisemblance;* TOMASINI, *qui faisoit une étude particulière de l'histoire litéraire, étoit plus en état d'ecrire les Eloges dont il s'agit, qu'un étranger, si habile qu'il fût d'ailleurs.* Defensionem praeterea TOMASINI in se suscepit Thomas Bartholinus *Dissert.* II. *de legendis libris,* p. 44. vbi scribit: *venerendi* TOMASINI *manes laedunt, qui operum variorum famam, cum* Rhodio *nostro partiuntur. Limam subinde illis, a* Rhodio *adhibitam non ignoramus; & si forsan loca autorum desiderarentur, pro amicitia, quae vtrique intercessit, maxima, sicut inter doctos fieri solet, communicata, vtriusque amicus, bona fide testari debeo. Nec aliud huius modestia, & sueta longo vsu, scribendi penna, suadet.* Conf. Io. Molleri, ad librum Alberti Bartholini, *de Scriptis* Danorum *hypomnemata,* in *Bibliotheca septentrionis eruditi* Tom. I. p. 305 sqq. Vincent. Placcii *Theatrum Pseudonymor.* p. 595 sqq. De aliis TOMASINI scriptis, vid. Niceron *Memoires* l. cit. p. 161 sqq. Ioan. Vogtii *Catalog. libror. rarior.* l. cit. *Analecta* nostra *literaria* p. 1000 sqq. Ioan. Gerh. Meuschenii *praefatio* Tom. III. *vitarum, summorum dignitate & eruditione viror. Coburg.* 1738 in 4. praemissa, vbi tamen liber *de donariis, & tabellis votiuis,* minus adcurate, primum *Vtini* 1645. in 4. editus dicitur, qualis editio, nullibi exstat. Io. Fabricii, *Historia Bibliothecae* fabricianae P. V. p. 331 sqq. 445. 484.

XXCV.

De re vestiaria, vascularia, & nauali: ex BAYFIO: In adulescentulorum, bonarum literarum studiosorum gratiam. *Lutetiae, Apud* CAROLVM STEPHANVM, *Typographum regium. MDLIII.* (1553) in 8. pp. 189. si index pp. 26. exceptus fuerit.

Libros LAZARI BAYFII, e quibus hoc compendium consarcinatum fuit, descripsimus Tom. II. *Adparat.*

rat. literar. p. 1037 sqq. Commendauit compendium a raritate Dauid Clement Vir Cl. in *Bibliotheque curieuse, historique & critique des livres, difficiles à trouver* Tom. II. p. 504. Redegit BAYFII libros in compendium, CAROLVS, Henrici senioris filius, Roberti nepos STEPHANVS, cui a BAYFIO, liberorum instituendorum cura commissa fuerat. Cum is enim audiret, nonnullos conquerentes, quod BAYFIVS libris suis, non aeque pueris, atque eruditis consuluisset, visum est illi operae pretium, summam eorum, quae istis libris continentur, breuiter perstringere, atque in ordinem disponere ex ipsius auctoris voluntate atque praecepto. Adiecit praeter ea, rerum antiquarum, quas descripsit BAYFIVS, nomina gallica, & nonnulla, quae BAYFIVS praetermiserat, inseruit, *nulla tamen aucteris, vt* in *praefatione* refert, *grauitate imminuta, sed tantum ex ipsius opusculis, selectis iis, quae ad puerorum vtilitatem facere videbantur.* Compendium libri *de re vestiaria*, lucem viderat, *Paris. apud Robertum Stephanum* 1535. in 8. vid. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 831. Niceron *Memoires* Tom. XXXVI. p. 261. sed miramur, isti editioni, *secundae* editionis nomen, vt Michael Maittaire l. cit. retulit, additum fuisse, cum editio *parisiensis Roberti Stephani* 1536. in 8. vt idem Mich. Maittaire l. cit. p. 853. testatur, eadem verba, in fronte gereret. Alias editiones recensuit Niceron, & Cl. David Clement ll. citt.

Liber *de re vascularia*, in compendium redactus, & prima vice editus fuit, *Paris. apud Mauricium de Porta* an. 1535. in 8. vid. Mich. Maittaire l. c. p. 831. quam editionem, eodem anno, duae aliae editiones, altera *ex officina Roberti Stephani*, altera *apud de Colines* (forte Simon. Colinaeum) vt Cl. Dauid Clement l. cit. adnotauit, excepere. Aliae editiones vid. apud Niceron. & Cl. Dauid Clement ll. citt.

Libellus *de re nauali*, ex BAYFII vigiliis excerptus, & seorsum editus fuit *Paris. apud Francisc. Stephanum* 1537. in 8. vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. III. p. 268.

De

De CAROLO STEPHANO, Doctore medico, parisiensi, et typographo regio, qui anno 1564. aetatis anno sexagesimo mortuus est, omnium optime, quod quidem ex paucissimis, quae de eius vita, exstant narrationibus, hauriri potuit, differuerunt Henricus Ianssonius ab Almeloueen in *Dissertat. epistolica de vitis* Stephanorum *celebrium typographorum*, *Amstelod.* 1683. in 8. Michael Maittaire in Stephanorum *historia, vitas ipsorum ac libros complectente. Londini* 1709 in 8. Niceron in *Memoires* l. cit. p. 259 sqq. Conf. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. I. P. II. p. 24. Tom II. P. III. p. 121. Aegid. Menagii *Antibaillet* P. I. §. LVIIII. p. 201. edit. *Amsterd.* 1725. in 8.

XXCVI.

E*ruditissimi viri* LAZARI BAYFII opus de re vestimentaria ab auctore ipso diligenter recognitum. *Eiusdem* de vasculorum materiis ac varietate tractatus, antehac nunquam excusus. *Froben. Basileae, Anno MDXXXI.* (1531) in 8. pp. 125. & 79. si praemissa & indicem folior. 22. exceperis.

Editio admodum rara, cuius notitia effugisse videtur Cl. Dauid. Clement. Is enim non antiquiorem, libri *de vasculis* editionem adtulit *parisiensi*, quae *ex officina Roberti Stephani* 1536. in 4. cum opusculis *de re vestiaria & nauali*, in lucem prodierat. Omnium *frobeniana* prima esse videtur, quae libellum *de vasculis* adiunctum habet, & literis admodum luculentis exscripta est. In fronte occurrit LAZARI BAYFII *ad* Ioannem a Lotharingia R. E. *Cardinalem epistola* dedicatoria. In fine adpositi sunt duo *indices* graeco-latini,in librum *de re vestiaria*, & *de re vasculari*, quorum in calce haec leguntur verba: Basileae *in officina* frobeniana, *per* Hieronymum Frobenium, Ioannem Heruagium, *&* Nicolaum Episcopium, *mense Martio Anno M. D. XXXI.* Michael Maittaire de ista editione nihil compertum habuisse videtur.

XXCVII.

ANTONII HOTTOMANNI *I. C.* Πωγωνιας siue de Barba dialogus. *Antuerpiae, apud Christophorum Plantinum.* CIↃ. IↃ. LXXXVI. (1586) in 8. pp. 44.

Libros omnes, qui officinae plantinianae, antuerpiensi, suos natales teferunt acceptos, in pretio esse, & difficulter inueniri, adfirmauit Dauid Clement Vir Cl. in *praefatione* de la *Bibliotheque curieuse historique & critique, des livres difficiles à trouver* Tom. I. p. XI. not. γ. id quod hoc opusculum confirmat. Fuit Auctor Petri filius, & Francisci Hottomanni Iureconsulti celeberrimi frater, in regni Galliae Senatu primario, *in doctrina*, vt Petrus Neuetus Doschius, in *vita* Francisci Hottomanni refert, *scriptisque quibusdam clarus.* Editionis in se susceperat curam Iustus Lipsius, cui a Ioanne Hottomanno, Francisci filio, traditus fuerat, vt typis plantinianis exscribendum librum curaret. Aliam illi praecessisse editionem, indicare videtur Iusti Lipsii *epistola, ad* Ioannem Hottomannum Lugd. Batauor. *VI. Kal. Maias* 1586. scripta, & in fronte libelli conspicua. *Quod petis a me, faciam: & C. V.* ANTONII *patrui tui* Pogoniam *simul recepero, tradam* plantinianis *typis. Ii eum, (quod in ipsis est,) perpolient, pectent, male habitum antea a tonsore negligente. Libens id ego & typographus praestabimus: quia gratificari vtrique parati sumus bene meritissimae de literis familiae vestrae. Res non nemini leuis videatur. Quippe crines & capilli. ad antiquos tamen ritus non leuis: sed nec ad nostros. quia vt corpori decus caput est, sic capiti capillus. Lector videbit, iudicabit. Ego si quid amplius tua, patris, patrui tui caussa possum, impetrate ab obnoxio me & volente.* Nisi plane fallimur, haec responsio est ad Ioannis Hottomanni *epistolam*, quam cum republica literaria communicauit. Ianus Guilielmus Meel I. C. in Francisci & Ioannis Hotomannorum, *Patris ac Filii, & Clarorum virorum ad eos epistolis,*

ſtolis, quas e *bibliotheca* ſua prodire iuſſit *Amſtelodami* 1700. in 4. form. mai. p. 339 ſqq.

D. Lipſio.

Satis cito, vir clariſſime, qui ex voto reſpondiſti, & quo difficilius apud Typographos peragi res potuit, eo maiori me Tibi beneficio deuinctum habes. Sed crede mihi, Clariſſime Vir, nunquam libellus iſte lucem vidit. Neque enim hunc paſſus eſt Patruus, vbi animaduertit ſcatere mendis, in cuiusquam manus peruenire: & quingenta quae edita erant exempla, a Typographo redemit. Ceterum ex commendatione tua accedet Typographo quaeſtus non exiguus. Libello vero ornamentum maximum. Hoc abs te alia lege nolim impetrare, quam ſi tu hoc maxime volueris, & dignitati tuae conſultum erit. Vale vir Clariſſime, & me ama, quia ſum & ero dum viuam

Tui nominis obſeruantiſſimus
I. Hotomannus Fr. F.

Vltraiecti *VIIII. die April. 1586.*

Fingit ANTONIVS HOTTOMANNVS, fuiſſe ſibi, quadam die, cum viris literatiſſimis, non minus vtilem, quam iucundam deambulationem, cum & caelo ſereno fruerentur, & inter arbores mirifico cultoris artificio gratiſſimas, prope riuulum aquae, animi magna remiſſione ſpatiarentur. Nam poſt multos ac varios vltro citroque, inter illos habitos ſermones, vnum ex illis, Pogoniam, barbam ſuam, quae ei tenus medio pectore pendebat, erecta ad caelum facie, hilariter, vtraque manu compoſuiſſe, Miſopogona autem, ridentem, eius in explicandis pilis curam, vt nimiam irridere, viſum eſſe, id quod occaſionem illis ſubminiſtrauerit, *de barba*, e diuerſis veterum auctorum obſeruationibus colloquendi. Praecipua autem huius diſputationis capita in eo conſiſtunt, vt demonſtretur

I. *Barbam viros a feminis diſcernere.*
II. *Eamdem maturi conſilii indicem eſſe.*
III. IIII. & V. *Ex antiquis plurimos tonſos, plurimosque*



que intonsos fuisse, quod & inter philosophos obseruatum fuerit.

VI. *Barbam crinesque, antiquitus sacrificatos fuisse, sed &*

VII. *Infantibus, dum nomen imponebant veteres, crines totondisse.*

IIX. *In Adoptionibus idem obseruatum fuisse, &*

VIIII. *In quibuscunque initiationibus, vt in nuptiis,*

X. *In extremo vitae spiritu,*

XI. *In seruorum manumissionibus, &*

XII. *In Clericorum initiatione.*

XIII. *Capillorum rasuram indicem tristitiae fuisse, etiam*

XIIII. *Demissionem, tum*

XV. *Et omnem rasuram. Ideo*

XVI. *In funeribus solitum crines sacrificare. Sed &*

XVII. *Miserationis ergo capillos & demissos, & rasos fuisse.*

XIIX. Hebraeorum *sacerdotes, intonsos fuisse, & poenae loco rasos.*

XVIIII. *Comam & barbam in* Franciae *principibus antiquitus sacrosanctam fuisse, &*

XX. *Rasuram denique sorditiae, malitiae, & impudicitiae, imputatam fuisse, quem ad modum & caluitiem.*

Cum Iacobus Lectius I. C. Francisci Hottomanni *Opera*, III. Tomis, *Geneuae apud Haeredes Eustathii Vignon, & Iacobum Stoer* 1599. in fol. ederet, huncce ANTONII HOTTOMANNI *de barba dialogum* inseruit Tom. I. Eiusmodi exstare libellum, fugisse videtur personatum Bonum Speratum, qui, contra Auctorem Anonymum des *exemplarischen Priesters*, euulgauit *Barbam defensam siue dissertatiunculam de Barba, contra quemdam μισοπώγωνα, Lipsiae & Dresdae, apud Christophorum Heckelium Bibliop.* 1690. in 8. p. 88. quandoquidem libelli, ab HOTTOMANNO editi, nullum adparet vestigium.



XXCIIX.

XXCIIX.

IOANNIS SARII ZAMOSCI de Senatu Romano Libri duo: quibus ob ſimilem materiam, acceſſerunt, de magiſtratibus Romanorum & Graecorum, Libri tres, *authore* IOACHIMO PERIONIO, *Hebraicarum & Graecarum Literarum Interprete regio:* itemque de Athenienſium magiſtratibus, eorumque cum Romanis, Gallis, Venetis, Turcis comparatione libellus, WILHELMI POSSARDI: cum annexa diſſertatione aphoriſtica numerali, de magiſtratibus romanis: & indice duplici Authorum atque rerum memorabilium; *Argentorati, Sumptibus Lazari Zetzneri Bibliopol. M.DC.VIII.* (1608) in 8. pp. 647. ſi praemiſſa, & indicem pp. 51. non numeraueris.

Raritatis teſtem habemus *Catalogum Bibliothecae* ſalthenianae p. 396. IOANNES SARIVS SAMOSCIVS ſiue ZAMOSCIVS, ſiue, vt Polonorum vernacula adpellabatur, ZAMOISKY, Supremus regni Poloniae Cancellarius, & exercituum Dux generalis, librum *de Senatu* romano, compoſuiſſe dicitur, cum adoleſcens ſtudiorum cauſſa, in academia Hetruſcorum patauina, commoraretur. Adam Burſius in *Sermone*, quem in laudem & memoriam IOANNIS SAMOSCII d. V. Iun. an. 1606. Zamoſchii recitauit, huius libri, hiſce verbis fecit mentionem: *quae cogitate & adcurate ſcribebat* SAMOSCIVS, *ea ſic probabantur, vt ad veterum ſcriptorum laudem peruenirent. Documento ſunt ſcripta eius, cum magno emolumento rei literariae, in lucem edita.* De Senatu romano liber; *quo admodum adoleſcens, eruditiſſimam criticorum gentem conturbauit. Quid enim illis accidere potuit magis inopinabile, quam iuuenem in vltimis ſeptentrionibus natum, quos illi barbaros vocitant, id opus conſcripſiſſe, quod ſenes, in omnium literarum luce natos, neceſſe fuit, admirari. Sed virtus nec aetatem expectat, nec locum moratur*



ratur. Dedit igitur specimen qualia & quanta sint ingenia nostrorum, si rite educta cultaque fuerint. Libri vero conscripti gloriam sibi vindicauit Carolus Sigonius, seque auctorem esse publice professus est. Prima editio prodierat *Venetiis* 1563. in 4. cum *Praefatione ad* Petrum Miscouium, *Regni* Poloniae *Procancellarium*, scripta Patauii *IIII. Kal. Iul.* 1653. quae etiam in editione, qua vtimur, legitur. Sequuntur illam *loci Auctorum, qui in* ZAMOSCII, PERIONII, & POSSARDI *libellis, aut emendati, aut declarati aut ad confirmandum adducti sunt.* Inseruit ZAMOSCII librum Io. Georg. Graeuius *Thesauro Antiquitat.* romanar. Tom. I. col. 951 sqq. Vitam viri doctissimi, vt iam diximus, oratione complexus est Adam Bursius, academiae samoscensis, a IOANNE ZAMOSCIO conditae, Professor. Habemus illius editionem, quam Ioachimus Morsius, Simonis Simonidae *poematiis aureis, Lugd. Bat.* 1619. in 8. editis, p. 65 sqq. addidit. Conf. Simonis Starovolsky *Centum elogia illustrium* Poloniae *Scriptorum*, p. 39. sqq. Iacobi Woit *de incrementis studiorum per* Polonos ac Prussos *dissertat. Lips.* 1723. in 4. §. XLIII. p. 44 sqq. vbi & alii auctores nominantur, qui res ad ZAMOSCIVM pertinentes exposuerunt.

IOACHIMI PERIONII *de magistratibus* Romanorum, & Graecorum *libri tres*, illo, anno 1559. mortuo, editi fuere a Francisco, Ioachimi e fratre nepote Perionio, *Paris.* 1560. in 4. Praefixit illis *epistolam* dedicatoriam *ad* Odonem Colignium Castilionaeum *Cardinalem*, quae scripta est Lutetiae *VII. Cal. Decembr.* 1559. & *epistolam ad* Scaeuolam Sammarthanum, & Rogerium Maesonerium, in qua patruum, contra nonnullorum maledicentiam defendit, qui aristotelicos academiae parisiensis Professores, hortati fuerant, vt a perionianis interpretationibus, tanquam male fidis abstinerent. Iacobus Gronouius librum inseruit Tom. VI. *Thesaur. antiquit.* graecar. col. 2755 sqq.

De IOACHIMO PERIONIO, alio loco dicemus.

WILHELMI POSSARDI liber, *de* athenienſium *magiſtratibus,* eorumque cum Romanis, Gallis, Venetis, & Turcis comparatione, in capita diſtinctus eſt XXXV. quorum en argumenta!

I. *de Populi diuiſione.*
II. *de tribubus, & aliis populi partibus.*
III. *quomodo eligerentur magiſtratus* Athenis.
IIII. *de Ariopagitarum Senatu.*
V. *de Nomothetis.*
VI. *de legum conſeruatoribus, quos* Graeci νομοφύλακας *dicunt.*
VII. *de quingenis viris.*
IIX. *de Arbitris.*
VIIII. *de trierarchis.*
X. *de vndecimuiris.*
XI. *de decemuiris praeſidibus, qui graece* πρόεδροι *vocantur.*
XII. *de ſubdialibus comitiis, quae* Graeci ἡλιαίαν *dicunt.*
XIII. *de Quaeſtoribus* graia *voce* ἀποδέκταις *vocari ſolitis.*
XIIII. *de logiſtis, quos rationum magiſtros dicunt.*
XV. *de cuſtodibus, quos* Graeci ἀντιγραφεῖς *vocant.*
XVI. *de Quaeſtoribus illis, quos* Graeci *Demarchos vocant.*
XVII. *de Quaeſtoribus repetundarum, quos* Graeci εὐθύνους *dicunt.*
XIIX. *de Lexiarchicis, Periopolis, & Ephebis.*
XVIIII. *de Nouemuiris vna, quos* ἄρχοντας Graeci, *id eſt Principes nominant.*
XX. *de Eponymo.*
XXI. *de Rege.*
XXII. *de Polemarcho, tribuno militum.*
XXIII. *de militaribus officiis.*
XXIIII. *de ſex Theſmothetis.*
XXV. *de tribunalibus, ſubſelliisue, in quibus* Athenis *ius dicebatur.*
XXVI. *de Adſeſſoribus, quos* Graeci παρέδρους *vocant.*

XXVII.

XXVII. *de Adparitoribus, & illis, quos* Graeci *εἰσαγωγεῖς dicunt.*

XXIIX. Περὶ κληρούχων, *quos Coloniis deducendis praefectos dicere possumus.*

XXVIIII. *De Aerarii custodibus, quos* ταμίας Graeci *dicunt.*

XXX. Περὶ Ἑλληνοταμίων, *quos latine* Graeciae *Quaestores dicere possis.*

XXXI. *De Hellanodicis.*

XXXII. *De Gynaeconomis, qui matronarum cultui, ne modum excederet, praeerant.*

XXXIII. Περὶ οἰνόπτων, *quos bibendi arbitros dicere possumus.*

XXXIIII. *De fori curatoribus, quos* ἐπιμελήτας τοῦ ἐμπορίου *dicunt.*

XXXV. *De Episcopis.*

In Thomae Hyde *Catalog. Biblioth.* bodleianae Tom. II. p. 73. eidem POSSARDO tribuitur *Dissertatio aphoristica numeralis, de Magistratibus* romanis, *eorumque criteriis.* Sed exemplari nostro, a quo, nescimus, adscriptum est, illius Dissertationis esse auctorem HENRICVM KITSCHIVM, lipsiensem, illustriss. Principum ascaniensium Bibliothecarium, & vt Ioannes Christophor. Beckmannus testatur in *Historie des Fürstenthums* Anhalt Tom. I. P. III. L. II. Cap. I. §. XIIX. p. 262. gymnasii seruestani Professorem philosophiae, cuius in *lexico eruditorum* nomen non inuenimus. Edidit is *Symbologiam heroicam hexaglotton* 1607. in 8. cui *dissertatio de magistratibus Reipublicae* romanae *eiusque criteriis*, adpendicis loco accessit. Tractauit in illa aphorismis 464. de primis conditoribus magistratuum, singulorum muniis, & differentiis, nec non populo ipso, & omnia quae ad explicandam rerum romanarum notitiam faciunt, persequutus est. Scripsit praeter ea *de annulorum aureorum origine, vsu, iure, varietate, abusu, efficacia phrontisma* plinianum *arithmologicum. Numarii operis, Caesarum, Regum, Electorum, Archiducum, Ducum, & Principum praeludium, & solidioris studii specimen, cedro dignum, cui accessit*

com-

commentatio annulorum historica Hugonis Grotii Bataui. *Additae sunt tres orationes, ab illustrissimis principibus* Ascaniae *&c. de officio Principis, habitae in Academia* geneuensi. *Lipsiae apud Henning. Grosium S. Anno aerae christianae: annVLos pretIosos aMorIs LVDIbrIA reor.* (1609. in 4. & *quatuor discursus politicos, Lipſ.* 1613. in 4.

XXCVIIII.

SIMONIS SIMONIDAE poematia aurea cum antiquitate comparanda edita ex Bibliotheca IOACHIMI MORSII. Accedit vita & obitus Magni Ioannis Samoſchi, Patroni SIMONIDIS. *Lugd. Batau. Typis Iacobi Marci* CIↃIↃCXIX. (1619) in 8. pp. 127. exceptis foliis 7. prioribus.

Haec SIMONIS SIMONOWICZ, ſiue, vt more latino nominari maluit, SIMONIDAE *poematia aurea*, teſte R. F. Ioanne Daniel Ianozkio in *Nachricht von denen in hochgraefl.* Zaiuskiſchen *Bibliothek ſich befindenden raren* polniſchen *Büchern* P. V. p. 219. eximiae ſunt raritatis. Minime autem liber, vt idem Ianozkius prodidit, in 12. ſed in 8. exſcriptus eſt. Caue autem omnia iſta *poemata* SIMONIDAE, quae in *lexico eruditorum* Tom. IIII. col. 610. nominantur, in iſta reperiri collectione exiſtimes. Initio occurrit editoris IOACHIMI MORSII *ad* Octauianum Alexandrum, *Ducem* pronſcenſem, qua illi inſcripſit collectiunculam, *epiſtola*, Lugduni Batauor. *menſe Aprili 1619.* ſcripta. Addita eſt Caſpar. Barlaei *epiſtola*, cum *carmine* latino, nec non Martini Ruari *carmen* latinum, quae omnia IOACHIMI MORSII laudem, ob edita SIMONIDAE *poematia* referunt. Subiiciuntur elogia SIMONIS SIMONIDAE, a Iuſto Lipſio, Meletio, Pega, patriarcha alexandrino, & Conſtantinopoleos Praeſide, Iano, & Georgio Douza compoſita. Duas SIMONIDAE *odas* pindaricas priores, ad Thomam Zamoſchium, Ioannis filium, & Georgium Zamoſcium,

Episcopum chelmensem, Thomas Seghetus, Britannus, cum *praefatione* ad Georgium Michael. Lingelshemium *Hanouiae* 1608. ediderat. Sed cum paucissima tantum earum exemplaria, typis excusa prodiissent, nec ex illis quidquam in Bibliopoliis exstitisset, de illis in lucem reducendis cogitauit IOACHIM. MORSIVS, eisque ea SIMONIDAE addidit *poemata*, quae a Martino Ruaro communicata acceperat. Sunt illa 1) *ode* pindarica *ad* Thomam Zamoscium, *Capitaneum* nnisinensem. 2) *Manes* Barbarae de Tarnow, *ad* Thomam de Zamoscio, *filium vnicum*, carmen elegiacum. Cum SIMONIDES se adduci non pateretur, vt carmen ipse in lucem ederet, id inuito auctore obliuioni eripuit, & in lucem produxit Caspar Solscius, philosophiae & medicinae doctor, ac professor in academia zamosciensi, id quod *epistola* eius dedicatoria *ad* Stanislaum *Comitem* de Tarnow, *Castellanum* sendomiriensem, buscensem *Capitaneum* manifestat. Additum est carmini *epitaphium* Barbarae de Tarnow. 3) *Carmen* elegiacum *in reditum* Iacobi Sobiescii. Illud praecedunt duae SIMONIS SIMONIDAE, *ad* Thomam Segethum *epistolae;* In priore ei gratias agit, ob editas, quas supra memorauimus *odas* pindaricas, in posteriore, *iuuenilia* ei sua promittit, quorum editionem promiserat Segethus, & *carmen ad* Iacobum Sobiescium, Marci, *Palatini* lubliniensis *F. adolescentem,* & suae disciplinae alumnum offert. Vtraque Cernenani scripta est, altera *anno 1612. d. X. Decembr.* altera *d. XIII. Iun. an. 1613.* Praeter haec SIMONIDAE *carmina*, in hac collectiuncula, nullum exstat, quamuis in *lexico eruditorum* l. cit. plurium leguntur tituli, quae illi inesse dicuntur. Illis subiiciuntur a) SIMONIS SIMONIDAE *epistolae ad* Georgium Douzam, qui tunc temporis, iter, in Turcarum regiones instituerat, & cum Poloniam peragraret, SIMONIDEM inuiserat. In prima, quae Leopoli, *d. XXVI. Iunii anno 1597.* exarata est, quam SIMONIDES Petro Ceklinio, Secretario regio, ad Douzam, cum epistolis patris Douzae, & Bircoueii, eloquentiae in academia zamosciensis Professo-

ris,

ris, perferendam tradiderat, illum inter alia monet, vt si quid librorum MSS. sua caussa, comparauerit, id Ceklinio permittere velit. In secunda, scripta Leopoli *d. VI. Septembr. anno 1597.* dolet, quod in itinere, a nebulone quodam, cuius nomen silet, fuerit turbatus; verba eius haec sunt: *Itiner hoc feliciter tibi cessisse gaudeo; turbatum tamen nonnihil a nebulone illo* ** * *doleo; sed nos improuidi, qui sanum & sobrium quicquam sperabamus ab hoc terrae foetu. Tu ipse videras, quae mandata acceperat super te ab heris suis: maiori fide nemo commendari potuit. Sed quid facias? mala mens, malus animus. Hoc potius gratulor in familiam te acceptum a viro principe, qui honorem ingenio tuo habere non spernit. Quid si hoc ita sit? vt laeti aliquid dum aduenit, semper praecedat, quod velis non euenisse: sed ego fortean refrico molestiam, quam tu iam olim expuisti.* Vtraque *epistola* addita fuit, cum aliis, Georgii Dousae *de itinere suo* constantinopolitano, *ad* Ianum *patrem epistolae,* in Iacobi Gronouii *Thesauro antiquitat.* graecar. Tom. VI. col. 3384. b) *Epigramma* gallicum *à Mr.* DE MORS, *Patrice d'*Amborg *nous donnant* SIMONIDE, *par de* Neree, *Ministre en l'armée de son Excel.* c) *vita & obitus illustrissimi Herois* Ioannis Samoscii *Regni* Poloniae *Cancellarii Supremi, & Exercituum Ducis Generalis, Authore* ADAMO BVRSIO. Orationi panegyricae, quam Adam Bursius, in academia zamosciensi d. V. Iun. an. 1606. pronunciauit, praeter *epistolam* dedicatoriam, *ad* Georgium Samoyski, *Episcopum* chelmensem, *Abbatem* czervenecen. praemittitur *epigramma* latinum, *in arma illustrissimi* Magni Ioannis Samoscii, *supremi Cancellarii regni* Poloniae, *& exercituum Ducis generalis.* Coronidem omni libello imponit *Tumulus* Magni Zamoscii, *dolore omnium summo denati d. III. Iun. an. 1605.* carmine elegiaco.

Vitam SIMONIS SIMONIDAE, Ioanni Samoscio ab epistolis, quem Io. Alb. Fabricius, in *Bibliothec.* graec. L. V. Cap. X. p. 428. minus adcurate *Regni Poloniae Cancellarium* fuisse adfirmauit, exspectare nos iussit



iussit R. & eruditissimus Ioannes Daniel Andreas Janozki, Canonicus scarbimiriensis, atque Bibliothecae zaluscianae Praefectus, in *Nachrichten von denen in der* zaluskischen *Bibliothek sich befindenden raren* polnischen *Büchern*, P. V. p. 218. Insigni cum elogio ornavit, & *virum* adpellauit, *qui maximo Orchestrae plausu*, Parnassi *callem instituit*, Georgius Dousa in *epistola ad patrem de itinere suo* constantinopolitano, apud Iacob. Gronouium l. cit. col. 3378. Adseruari in Bibliotheca instructissima zalusciana codicem graecum in forma quarta manu exaratum, qui SIMONIS SIMONIDIS, Magni *illius* Zamoiscii, *Regni* Poloni *Cancellarii*, *ab epistolis*, *poemata atque alia opuscula graece composita*, *hactenus inedita* complectitur, adnotauit, iam saepe laudatus Io. Daniel Andreas Janozki, in *Specimine Catalogi Codicum MS. Bibliothecae* zaluscianae, *Dresdae* 1752. in 4. form. mai. num. CCCXCVIIII. p. 120. Qualis poeta exstiterit latinus, adhortatio testari poterit, qua Barbara de Tarnow, iam morti proxima, filium suum vnicum Thomam de Zamoscio, compellasse fingitur, p. 45 sqq.

Quare age, ne Patris exemplis, dulcissime fili,
Vsquam te amoueas, nec meliora petas.
Inprimis pietatem eius, superumque timorem
Exequere, hinc eius cuncta reposce bona.
Hinc illi pleno locuples opulentia cornu
Manauit, rerumque aurea prosperitas.
Hinc animi, victrixque manus, magnique triumphi,
Hinc splendor toto nominis orbe volans,
Vt patriae pater audiret, columenque Senati
Vt fulmen belli, vt praesidium populi.
Et regum praefulciret nutantia sceptra,
Corculum vt illorum deliciumque foret.
Non alio sese sapientia pectore fudit
Vberius, non sors optima consilii.
Non studium rebus semper conforme iuuandis
Siue forent certae, siue forent dubiae.
Vt regni oraclum floreret, & anchora tuta,
Caelo deueniunt tanta fauente bona.

Nunc

Nunc etiam, (sed fata vetant, arcana Polorum
Prodere) nunc etiam maximus inter eos,
Heroum qui altis virtutibus enituere,
Inter eos caelo maximus aspicitur,
Diuinae fulgorem maiestatis adorans,
Sidereaeque augens agmina militiae.
Te quoque nunc spectari ab eo, curamque iuuentae
Indulgere tuae, sit tibi certa fides.
Et meminisse potes, sed enim meminisse necesse est,
Quam conformando sedulus in puero
Te fuerat, non tam patris, quam paene magistri
Custodumque omnes exuperans operas.
Non tecum lallare, aut balbutire pudebat,
Non tenerum os primis fingere literulis.
Ast vbi iam vocis latiae, *vocisque* pelasgae,
Audebas primas promere primitias,
O illi quantum solamen, gaudia quanta,
Quanta voluptatis signa repente dabat.
Tecum commemini plenae laetissima mensae
Tempora, tecum vitae otia conterere.
Et tecum garrire aliquid, semperque monere,
Aetatem quod & hanc, quodque aliam instrueret.
Tantum ille insignem Musis tribuebat honorem,
Post Diuos illas praecipue vt coleret,
Et solas commendaret, solasque vocaret
Ornamenta sua, & delicias animi.
His solis creuisse, his enituisse magistris,
Saepe fatebatur, teque rogabat idem
Sentire, atque illis iustum praebere laborem,
Nec vitae spatio ponere de manibus.
Fac praecepta Patris memori sub corde recondas,
Praeceptis parere, hoc coluisse Patrem est.
Et bene habet. celso quoties despectat Olympo,
Doctorum inque chora te videt esse virum
Gratatur que tibi, secumque volutat opimas
Spes, spondens fore te mox sibi consimilem.
Fallere non debes iustissima vota Parentis,
Queis materna etiam, iungo ego vota mea.



Iamque vale, aeternumque vale, dulcissime fili,
Sisque memor matris, sis Patris atque memor.

ADAM BVRSIVS, in vrbe brestiensi natus, prima scientiarum, bonarumque artium rudimenta, posuit in vrbe leopoliensi, studiaque sua, in academia cracouiensi continuauit, vbi etiam philosophiae magister creatus est. Ob insignem, quam sibi parauerat, rerum philosophicarum notitiam, academiae cracouiensis professor philosophiae constitutus fuit, sed inde euocatus, in academia zamosciensi, eamdem prouinciam adeptus est. *Orationes variae* in eadem academia, ab illo graece *confectae, & publice recitatae*, adseruantur manu scriptae in forma, quam quartam vocant, in bibliotheca zaluſciana, vid. Io. Daniel. Andr. Ianozki, *Specimen Catalogi Codicum mſs. Bibliothecae* zaluscianae, num. CCCXCIIX. p. 119. Vir ceteroquin fuit politissimus, qui doctrinae laudem, insigni cum humanitate, coniunxerat, & hac re, non solum ciuium suorum, sed & virorum, apud exteros, doctissimorum, sibi conciliauerat amicitiam, atque fauorem. SIMONI in primis SIMONIDAE admodum carus fuit. Elogium eius conscripsit Simon Starouolscius, in *Elogiis & vitis Scriptorum* Poloniae *illustrium* p. 87 sqq. Conf. Io. Daniel. Andr. Ianozki *Nachricht von denen in der* zaluskischen *Bibliotb. sich befindenden raren polnischen Büchern* P. I. p. 49 sqq.

De IOACHIMO MORSIO, hamburgensi, & infelicibus, quibus iactatus fuit, fatis vid. Anonymi *Leben der berühmten* Lindenbrogiorum, *nebst einer Nachricht vom Leben* Geuerhardi Elmenhorstii, IOACHIMI MOERSII &c. *Hamburg.* 1723. in 8. p. 72 sqq. Sed multo perfectior est historia, quam de illo dedit Ioannes Mollerus, in Cimbria *literata* Tom. I. p. 440 sqq. Cum ab aliis MORSIVS, ab aliis MOERSIVS scriberetur, vita illius, per errorem, in *lexico eruditorum*, bis locum inuenit Tom. III. col. 579. vbi excerptum, ex Anonymi historia exhibetur, & col. 690. vbi ea referuntur, quae Ioannes Mollerus, de illo prodidit.

XC.

Index librorum omnium nomina complectens, in vtroque iure tam pontificio quam caesareo, ad hanc diem editorum videlicet Textus ac lecturas in iure ciuili, extrauagantes & feuda, nec non Textus atque lecturas in iure Canonico. Practicas, singularia, Repertoria, Contrarietates, Occasiones, Repetitiones, Tractatus diuersos, Disputationesque, Consilia quoque certis voluminibus redacta, Diuersa, & Extrauagantia Alphabetico ordine. *Auctore* IO. BAPT. ZILETTO. *Veneto I. V. D. Cum Priuilegiis. Venetiis ex officina Stellae Iordani Ziletti. MDLIX.* (1559) in 4. folior. 47. exceptis 2. duobus foliis prioribus.

Librum nitide impressum, & nostra aetate valde rarum, *epistola* dedicatoria *ad* Christophorum Pansabenum ornauit typographus, Iordanus Zilettus, in qua auctorem IOANNEM BAPTISTAM ZILETTVM, *patruelem* suum nominat, *summi ingenii*, *atque excellentis doctrinae virum*, qui hunc *indicem* omnium librorum, qui hactenus, vel ab antiquis, vel a recentioribus, de iure ciuili, & pontificio, editi sint, ad vsum suum, magna cura confecerit, quem autem ei extorserit fere, ac typis impresserit, vt, non solum Christophorus Pansabenus, quem, in iure ciuili, maxima cum ingenii laude versari refert, sed etiam ceteri, eius beneficio, qui sibi, de iure commentarii deessent, intelligere, atque his comparandis, *bibliothechas* (bibliothecas) suas instruere facile possent. *Epistolam* dedicatoriam excipit Excerptum, e Sebastiani Brant *Expositione omnium titulorum iuris*, quo consuetudo exponitur, quae priscis inualuerat temporibus, omne iuris ciuilis corpus completum, quinque voluminibus, diuersi coloris tegendi atque ornandi. Digestum scilicet vetus pelle alba, puroque cooperto, Infortiatum nigra pelle, Digestum nouum rubea, Codex viridi, Institutiones, tres libri

bri codicis vltimi, authenticorum libri, feuda, & extrauagantes, quae omnia *voluminis* titulo designabantur, bipartita veste, partim rubea, partim viridi tegebatur. Istius vero consuetudinis caussas exponit Sebastian. Brant l. cit. fol. II. edit. *lugdunens.* 1538. in 8. *Liber π. vetus tractat, principaliter de his, quae vetustiori iure puta a iure naturali originem sumpserunt, quemadmodum sunt quasi omnes contractus: & placitandi vsus qui sunt a iure naturali: saltem secundario: hoc est iure gentium introducti —— Ius autem gentium propter istam puritatem & simplicitatem veteris iuris quale in π. vete. continetur: liber iste veteris π. solet* alba pelle: puroque cooperto *tegi. Secunda pars π. est digestum infortiati appellata eo vocabulo propter fortes leges: circa haereditates disponentes — & propterea solet* nigra pelle *vestiri: quia de causis hereditariis & bonis defunctorum tractat: quo euentu lugubris vestis: hoc est* nigra *eligi debet — Tertia pars π. appellatur digestum nouum —— tractans de criminibus & delictis & eorum penis: & ideo* rubea & sanguinolenta *veste induitur. Secundus liber legum est codex: qui quodammodo eosdem continet titulos qui & in libris π. continentur: nisi quod modicos habet superadditos: & de nouo inuentos. Et est iste liber nouior & recentior —— & ideo* florida & viridi *veste induitur & vestitur. Tertius liber legum est volumen continens in se primo institutiones imperiales* &c. —— *Et ab ista congerie & conuolutione variorum librorum, bic liber volumen appellatus est. Et quod partim codicis & nouarum constitutionum: partim etiam quasdam penales & fiscales sanctiones continet: & in nonnullis locis penam transgressoribus irrogat. Idcirco bipartita veste* viridi *puta* & rubea *coloratus incedit.* Primo loco in 10. BAPTISTAE ZILETTI *indice* nominantur auctores, qui vel in omne ius ciuile, vel in singulas illius partes commentati sunt; secundo qui ius canonicum illiusque partes commentariis illustrarunt. Tertio nominantur practicae sic dictae variorum doctorum; quarto singularia & cautelae; quinto contrarietates; sexto decisiones,

nes, dubia & conclusiones, septimo repertoria. Octavum locum occupat Index repetitionum, quae in varias romanorum Principum constitutiones, extra lecturas reperiuntur; nonum repetitiones in iure canonico; decimum index omnium tractatuum, aliorumque opusculorum, ordine alphabetico digestus; vndecimum disputationum index plurimorum doctorum; duodecimum consilia, quae hactenus sunt impressioni tradita, & in certa volumina redacta: decimum denique tertium consilia varia, hinc inde vagantia, & diversis operibus inserta. Quamuis hic liber, non omni vtilitate destituatur, veterumque Iureconsultorum nomina, eorumque opera inde cognosci possint, maior tamen ex illo in historiae literariae iuridicae cultores redundaret vtilitas, si nominibus simul fuisset additum, quo loco, & quo tempore quilibet liber, aut tractatus in lucem fuerit editus. Omnium primus qui eiusmodi indicem concinnauit, fuit Ioannes Neuizanus, astensis, de quo nonnulla narrauimus in *Analectis literar.* p. 631 sqq. Is sane, teste Andrea Rossotto in *Syllabo Scriptorum* Pedemontii, *Monteregali* 1667. in 4. *Indicem scriptorum in vtroque iure* euulgauit, *Lugduni* 1522. *Supplementis* illum, vt Nicol. Antonius in *Bibliotheca* hispana retulit Tom. II. p. 29. *auxit* Ludovicus Gomez Iureconsultus hispanus, quo vero tempore id factum fuerit, a Nicol. Antonio, non adnotatum fuit. Et Neuizani, & Gomezii lucubrationes additis suis, recudendas curauit Io. Fichardus, francofurtensis, cuius *indices duo omnium scriptorum in iure tam pontificio quam ciuili, a veteribus & recentioribus Iureconsultis ad haec nostra tempora editorum, per* Ioan. Neuizanum, Lud. Gomessium, *&* Ioan. Fichardum *collecti*, referente Ios. Simlero in *Bibliotheca* p. 366. *impressi fuere a* Ioanne Oporino, Basileae, *vna cum veterum Iureconsultorum vitis per* Bernardinum Rutilium *descriptis, & eiusdem Decuria.* Annum editionis Iosias Simlerus quidem non addidit, sed alio loco p. nimirum 97. Rutilii *vitas veterum Iurisconsultorum Basileae anno 1537.* (in 4. vid. *Catalogus Biblioth.*

 telle-

tellerianae p. 347) a Io. Fichardo, fuiſſe euulgatas, memorauit. IOANNIS BAPTISTAE ZILETTI *indices*, recuſi fuere, *Venetiis* 1563. & 1566. in 4. Poſteriori editioni adiectus fuit Iacobi Labitti *Index legum cum variis acceſſionibus.* Tandem Ioannes Wolfgang Freymonius, in Obernhauſen I. V. D. Ioannis Neuizani, Ludouici Gomezii, Ioannis Fichardi collectiones in vnum corpus redegit, & anno 1579. *Francofurti ad Moenum* in 4. edidit hoc titulo: *Elenchus omnium autorum, ſiue Scriptorum, qui tam in iure ciuili, quam canonico, vel commentando, vel quibuscunque modis explicando & illuſtrando, ad noſtram aetatem vſque claruerunt, nomina & monumenta, partim in lucem antehac prolata, partim in Bibliothecis paſſim adhuc abdita, complectens. Initio quidem a clariſſ. noſtri ſeculi ICtis D.* Ioanne Nevizano, Ludouico Gomezio, Ioanne Fichardo, *&* IOANNE BAPTISTA ZILETTO, *ſummo ſtudio collectus, & a* Ioanne Wolfgango Freymonio *tertia parte auctior in lucem datus.* Elegans & vtiliſſimus liber *denuo multorum acceſſione locupletatus, Francofurti apud Sigismund. Feyerabend* 1585 in 4. recuſus fuit. Conf. Niceron *Memoires.* Tom. XXIV. p. 178. Chriſtiani Godofredi Hofmanni *praefatio,* quam Guidi Panziroli, aliorumque libris, *de claris legum interpretibus, Lipſiae* 1721. vno volumine in 4. editis, anteire iuſſit, Jaques George de Chaufepié *Nouveau Dictionaire hiſtorique & critique,* Tom. III. artic. Jean Nevizan p. 35. Ex hac autem ſuccincta noſtra recenſione, *lexicon eruditorum* Tom. IIII. col. 2205. emendari poterit, vbi IO. BAPTISTA ZILETTVS, & Iordanus Zilettus, pro vno eodemque venditatur homine, qui *conſilia criminalia,* & *indicem omnium nomina complexum, in vtroque iure, tam pontificio quam caeſareo* ſcripſerit. Indicem *operum* IO. BAPTIST. ZILETTI, quae maxima ex parte Iordanus Zilettus typis exſcripſit, ſatis adcuratum dedit Ioſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 343. Cum *indice,* quem deſcripſimus, minime is confundendus eſt, qui auctorum complectitur nomina, quorum ſcripta in *Tractatu tractatuum, Venetiis* Tomis XXVII. *ex officina Franci-*

Francisci Ziletti, non *Io. Baptistae*, vt in *Analectis literariis*, p. 1006 per errorem diximus, 1584 sqq. edito, reperiuntur. Iste *index*, seorsum etiam aliquoties fuit editus; vtimur editione, quae eiusmodi praefixum habet titulum: *Indices Tres Auctorum & Tractatuum vniuersi iuris, Duce, & auspice* Gregorio XIII. *Pontifice Maximo, in vnum congestorum, XVIII. Materias XXV. Voluminibus comprehendentium. Procurante iterum in vsum iura discentium & docentium* Christian. Woldenbergio Crempa-Holsl. *Phil. I. V. D. Decretal. P. P. Ducal. Consist. Assess. p. t. Decano & Com. Pal. Caesar. Ienae Literis Samuelis Adolphi Mülleri Anno 1679.* in 12. pp. 255.

XCI.

* Institutionum seu elementorum D. IVSTINIANI *sacratissimi Principis* libri quatuor.
Iuris Studiosis S.

En vobis Studiosi, damus hoc tempore tam libros quatuor Institutionum, quam quinquaginta Digestorum seu Pandectarum summo studio ac labore, fide plus quam optima, ad nouam venustatem, tot maculis, naeuis, mendis sublatis, redactos, quos si in eam partem a nobis prolatos acceperitis, in quam accipere aequum est, (neque enim quicquam praeter vtilitatem commoditatemque vestram vtroque in opere quaesiuimus) breui eadem fide bonam partem Iustinianei codicis, addito singulis constitutionibus die & Coss. tum vero etiam ipsas νεαράς Graecas (quas vulgus authenticas appellat) adiecta interpretatione latina in gratiam eorum, qui Graeca ignorant, daturi sumus. Vos modo interim industriam nostram aequi bonique facite & Valete. Norembergae IIII. Nonas Maias Anno M. D. XXIX. (1529) in 8.

Hac

Hac ratione inscribitur editio, *Institutionum* IVSTINIANI, a GREGORIO HALOANDRO, Zuiccauiensi, Iurisprudentiae, in Germania, instauratore, euulgata, quae, teste Georgio Laurentio Hausfritz, in *Memoria* GREGORII HALOANDRI, *ICti, & instauratoris Iurisprudentiae. commentatione historica renouata, Norimberg.* 1736. in 8 §. X. p. 25. adeo rara est, vt plerumque, si quem, reliquas, *corporis iuris* haloandrini, partes omnes possidere videmus, haec ei desit, neque etiamsi in publica Norimbergensium bibliotheca, vbi reliqui, HALOANDRI libri, magna cura adseruantur, a Cel. Viro Christ. Gottl. Schwarzio, in vrbe Norimbergensi inueniri potuerit, neque a Beyero, qui *Operum* HALOANDRI notitiam dedit, in *Notit. Auctor. iurid.* Spec. I. p. 72. memorata fuerit, vnde colligimus, eam nunquam, ab ipso visam fuisse. Conf. *Thesaur. bibliothecalis* Tom. III. p. 73 sqq. Ioan. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 329. Et nos ipsi ingenue profitemur, quod nunquam tam felicibus esse nobis licuerit, vt hoc bibliothecarum cimelion oculis lustrare potuerimus, quam ob rem ea tantum modo referimus, quae nobiscum communicauit Amicus bibliophilus cassellensis, qui illum librum se possidere, nobis adfirmauit. In fine, illi typographus haec addidit verba: *Institutionum seu elementorum D.* IVSTINIANI *sacratissimi Principis libri quatuor finiunt.* Norimbergae *apud* Io. Petreium *Anno M. D. XXIX.* Dicauit librum GREGORIVS HALOANDER, *reuerendo in* Christo *Patri D.* Friderícho Aegidianae *familiae* Norembergensi *Antistiti dignissimo, domino & hospiti amantiss.* In *epistola* dedicatoria, inter alia scribit: *Non sane constitueram cum Pandectas ciuilis iuris, ex fide antiquissimorum codicum, ipsiusque* Politiani *notis recognitas: & ad vmbilicum deductas absoluissem: IV. item imperialium institutionum libros in manus sumere, & ad vnguem castigatos, omnibus mendis detersis, sub praela mittere. Sed ex ipso veluti me cursu, reuocauit authoritas tua. Hinc non dubitaui ipsas institutiones diligenter emaculatas, & quoad eius fieri potuit,*

tuit, optima fide, ex collatione Digestorum, seu Pandectarum, (ex quibus bene dixerim ad verbum Institutiones descriptae sunt) recognitas, sub nomine Tuo, in publicum emittere &c. Minime autem omne virorum criticorum GREGORIVS HALOANDER tulit suffragium, quod antiquo codice destitutus, ad *Digesta* tantummodo emendauerit *Institutiones.* Antonius in primis Contius, paullo iniquior in eum fuisse videtur, qui, cum *Institutiones* ederet *Paris* 1560. haec in titulo, editionis suae poneret verba: *Institutionum* &c. *libri IIII. antea ab* HALOANDRO, *contra vetustatis fidem, castigati, nunc vero ex antiquissimis exemplaribus (quibus ille se defectum questus est) repraesentati.* Wigandus praeter ea, tunc temporis, Episcopus, & Princeps bambergensis, infensum ob editas *institutiones*, se praebuit HALOANDRO, & omnibus ditioni suae subiectis interdixit, ne istam sibi editionem pararent. Caussam istius rei, suppresso Wigandi nomine, exposuit ipse HALOANDER in *praefatione Codicis*, an. 1530. *Norimbergae, apud Io. Petreium*, in fol. editi, vbi ait: *fuit sane quidam, qui tacito inter suos edicto, prohibuit, ne quis suorum eos libros voemeret, neque id ob aliam caussam, quam quod* egidianum *Abbatem* (Fridericum) *tunc temporis hospitem meum, in praefatione institutionum,* egidianae *familiae antistitem adpellaueram, veritus credo, ne diligenti horum librorum lectione, peritiores habiturus esset consiliarios, aut sperans fore, vt ea re impotentem animum, & iram, quam contra ordinem & rem publicam vestram, affectus esset, melius ostenderet. Sed cur prohibet, qui iubere non potest? aut cur innocentem me aliena premit inuidia? —— profecto si puer id peccasset, antistitem indistincte Episcopum intelligens, vapularet haud dubie a suo paedagogo.* Caussa vero dissidii, quod inter rempublicam norimbergensem, & Episcopum bambergensem intercedebat, talis erat. Senatus norimbergensis, cum praepositaris suis, ante repurgationem sacrorum, a Luthero institutam, episcopo olim bambergensi subiectus erat, qui ius exercebat constituendi ecclesiae ministros,

quod

quod vero varias ob caussas amisit, cum Sixtus IIII. Senatui, ius nominandi pastores, in mensibus papalibus concederet. Id quod initio admodum aegre tulit Episcopus bambergensis, qui tandem, cum vim vi repellere non posset, Pontificis exemplum sequutus, cum senatui norimbergensi pactus est, eique etiam ius nominandi Praepositos, in mensibus ordinariis concessit, & confirmationis cerimoniam Abbati aegidiano commisit. Sed orta denuo controuersia transactio ista, cum Episcopo bambergensi, anno 1513. renouata & confirmata fuit, qua non exigua pecuniae vis, pro iurium illorum cessione, Episcopo soluenda constitueretur. Posteaquam vero Praepositi norimbergenses, cum clero suo, euangelicam fidem amplecterentur, recrudescere lis cum Episcopis bambergensibus coepit, Senatusque pecuniam soluere destitit, id quod Episcopum bambergensem, qui tunc temporis erat Wigandus a Redwiz, ex vetusta equitum franconicorum familia oriundus, commouit, vt ius suum, a norimbergensibus, veluti ab haereticis repeteret. Cum vero pacificationes, & induciae quaedam, in caussa religionis superuenissent, nec vi, aduersus vrbem potentem, agere Episcopus posset, noua tandem transactione, cum Episcopo bambergensi anno 1537. controuersia omnis dissoluta & sopita fuit. Rem pluribus verbis narrat Vitus Ludouicus a Seckendorf in *Historia* Lutheranismi L. III. Sect. XVI. §. LXI. Addit. p. 169.

Conf. de GREGORIO HOFMANNO, siue, vt dici maluit, HALOANDRO, & egregiis eius, in iuris prudentiam meritis Petri Albini meisnische *Landchronica* Tit. XXV. p. 345. Melchior. Adami *vitae clarissimor. ICtor.* p. 28. Francisci Caroli Conradi *Parerga, Helmstad.* 1740. in 8. Libro I. p. 1111 sqq. & in *praefat.* vbi additamenta quaedam ad *vitam* HALOANDRI occurrunt. Georg. Laurentii Hausfritz liber cit. Io. Vogtii *Catalogus historico-criticus libror. rar.* p. 328. sqq. Aegidius Periander in Germania, *in quo doctissimorum virorum elogia, & iudicia continentur, ex diuersorum nostri temporis poetarum monumentis accurate congesta*

congesta Francof. ad Moen. 1567. in 8. tale p. 260. in eum scripsit *epigramma:*

Hic ius omne tulit, veterique donauit honori:
Impar herculeis *viribus istud erat.*
Vt viditque virum tanta sub mole grauatum,
Apposuit dextram Noricaberga *suam.*
Haec largita suos nummos, quam libera fertur,
Ille suum iuri contulit ingenium.
Laus HALOANDER *erit veterem posuisse nitorem*
Et tibi quod dederit Noricaberga *numos.*
I! iam detractes germanae *plurima laudi*
Inuide, quod potuit, dextera nulla tulit.

XCII.

PAVLI AEGINATAE Praecepta salubria GVILIELMO COPO *Basileiensi* interprete. in 4. folior. 39.

PAVLLVS AEGINETA περιοδευτής, seculo a Christo nato VII. celeberrimus, cum editis ab ipso *operibus*, Aesculapii filiis notior est, quam vt eius historiam, e *bibliothecarum medicarum* scriptoribus, & Ioan. Alb. Fabricii *Bibliothec.* graec. L. VI. Cap. VII. p. 575. sqq. multis verbis heic repetamus. In *compendio artis medicae*, quod ex antiquioribus medicis, Galeno in primis, Aetio, Alexandro Tralliano, & Oribasio consarcinauit, haec *de valetudine conseruanda praecepta*, partem libri constituunt primi, qui graece primum, cum reliquis sex libris euulgatus fuit *Venetiis, ex aedibus Aldi, & Andreae Asulani soceri, an.* 1528. in fol. vid. Io. Alb. Fabricii *Bibliothec.* graec. l. cit. p. 577. Michaelis Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 703. Davidis Clement Vir Cl. *Bibliotheque curieuse historique & critique de livres difficiles à trouver* Tom I. p. 58. Melchior. Ludew. Widekind *Verzeichnis von raren Büchern* P. I. *Berol.* 1753. in 8. p. 27. Istam vero libri primi partem, ex vno codice, quem nancisci poterat MS. latina ciuitate donauit omnium primus GVILIELMVS COPVS, basileensis, medicinae Doctor, & Professor

pari-

parisiensis, atque Francisci I. Archiater, qui omnem mouebat lapidem, vt e scholis medicorum parisiensibus, medicos Arabes, &, vt illos vocitare solebat, latinobarbaros eliminaret, eorumque in locum graecos introduceret, & editis eorum versionibus, familiares artis medicae cultoribus redderet. Haec, quae ante oculos versantur, PAVLLI AEGINETAE, *praecepta salubria,* dicauit Germano de Ganay, caduricensi *Episcopo*, ex Parisiorum Lutecia *XIIII. Kalend. Apriles. Anno M. D. X.* (1510.) In *epistola* dedicatoria, ob neglectam & contemtam medicinam, paucos hodie exstare, scribit, magni nominis viros, qui ad vltimam vsque senectutem perueniant. Ideoque Picum Mirandulanum, *rerum naturae miraculum*, atque Angelum Politianum, qui vnus, a Gothorum iniuria, linguam latinam vindicare potuisset, immatura morte, sublatos esse adfirmat, quod non iustam medicinae, in suis lucubrationibus, habuerint rationem. Pythagoram autem, Empedoclem, Democritum, Dioclem carystium, Praxagoram, Chrysippum, Platonem, Dionysium heracleoten, Xenocratem platonicum, Carneadem, Cleanthem, Xenophanem colophonium, summos philosophos, in vltima senectute, mortem obiisse, ait, quod medicinae studium, cum philosophia coniunxerint, & Aristotelem ipsum, quum alioquin naturali stomachi infirmitati, crebrisque morbidi corporis offensionibus, obnoxius esset, ob animi tamen magnitudinem, quam ex medicinae scientia conceperat, contra opinionem hominum, ad sexagesimum vsque tertium peruenisse annum. *Id vero nostro*, inquit, *aeuo, ob hanc maxime caussam contingere solet nemini, quod summorum medicorum monumenta,* Hippocratis, Galeni, Rufi, Oribasii, PAVLLI, Alexandri, *pulueribus obsita iacent, negliguntur que. Ac barbarissimi quique, vel temporum iniuria, vel circulatorum auaritia inducti, illorum loco habentur in pretio. Ergo quum magna iam antiquorum optimorumque voluminum, tum oratorum & poetarum, tum philosophorum copia* Aldi Manutii, *viri vndecunque doctissimi industria, nobis restituta sit, laborandum esse duxi,*

xi, vt medicinae quoque auctores, ad pristinae dignitatis lucem resurgant. Igitur graecarum *literarum prima rudimenta, quae iam pridem in* Germania *sub* Mithridate, *&* Conrado Celte *degustaueram, sub vtriusque linguae doctissimis praeceptoribus* Ioanne Lascari, *atque* Erasmo Roterodamo, *in* Parisiorum *academia excolere tentaui. Sed ob eorum praecipitem in* Italiam *abitum, operam fere lusissem, nisi mox* Hieronymum Aleandrum, graece, *&* latine, *&* hebraice, *adde etiam* chaldaice *doctissimum, perpetuum annum, poetas & oratores, (absque enim horum diligenti lectione, nullus facile* graecas *literas discere posse speret)* graece *legentem audiuissem. Cuius praeceptis formatis, vt studiorum meorum frugem aliquam reponerem,* Theodorum Gazam, *atque* Nicolaum Leonicenum, *quamquam longo admodum interuallo, imitari, ac veteres, eosque eruditissimos* graecos *medicos, pro virili restituere nisus sum. Atque in primis* PAVLLVM AEGINETAM, *quem vniuersam medicinam, a* Galeno, *&* Oribasio, *per innumeros fere libros traditam, in septem libros compendiose redegit. Horum primum, qui bonam valetudinem tueri docet, — a reliquis sex libris separare, ac* latio *sermone donare constitui. Ne salubria praecepta, perpetuo ab ineptis* Salernitanorum *deliramentis petere oporteat. Qua in re, quamuis eloquutio forsitan felicior desiderabitur, quod tamen ad interpretationis fidem pertinet, nisi nos aliquando exemplaris, (quod vnum duntaxat habere potuimus) deprauatio fefellerit, nemini cesserimus* &c. Istius versionis, quae nobis quidem innotuere, sunt editiones, 1) omnium prima *ex officina libraria Henrici Stephani, Paris.* 1510. in 4. quam describit Michael Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. II. p.207 sqq. 2) nostra, secunda, cuius in fine haec leguntur verba: Argentorat. *ex Aedibus* Mathiae Schurerii. *XII. Maii. An. M.D.XI.* (1511) Conrado Duntzenhemio. *II Dictatore* Argentorat. *Regnante Im. Caes.* Maximiliano *P. F. Aug.* Neque a Michaele Maittaire in *Annal. typograph.* neque a Ioan. Alberto Fabricio, in *Bibliotheca* graec. nec ab alio quopiam, si *Catalogum bibliothe-*

cae bünauianae Tom. I. P. I. Cap. II. Sect. V. §. XXIIX. p. 208. exceperis, eius mentionem factam fuisse conspeximus. 3) *parisina, ex officina Henrici Stephani* 1512. in 4. vid. Michaelis Maittaire *Annal. typograph.* l. cit. & p. 229. Io. Alberti Fabricii *Bibliotheca* graeca l. cit. p. 579. 4) *parisina Henrici Stephani* 1527. in 4. vid. Thom. Hyde *Catalog. Bibliothecae* bodleianae Tom. I. p. 8. Ioan. Alb. Fabricii *Bibliotheca* graeca l. cit. p. 579. 5) *argentoratensis* 1531. in 8. & 6) *basileensis* 1541. in 4. quas memorat Christophorus Hendreich in *Pandectis* brandenburgic. p. 46.

Nonnulla de GVILIELMO COPO retulit Melchior Adami in *vitis medicorum* germanor. p. 5. Conf. Iosi. Simleri *Bibliotheca* p. 254.

XCIII.

HIPPOCRATIS de praeparatione hominis, ad Ptolemaeum Regem, nuper e graeco in latinum traductus a IOANNE REVCHLIN *Phorcensi legum imperialium doctore.* in 4.

De hac versione, apud nullum auctorem, nos quidpiam legere meminimus, & ipsi illi scriptores, qui IOANNIS REVCHLINI dederunt vitam, illam silentio transmiserunt. Quot foliis illa absoluatur, dicere non possumus, quoniam exemplum, quo vtimur, aliquot foliis, in medio, mutilatum est. IOANNES REVCHLINVS *epistolam* praemisit dedicatoriam *ad Ill. Doctorem, & Sueuiae triumuirum* Ioannem Stocarum, *medicinae doctorem, Archiatrum* vlmensem, in qua, se ignorare fatetur, cuinam potissimum HIPPOCRATI, libellus sit tribuendus, cum septem diuersi, quos nominat, medici celeberrimi, HIPPOCRATIS nomine insignes, ei innotuerint. Reliquum praefationis eo spectat, vt a Iudaeis ad Aegyptios, ab illis autem ad Graecos, scientiam medicam, deriuatam esse, & latinos paludem, graecos riuos, iudaeos autem fontem bibere demonstret. Quibus caussis impulsus fuerit, vt

Ioanni

Ioanni Stocaro, hanc suam inscriberet versionem, hisce verbis retulit: *Cum proxime idus februarias, egregie* Stocare, *quo tempore alia saturnalia sacra, id est execrabiles mores personata facie bacchantes exordiuntur, & secta cum pelle luperci omne solum lustrant, vt ait* Naso, *quiescentibus triumuiris auditorii nostri fastis, aliquantulum vacarem, a grauibus & seriis, iamque me ipsum animi laxandi, vel potius recreandi gratia tantisper conuertissem ad iocos literarios, dum redirent curiae nostrae solita & sollicitudine plena comicia, rursus incidit in manus, quem tuo nomine dicare statueram* HIPPOCRATIS *ille libellus* graecus, *ac nondum* romanis *auribus promulgatus. Cuius* latinam *tralationem duabus de caussis sperabam tibi fore iucundissimam, altera quod a me primum tibi homine deditissimo & non tantum amantissimo tui, sed etiam vicissim amato prodierit. Altera item quod tu posteris solus is esse iudiceris, qui opera, consilio, & collocato in me beneficio tuo, meritus fueris, vt omnes medicae artis nouicii tyrones, cum libellum tanquam isagogas tuo nomine illustratas, & quasi progymnasmata quaedam commodissime sibi legere possint. Vnde motus ego, eundem tibi traducere coepi e* Graecia *in* Latium, *verbis non domi quaesitis, sed facultatis tuae scholari consuetudine, qui praescribitur de praeparatione hominis ad* Ptolemaeum *regem, non vt tu ipse noui aliquid ex illo apprehendas, quem constat omnem sine imminutione ac defectu medicinam cum ingenti librorum thesauro a patre haeredem accepisse optimo medico. Fuit enim quod vniuersi nouimus ille tuus parens* Nicolaus Stocarus, *trium illustrissimorum principum familiaris medicus, episcopi* herbipolensis, *episcopi* bambergensis, *&* Ioannis *marchionis* brandenburgensis, *eius, qui erat* Alberti *frater, nec minus sua aetate laudatus, quam excellentissimi* Romanorum *quondam* Cassii, Carpitani, Aruntii, Albutii, Rubrii, Valentes *in* Italia, *quos quidem vt debes recte imitaris. Es enim a laudatissimis quam maxime laudatus & honoratus nonsolum verbis, sed innumeris muneribus argenti & auri, cuius rei eminentissima & splendidissima*



aedificia tua Vlmae *te architecto sublimata testes sunt, quae locupletem crumenam ostendunt* &c. In fine opusculi, praeter insignia typographica, haec talia subiiciuntur oculis:

IOANNIS REVCHLIN Phorcensis *Tetrastichon.*
Dicitur HIPPOCRATES *scripsisse volumina* cous
Plurima, sed plures nouimus HIPPOCRATES
Quisquis erat quemuis hunc collegisse libellum
Romane *loquitur qui modo* graecus *erat.*

Finit HIPPOCRATES *de praeparatione hominis, quem de* graeco *in* latinum *transtulit* IOANNES REVCHLIN Phorcensis *legum imperialium doctor. Caesareae Maiestatis archiducis* Austriae *illustrissimorum imperii electorum & caeterorum principum in confoederatione* Sueuiae *index ordinarius. Anno M.D.XII.* (1512) *XIII. Kalendas Martias.* Tubingae *in aedibus* Thomae Anshelmi Badensis. Michael Maittaire nullam istius editionis habuisse videtur notitiam; an plures inueniantur, aliis disquirendum relinquimus.

Auctores, qui IOANNIS REVCHLINI vitam, & controuersias exposuerunt, praecipuos nominauimus, in *Analectis literariis* p. 768. & in *Adparatu literario* Tom. II. p. 1187. quibus adnumerari poterunt Philippi Melanchthonis *oratio, continens historiam* IOANNIS CAPNIONIS, phorcensis, *recitata a* Martino Simone, *Viteberg. per Vitum Creutzer* 1552. in 8. Legitur etiam in Philippi Melanchthonis *Declamationibus* Tom. III. *Seruest.* 1587. in 8. p. 280 sqq. & in calce *vitae* Nicodemi Frischlini, quam edidit Georgius Pflügerus, *Argentorati* 1586. in 8. p. 56 sqq. Ioannis Bismarci *oratio de vita & rebus gestis* IOANNIS REVCHLINI, *seu* CAPNIONIS *habita 1610.* in eiusdem Bismarci *vitis theologorum, Halae* 1614. in 4 *Levensbeschryving van beroemde en geleerde Mannen* Part. V. *Amsterd.* 1732. in 8. p. 4 7 sqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. p. 414. Iacobi Burckhardi *Commentarius de linguae* latinae, *quibus in* Germania, *per XVII. secula amplius, vsa ea est fatis* P. I. & II. passim. Eiusdem *Consilium de* IOAN. REVCHLINI, Rod. Agricolae,

colae, & Ioan. Trithemii *epistolis, ab se edendis, Guelferbyt.* 1714. in 4. Eiusdem *Obseruationes, de* IOANNE REVCHLINO, *eiusque epistolis,* in *Analectis ad vitam propriam, Hal.* 1749. in 8. p. 84 sqq. Angeli Mariae Bandinii, viri, apud ciues pariter atque transalpinos literarum laude florentissimi, *Specimen literaturae* florentinae *Seculi XV.* Tom. I. *Florent.* 1748. in 8. form. mai. p. 212 sqq. vbi in primis de IOANNIS REVCHLINI, & fratris Dionysii itineribus literariis italicis, & de amicitia, quae illis cum viris italis literatissimis intercessit, multa scitu digna in medium prolata inueniuntur. Ex industria silentio heic praetermisimus Hermanni von der Hardt scripta, quibus ille REVCHLINI memoriam restaurare, nostra aetate studuit. Tituli eorum legi poterunt, in *vita* eius, quam cum republica literaria communicauit Gabriel Guil. Goetten in *ietztlebenden gelehrten* Europa P. III. p. 484 sqq. & E. L. Rathlef in den *Geschichten ietztlebender Gelehrten* P. I. p. 105 sqq. P. IIII. p. 437 sqq. & P. IIX. p. 434 sqq. Conf. *Catalog. Biblioth.* bünauianae Tom. I. P. II. L. VI. Cap. I. p. 1552 sqq. vbi non solum *scripta* ista *hardtiana,* sed multa alia autographa inuenies, quae historiam certaminis reuchliniani, cum theologis coloniensibus illustrant.

XCIIII.

Libellus de Epidemia, quam vulgo morbum Gallicum vocant. in 4. folior. 29.

Literis romanis admodum nitidis, excusus est Venetiis *in domo* Aldi Manutii *mense Iunio MIIID.* 1497. Liber oppido rarus, cuius auctor NICOLAVS LEONICENVS, vicentinus, medicus, sua aetate celeberrimus, bonarumque literarum in Italia restaurator, *primus* teste Thoma Reinesio Variar. lect. p. 623. *a barbarie, in medica arte reuixit, & nugari desiit.* In *dissertatione* hac eruditissima Ferrariae habita, eorum refellit opinionem, qui luem veneream, eumdem cum illo putarunt morbum, quem prisci *elephantiasin* nomi-



narunt, ſicuti etiam diuerſum eſſe oſtendit ab illis morborum generibus, quae apud veteres *lichenae, aſaphati, pruna, carbo, ignis* perſicus, ſiue *ſacer* adpellantur. Deinde illos errare monſtrat, qui nouam hanc eſſe luem, nunquam a veteribus viſam, atque ideo a nullo medico, vel graeco, vel arabe, inter alia morborum genera relatam, ſed a Gallis in Italiam importatam, aut eodem tempore, & morbo ipſo, & Gallorum armis Italiam infeſtatam eſſe, ſibi perſuadeant. Nam homines eadem natura praeditos, ſub eodem coelo natos, ſub iiſdem ſideribus educatos, iiſdem etiam ſemper morbis fuiſſe obnoxios contendit, in primis cum cauſſae naturales, quibus iſte morbus, plerumque tribuitur, eaedem, millies poſt mundi initia exſtiterunt. Cauſſam vero, quod tunc temporis, quo Galli Neapolin armis infeſtabant, omnis Italia, hoc morbo inquinata fuerit, intemperiei aëris, & eluuioni Tiberis, qui retortis littore hetruſco violenter vndis, omnem fere Italiam inundauerat, tribuendam eſſe ſtatuit. *Milium hoc*, ait, *quod morbum* gallicum *vulgo vocant, inter epidemias, hoc eſt, morbos populatim vagantes, debet connumerari. Hae vero aut diuina ira, vt theologi ſentiunt, aut vi aſtrorum, vt aſtrologi opinantur, vel ex certa aëris intemperie, quemadmodum medici arbitrantur, eueniunt. Nos medicos hac in parte ſequentes, cauſſas naturae proximiores aſſignabimus. Illud ſatis conſtat eo anno, quo morbus* gallicus *coepit pululare, magnam aquarum per vniuerſam* Italiam *fuiſſe exuberantiam. Teſtis eſt* Roma, *quae prima id malum ſenſit, in quam* tybris *ita intumuit, vt tota ſit facta nauigabilis, quam rem* Pomponius *noſtri temporis poeta celeberrimus eleganti tetraſticho publica columna impreſſo deſignauit.*

Tempore Alexandri ſexti noniſque decembris
Intumuit thybris bis ſenas circiter vlnas.
Inſula quaeque domus facta eſt. mediisque repente
Circumducta viis aequabat cymba feneſtras.
Deucalionaeo vix tantum tempore tellus
Diluuium paſſa eſt, latuit cum tota ſub vndis.

Nos vero duobus poſtremis verſibus additis hexaſtichon

ex

ex tetrasticho fecimus, vt non modo eam, quae romanam *vrbem, sed quae praeterea magnam* europae *partem circa eadem tempora oppressit, aquarum multitudo comprenderemus. non aliter. n. q. in* romano thybris, *in agro etiam* bononiensi rhenus, *in* ferariensi *&* mantuano padus, *in* Venetia Athesis *extra solitos limites exundarunt. Tantis denique imbribus annus ille vbique maduit, vt terris exinde humentibus, atque stagnantibus minus mirandum sit aestiuum aërem ad illam venisse intemperiem calidam, s. & humidam quam medici atque philosophi omnium putredinum matrem esse consitentur. Similem vel etiam peiorem aliquando fuisse ea. s. tempestate; qua* Gothi Italiam *bellis infestabant, ex qua ingens orta est pestilentia* Blundus Forliuiensis *historiarum scriptor diligentissimus primae decadis volumine octauo memoriae prodit — Sed non longo post temporum interuallo* Bonifacio IIII. Romae *pontificatum gerente, (vt scribit* Platina) *in libro* de vitis pontificum *fame, peste, & inundatione quoque est laboratum, adeo fere semper inundationis comes est fames ac pestilentia, vt non temere prisci crediderint immodicas fluuiorum excrescentias, non solum ad praesens inferre damna, sed alia insuper mala futura portendere. Nam & his adhuc vigentibus malis* Bonifacius *est sublatus e vita, & quaedam eorum reliquiae vsque ad* Deus dedit, *qui successit in pontificatu tempora pertingerunt terrae motus. s. quos multitudines imbrium non minus quam siccitates solent generare & quaedam praeterea scabies, quae (vt scribit idem* Platina) *ita tendebat ad elephantiam, vt deformitate cognosci homines non possent. Nonne magnam horum malorum partem imo vero omnia in variis* Italiae *locis nostra hac tempestate persensimus? aquarum diluuia (vt diximus) annonae vbique charitatem, in quibusdam ciuitatibus pestilentiam, ac praeter ea terrae motus, quorum nullam aliam causam, nisi nimiam aquarum exuberantiam possumus assignare cum hi maxime illis contigerint ciuitatibus, quae sub caelo sunt humidiore, veluti* Ferrariae, *& quibusdam oppidis circumstantibus, quae nunquam adeo tremuerunt, sicuti eo an-*

no, quo aquarum inundationes inceperunt. Scabies vero, si scabies est appellanda, per vniuersam apparuit Italiam, *& adhuc perstat adeo foeda, vt plerique medici, quadam decepti similitudine, elephantiasin esse putauerint. Sunt n. pustulae partes primum obscoenas, deinde reliquum corpus, atque ipsam praecipue faciem —— occupantes, quarum primi ortus caussam, si sufficienter exposuerimus, magnam morbi* gallici *naturae partem explanasse videbimur* &c. Tandem nonnullis Hippocratis, & Galeni locis, quibus, symptomata illis, quae luem comitantur veneream, cognita fuisse probat, in medium prolatis, curationem morbi gallici, summatim & breuiter tradit. In omni autem *dissertatione*, id potissimum agit, vt medicorum Arabum ignorantiam, acriter perstringat, multaque herbarum, & morborum nomina, ab illis corrupta esse ostendat, id quod caussae fuerit, vt denominationes istae, omne aliud apud veteres medicos designent, quam hocce indoctum vulgus, rei ignaris persuadere velit. Dicauit *dissertationem illustri viro*, Ioanni Francisco, mirandulanensi *comiti*, eam potissimum ob caussam, quod disputationi publicae is interesse non potuerit, sed ex caussis vrgentibus, ante diem, ad eamdem disputationem constitutum, Ferraria abire coactus fuerit. Ideo vero haec NICOLAI LEONICENI *disputatio*, magni aestimari solet, quod omnium is fuit primus, qui in pestilentis morbi originem, & caussas inquisiuit, quamuis non adeo multi inueniantur, inter Aesculapii filios, qui eius subscripserunt sententiae: Fecit libri mentionem, quamuis titulo haud satis adcurate expresso, Michael Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 640. Retulit etiam illum, in catalogum librorum ab Aldo Manuccio excusorum Samuel Lutherus Geret V. Cl. in *obseruationibus*, quas ad Christiani Theophili Vngeri *librum de* Aldi Pii Manutii, Romani, *vita, meritisque in rem literatam Vitemberg.* 1753. in 4. scripsit p. CCXXXIIII. Librum *Lugduni apud Antonium Blanchardi* 1529. recusum esse, nos docuit Ios. Simlerus in *Bibliotheca* p. 521. Non nullis insertum esse collectionibus opu-

·sculo-

fculorum medicorum, patet e Thomae Hyde *Catalogo Bibliothecae* bodleianae Tom. I. p. 395.

NICOLAVS LEONICENI cognomen, a patria Leonico (*Lunigo*) Vicentiae oppido adeptus, & anno 1428. natus eft, & per fexaginta amplius annos, philofophiam, cum arte medica Ferrariae publice docuit. Infignis per omnem vitam abftinentiae praebuit exemplum, &, vt Paullus Iouius refert, in *elogiis doctor. viror.* p. 162. cibi, & vini maxime abftinens, fomnique minimi, praefertim vero Veneris continentiffimus, vfque adeo mollioris vitae voluptates abdicauit, vt pecunias, luxuriae inftrumenta, nec agnita quidem monetae nota contemneret; oblatum, & nulla delectum cura cibum caperet: nec vnquam de fortuna quereretur, quod vnam vir acutus ftudiorum laudem refpiceret; nec opportuna mediocris vitae fubfidia, benignitate ferrarienfium Principum, Herculis, Alfonfique fibi profpiceret. Peruenit hac frugalitate, vt idem Iovius teftatur, ad nonagefimum annum, integerrimis fenfibus, vegetaque memoria, nec incurua quidem ceruice, quum effet ftaturae celfioris, & fine fcipione venerabilis. Quum aliquando comiter ab illo peteret Iouius, vt ingenue proferret, quonam artis arcano vteretur, vt tanto corporis, atque animi vigore, vitia fenectutis eluderet: *viuidum*, inquit, *ingenium perpetua*, Ioui, *vitae innocentia, falubre vero corpus, bilari frugalitatis praefidio, facile tuemur.* Fata impleuit Ferrariae anno 1524. editisque fcriptis, nonfolum apud ciues fuos, exiftimationem fibi parauit, fed exteros quoque in fui admirationem rapuit. Vnum heic nominare fufficiet Coelium Calcagninum, qui, in *epiftola*, ad Erafmum roterodamum, die VI. Iul. anno 1525. fcripta, mortem eius deflet, talique virum de manfuetioribus mufis optime meritum elogio ornat: LEONICENVS *medicus iam menfes aliquot, hunc vitae minimum abfoluit, vir ad aeternitatem natus, quem ego vltimum heroum, vt aurei feculi reliquias appellabam. Ex illa enim aetate, quae magnum babuit ingeniorum prouentum, &* Hermolaos, Politianos, Picos, Merulas, Do-

mitios *nobis tulit, hic vltimus decessit iam prope centenarius, integris, quod mirum videri possit, adhuc sensibus, Multa scripsit, multa vertit* e graecis, *multa in sylua medica iam conclamata, nobis restituit. Aduersus barbaros medicos, perpetuas inimicitias exercuit, quin & Plinium, a quo proposito frustra hominem saepe deterrui, inclementer nimis semper insectatus est. Denique quod paucis contigit, viuens posteritatem suam vidit: eius obitum acerbe tuli, tum priuato nomine, fuerat enim mihi praeceptor, tum publico: videbam enim rem* latinam, *eius morte insignem plagam accepisse.* Vid. Erasmi roterodami *Epistolae, Londini* 1642. in fol. L. XX. Epist. LIIII. col. 1019. Conf. Thomae-Pope Blount *Censura celebrium auctorum* p. 485 sqq. vbi plura virorum doctissimorum, legi poterunt elogia, quibus certatim quasi LEONICENI memoriam, ad posteros transmittere studuerunt; Paulli Iouii *elogia claror. viror.* l. cit. Iof. Simleri *Bibliotheca* p. 521. Paul. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 1220. Melchior. Adami *vitae* germanor. *medicor.* p. 62. Lil. Gregor. Gyraldi *dialogus de poetis sui temporis* Tom. II. *Oper.* p. 410. Nicol. Comneni Papadopoli *Historia gymnasii* patauini Tom. I. p. 297 sqq. P. Baile *Dictionaire historique & critique* Tom. II. p. 1691. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. III. p. 323. & 995. Io. Alb. Fabricii *Biblioth.* latina *med. & infim. aetatis* L. XI. p. 787. sqq. die *Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. II. p. 44. 543. 571 sqq.

XCV.

Tractatus PETRI DE ELIACO, *Episcopi Cameracensis,* super libros Metheororum de impressionibus aeris. Ac de his quae in prima, secunda atque tertia regionibus aeris fiunt, sicut sunt Sydera cadentia, Stellae comatae, Pluuia, Ros, Pruina, Nix, Grando, Ventus, Terraemotus, deque generatis infra terram. in 4. folior. 26.

Hic

Hic libellus praeteritis temporibus, saepius editus fuit. Editio, quam inspicere nobis licet, literis romanis impressa, haec in fine refert verba: Viennae Pannoniae *per* Hieronymum Victorem, *&* Ionnem (Ioannem) Singrenium *impressum. Expensis vero* Leonardi *&* Lucae Alantse *fratrum, Nonis Ianuarii, Anno M. D. XIIII.* (1514). Michaelis Maittaire oculos, & notitiam, illa effugisse videtur. Quod Philippus Gundelius, & Ambrosius Saltzer, illam curauerint, patet ex illius *epistolio ad lectorem*, typothetarum erroribus praemisso.

Philippus Gundelius *studiosis*
S. D.

Accipite studiosi metheorologicum compendium, nuper vt alia omnia, eiusdem materiae exemplaria, prioris saeculi incuria deprauatissimum. Iam vero doctissimi viri Ambrosii Saltzer *labore emendatius factum. Quod vt diligentius imprimatur, quantam potui dedi operam, sed quia hoc tempore innumeris aliis occupationibus distringebar, vt huic prouinciae vacare semper non potuerim, quaedam mendae remanserunt, quas quia debito loco non posueram, in fine adiunxi. Idque* graeci *exemplaris auxilio, nam quidquid praeter* graeca *erratum est, vel puer emaculare poterit.*

De aliis editionibus, vid. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 551. Christophor. Hendreich *Pandectae* brandeburg. p. 136. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca* latin. *med. & infim. aetatis* L. XV. p. 709. Natus fuit PETRVS DE ALLIACO, siue vt Gallorum adpellabatur vernacula D'AILLI, Compendii ad Isaram (*Oise*) in Piccardia, & per varia, quae gessit, munera ecclesiastica, ad Episcopi tandem cameracensis, Presbyteri Cardinalis tit. S. Chrysogoni, & Academiae parisinae Cancellarii dignitatem euectus, Concilioque pisano, & constantiensi legatus interfuit. E vita discessit Cameraci anno 1425. & *Aquila* Franciae, *malleus*que *a veritate aberrantium indefessus*, adpellatus fuit. Sepulchro eius, in templo cathedrali cameracensi, tale epitaphium, inscriptum esse dicitur:

HIC



HIC IACET
REVERENDVS PATER
DOMINVS
PETRVS DE ALLIACO
THEOLOGIAE DOCTOR
QVONDAM EPISCOPVS CAMERACENSIS
ORATE PRO EO.

MORS RAPVIT PETRVM, PETRAM SVBIIT PVTRE CORPVS
SED PETRAM CHRISTVM SPIRITVS IPSE PETIT.
QVISQVIS ADES PRECIBVS FER OPEM, SEMPERQVE MEMENTO.
QVOD PRAETER MORES OMNIA MORTE CADVNT.
NAM QVID AMOR REGVM, QVID OPES, QVID GLORIA DVRENT
ASPICIS, HAEC ADERANT TVNC MIHI, NVNC ABEVNT.

De illo, & libris eius, praeter scriptores citatos, & alios quam plurimos legi merentur Antonii Posseuini *Adparatus sacer* Tom. III. p. 32. Henrici Wharton *Adpendix ad* Guil. Caue *Histor. literar. Scriptor. eccles.* p. 84. edit. *basileens.* 1744. Philip. Labbei *de Script. eccles.* Tom. II. p. 179 sqq. Casimir. Oudini *Commentar. de Scriptoribus & scriptis ecclesiasticis* Tom. III. col. 2293 sqq. Fratr. Sammarthanorum Gallia *christiana* Tom. I. p. 243 sqq. Ioan. Launoii *regii* Nauarrae *gymnasii* parisiensis *historia Paris.* 1677. in 4. P. II. L. I. Cap. IIII. p. 467 sqq. Ludouici Ellies Dupin Gersonia, quae praemittuntur Io. Gersonis *Operibus Antwerp.* 1706. in fol. p. 37 sqq. Iacques Lenfant *Histoire du Concile de* Pise Tom. II. p. 56 sqq. Eiusd. *Histoire du Concile de* Constance, passim, Hermanni von der Hardt *Acta Concilii* constantiensis Tom. I. P. IIX, p. 450 sqq. Augustini Oldoini *Athenaeum* romanum p. 530 sqq. P. Baile *Dictionaire historique & critique* Tom. I. p. 115 sqq.

XCVI.



XCVI.

MARSILIVS FICINVS, *Florentinus*, de triplici vita, ſcilicet ſana, longa, et celitus. vna cum textu ſeu regimine ſanitatis Salerni. in 4. folior. 97.

Libri, quem rarum eſſe intelligimus, e *Catalogo Biblioth.* ſalthen. p. 588. deſcriptionem promiſimus, cum Tomo I. *Adparat. literar.* p. 405 ſqq. de eius *epiſtolis*, nonnulla a nobis differerentur. Editio, quam e ſupellectile noſtra libraria proferimus, literis gothicis excuſa eſt, & prodiit, vt verba, coronidis loco adpoſita, teſtantur, *Ex officina* Ioannis Schotti Argen. *ſexta Martii. Anno gratiae M. D. XI.* (1511.) Nullam editionis rarae, fecit mentionem Michael Maittaire in *Annal. typogr.* ſed memorauit eam Niceron in *Memoires* Tom. V. p. 220. Omnium prima eſt, quam *impreſſit ex Archetypo* Antonius Miſchominus Florentiae *tertio Nonas Decem. Anno M. CCCC. LXXXIX.* (1489.) in fol. vid. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 508. *die Merckwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu* Dreſden Tom. I. p. 250. Praemiſit operi, quod in tres libros diſtinxit, *Prooemium* ſiue epiſtolam MARSILIVS FICINVS ad *magnanimum* Laurentium Medicem *Patriae ſeruatorem*, qui tanta nominis celebritate tunc temporis floruit, vt non ſolum viri literati, & docti omnes, veluti ad tutiſſimum ſalutis portum Florentiam confugerent, ſed ipſe Aegyptiorum Sultanus, miſſis ad eum legatis, in eius ſe inſinuare ſtuderet gratiam atque amicitiam. Luculentum iſtius rei exſtat indicium in Chriſtophori Landini *Commentario* in Virgilium L. XI. vbi haec legimus: *Noſtris temporibus vidimus* Aegypti *regem*, *non ſolum* Ferdinandum *regem* neapolitanum, *verum etiam noſtrae vrbis decus*, Laurentium Medicen, *praeclariſſimis donaſſe muneribus*, *curaſſeque ex* Aethiopia *arceſſendas duas* Zoroaphas, *beſtias noſtro coelo incognitas*, *quarum alteram* Neapolim. *alteram* Florentiam *mitteret* —— *Ea autem*, *quae a* Babylonio *Sultano miſſa*, *inducta eſt ab eius legato* Malphoth, *in vrbem* florentinam, *Kal. Decembr.*

cembr. Anno a nostra salute octogesimo septimo, supra millesimum ac quadringentesimum, vna cum mansuefacto leone, quem ille rex Zoroaphe *in muneribus adiunxit, quoniam id animal* florentino *populo insigne esse sciebat.* Admodum familiarem Laurentio Medici fuisse MARSILIVM FICINVM, ex *epistola* liquet, quam ob lepidum & iocosum dicendi genus, quo illam conscripsit FICINVS, integram heic inserimus:

Bacchum *Poetae summum antistitem sacerdotum, bis natum canunt. Forte significantes, vel futurum sacerdotem statim initiatum, oportere renasci: vel perfecti tandem sacerdotis mentem Deo penitus ebriam, iam videri renatam: Aut forsan humiliore sensu, vinum* Bacchi *germen, generari semel in vite quasi* Semele, *maturis sub* Phoebo *racemis: regenerari rursum post ipsum vindemiae fulmen in suo vase vinum, velut in* Iouis *femore merum. Sed de sacris in praesentia mysteriis non est loquendum, vbi mox physica potius ope, languentibus opitulati sumus. Nec agendum stilo grauitatis seruo, sed libero potius & iocoso, postquam a* Libero patre *nescio quomodo statim exorsi sumus. Et recte inquam nescio quomodo. nam forte prudentior aliquis a* Phoebo *medicorum primo, potius quam a* Baccho *medicinam auspicatus esset. Quid vero? siquod non vanum omen sit in ore nunc forte quadam proferente* Bacchum. *Hic enim almo quodam vino, securitateque laetissima, salubrius fortem edetur, quam herbis ille suis, carminibusque* Phoebus. *Quocunque vero sensu vel illa, vel haec acceperis, dux ille sacerdotum* Bacchus, *geminas quasi matres habuisse fertur.* Melchisedech *autem summus ille sacerdos, vnam vix matrem, vnum vix patrem habuit. Ego sacerdos minimus, patres habui duos.* FICINVM *medicum,* Cosmum Medicen. *Ex illo natus sum, ex isto renatus. Ille quidem me* Galeno, *tum medico, tum* platonico *commendauit: hic autem diuino consecrauit me* Platoni. *Et hic similiter atque ille* MARSILIVM *medico destinauit:* Galenus *quidem corporum,* Plato *vero medicus animorum. Iam diu igitur sub* Platone, *salutarem animorum exercui medicinam, quando post librorum omnium eius inter-*

terpretationem, inox decem atque octo, de animorum immortalitate libros, & aeterna felicitate composui, ita pro viribus patri meo Medici *satisfaciens. Medico vero patri satis deinceps faciendum putans, librum* de Literatorum valetudine curanda *composui. Desiderabant praeter ea post haec homines literati, non tantum bene quandoque valere, sed etiam bene valentes, diu vivere. His ergo deinde librum* de vita longa *dedi. Diffidebant autem medicinis atque remediis, in re tanta terrenis. Adiunxi librum* de vita, tum valida, tum longa caelitus comparanda, *vt ex ipso mundi corpore viuo, vita quaedam vegetior, in corpus nostrum, quasi quoddam mundi membrum, velut ex vite propagaretur. His vero tu medicinae libris ignosce, precor, indulgentissime* Laurenti, *si dum medicus esse volo, nescio, quomodo etiam nolens sum, etsi non bonus, saepe poeta. Nam &* Phoebus *idem est medicinae repertor, poesisque magister, vitamque ille suam nobis non tam per herbas quam per citharam cantumque largitur. Ipsa quin etiam* Venus *apud Astrologos Musicum aeque parit et Medicum. Sed hactenus dum literatorum, ciuiumque similium vitae curiosius consulo, librorum meorum salutem negligo, quandiu inter se patior esse seiunctos. Quam ob rem in eos nunc primum pius, in corpus vnum copulo. Cuius artubus in vnam formam iam compactis, vita protinus adsit. Non potest autem hoc opus physicum, id quasi corpus meum, vitam accipere, nisi meam. Eiusmodi vero vita ex mea duntaxat pendet anima. Haec autem iam diu penes te, magnanime* Laurenti, *mi patrone, viuit, in ea praesertim amplissimarum aedium tuarum parte, vbi vna cum* Platone, *nostrum illud de animorum immortalitate seruatur opus, tuo iam pridem nomini dedicatum. At animus iste meus, etsi in beata quadam quasi patria, penes te vitam agit, veruntamen, quod & Theologi volunt, inquietus est interea, donec opus id physicum tanquam suum corpus accipiat. Accipe igitur, optime* Laurenti, *post illos de anima, hos etiam de corpore libros: eodemque afflatu, quo & illis dudum, feliciter his aspira. Ita enim & corpus hoc, sub tuo spiritu, per suam viuet animam, & anima*

vicissim



vicissim nostra, cum iam suo corpore, in tuis laribus conquiescet.

Librum primum, *de vita sana, siue de cura valetudinis eorum, qui incumbunt studio literarum*, dicauit Georgio Antonio Vespuccio, & Ioanni Baptistae Boninlegnio (Boninsegnio) qui cum MARSILIO FICINO, Academiae platonicae a Laurentio Mediceo restauratae, a Iulio autem Mediceo, Cardinale, qui vrbis florentinae adfectabat imperium, ob nonnullos socios, qui in caput eius coniurasse dicebantur, dissipatae, fuere socii.

Capite I. *nouem studiosorum duces* nominat, e quibus tres in caelo, tres in animo, & tres in terra, studiosos ducere scribit. Illi in caelo sunt Mercurius, qui, vt inuestigando iter adgrediantur musarum, vel impellit, vel adhortatur; Phoebus ipse, & quaerentes animos, & res quaesitas, splendore vberrimo sic illustrat, vt perspicue quod quaerebatur, ab illis inueniatur. Gratiosissima Venus, gratiarum mater, quae almis omnino, laetisque radiis suis rem omnem adeo condit, & ornat, vt quidquid & instigante Mercurio, quaesitum fuit, & monstrante Phoebo, iam erat inuentum, mirifica quadam, & salutari venustate Veneris circumfusum delectet semper & prosit. Tres itineris huius, in animo, ex eius sunt sententia, duces, voluntas ardens, stabilis acumen ingenii, memoria tenax. Tres in terra postremi sunt duces, prudentissimus pater familias, probatissimus praeceptor, et medicus denique peritissimus.

Cap. II. ostendit, *quam diligens habenda cura sit cerebri, cordis, stomachi, & spiritus.*

Cap. III. monstrat *literatos pituitae, & atrae bili obnoxios* esse.

Cap. IIII. exponit *quot sint caussae, quibus literati melancholici sint, vel fiant.*

Cap. V. Caussas adfert, *cur Melancholici ingeniosi sint, & quales sint melancholici eiusmodi, aut contra.*

Cap. VI. refert, *quo pacto atra bilis conducat ingenio.*

Cap. VII. *Quinque praecipuos studiosorum hostes* nominat

minat, *pituitam, atram bilem, coitum, satietatem, matutinum somnum.*

Cap. IIX. inquirit, *quae sit hora incohoandis studiis aptissima.*

Cap. VIIII. ostendit *quomodo sit vitanda pituita.*

Cap. X. *qua ratione vitanda sit atra bilis.*

Cap. XI. *de cura stomachi* loquitur.

Cap. XII. *de iis, quae fouent membra praecipua, & vires spiritus.*

Cap. XIII. *Pharmaca* proponit, *pituitae repressiua, atque eductiua.*

Cap. XIIII. *Catarrhi, & destillationis communis studiosorum pestis, remedia.*

Cap. XV. agit *de dolore Capitis.*

Cap. XVI. complectitur *medelam visus caligantis.*

Cap. XVII. agitur *de sensorio gustus instaurando.*

Cap. XIIX. in medium profert, *exquisitissima atrae bilis remedia.*

Cap. XVIIII. *de Syrupo* differit *melancholicis maxime profaturo.*

Cap. XX. *de pillulis ad humores vitiosos molliendos, & expurgandos.*

Cap. XXI. *de medelis a liquidarum medicinarum vsu.*

Cap. XXII. Continet *canones sanguinis mittendi.*

Cap. XXIII. *de electuariis & confectis* loquitur.

Cap. XXIIII. *de nimiae vigiliae remediis.*

Cap. XXV. *de memoriae hebetis, atque obliuionis remediis.*

Cap. XXVI. *Corporeum spiritum curandum medicina, incorporeum colendum disciplina morali, & veritatem venerandam esse religione* demonstrat.

Libri secundi, *de vita producenda siue longa*, prooemium, scriptum est, *ad* Philippum Valorem, *academiae* platonicae *sodalem, &* MARSILII FICINI *Auditorem.* Capitibus XX. haec praefixa sunt argumenta:

Cap. I. *Ad perfectionem scientiae, necessaria est vita longa, quam diligentia praestat.*

Cap. II. *Vitalem calorem nutriri humore, cuius vltraque excessu, fieri corruptionem solutionemque.*

Cap. III. *Quomodo temperandus calor ad humorem atque vicissim, quodam* Mineruae *consilio.*

Cap. IIII. *Quibus de caussis arescit humor naturalis, vel peregrinus exundat, & quam necessaria sit, ad vitam perfectam digestio.*

Cap. V. *Sanguis & humor adcommodatus vitae acrius esse debet, qualitate temperatus, substantia medius atque tenax.*

Cap. VI. *Communis comedendi bibendique regula, & qualitas epulorum.*

Cap. VII. *Non esse vtendum alimentis, quae cito putrescant, nec in eiusmodi regionibus habitandum; vinum & triticum prae ceteris eligenda; putrefactionem & resolutionem fugienda.*

Cap. IIX. *Diaeta victus, medicina senum.*

Cap. VIIII. *Naturae aromatum cordialium necessariae, & rursum qualis senum victus.*

Cap. X. *de auro, & aureis alimentis, & refocillatione senum.*

Cap. XI. *de vsu lactis, sanguinisque humani, pro vita senum.*

Cap. XII. *Diaeta, habitatio, consuetudo senum.*

Cap. XIII. *Quae adminicula senes, a planetis accipiant, ad omnia membra fouenda.*

XIIII. *De confabulatione senum sub* Venere, *per prata virentia.*

XV. Mercurius *alloquitur senes, & consulit eis, circa voluptatem, odores, cantus, medicinas.*

XVI. *Confirmatio superiorum, & quas deuitare debemus, adsiduam & coitum.*

XVII. *De medicinis senum, & de habitatione eorum, atque diaeta.*

XIIX. *De nutrimento spiritus, & conseruatione vitae, per odores.*

XVIIII. *Magorum medicina pro senibus.*

XX. *De periculis euitandis, ex quolibet vitae septenario imminentibus.*

Librum

Librum tertium, *de vita caelitus comparanda*, in XXVI. capita distinctum, sacrum esse voluit, *serenissimo* Panoniae *Regi*, *semper inuicto*. Praeter *epistolam* dedicatoriam, praefixit illi praefationem, *ad lectorem*, siue *exhortationem*, in cuius fine scripsit: *in omnibus*, quae heic & alibi ab illo tractata fuerint, *tantum adsertum esse volumus, quantum ab ecclesia comprobetur*. Istum autem librum, qui tantis dogmatibus paradoxis, quid? superstitiosis opinionibus refertus est, vt ob illum, in magiae etiam inciderit suspicionem, se composuisse testatur, *inter commentaria*, quae scripsit *in* Plotinum. Conf. Daniel. Georg. Morhofii *Polybist*. Tom. II. L. I. Cap. VII. §. 15. p. 38. Vix enim in lucem exierat, cum aduersarii omnem mouerent lapidem, vt eum apud Pontificem redderent suspectum, id quod e MARSILII FICINI *epistolis*, passim intelligi poterit. Coactus igitur fuit, Amicorum & Maecenatum implorare patrocinium, vt contra aduersariorum insultum eum tuerentur. Exstat L. X. *Epistolar*. fol. 166. edit. *venet*. 1495. in fol. ad Hermolaum Barbarum epistola, in qua illum enixe, & vehementer rogat, vt Pontifici, *vitam suam*, id est, libros *de triplici vita*, de meliore commendare, suamque strenue agere caussam velit. Conf. epistola ad Antonium Calderinum, & Rainaldum Vrsinum, Archiepiscop. florentinum l. cit. fol. 167. A magiae autem suspicione MARSILIVM FICINVM egregie defendit, & ineptae anilisque superstitionis potius, hoc libro, reum factum esse, non proletariis ostendit argumentis Ioan. Georg. Schelhornius Vir S. R. in *Apologia, pro* MARSILIO FICINO, *Magiae postulato*; quae legitur in eius *Amoenitat. literar*. Tom. I. p. 119 sqq. Quod ad libri tertii argumenta capitum adtinet, illa eiusmodi verbis concepta sunt:

Cap. I. *in quo consistat secundum* Plotinum *virtus, fauorem caelitus adtrahens: scilicet in eo, quod anima mundi, & stellarum, daemonumque animae, facile adliciuntur corporum formis adcommodatis.*

II. *de Concordi mundi, de natura hominis secundum stellas, & quomodo fiat adtractus ab vnaquaque stella.*

III. *Quod inter animam mundi, & corpus eius manifestum, sit spiritus eius, in cuius virtute sint quatuor elementa; & quod nos per spiritum nostrum, hunc possimus haurire.*
IIII. *Spiritus noster haurit, mundi spiritum, per radios solis, &* Iouis, *quatenus ipse sit solaris, &* iouialis.
V. *Tres Gratiae sunt,* Iupiter, *&* Sol, *&* Venus, Iupiter *& Gratiarum geminarum media, & maxime nobis adcommodata.*
VI. *de virtute in nobis naturali, vitali, animali. Et per quos planetas adiuuentur: & quomodo per adspectum lunae ad solem, &* Venerem, *maxime vero ad* Iouem *commodent, aut incommodent.*
VII. *Quomodo membra foueantur in nobis, per comparationem lunae, ad signa, & ad stellas fixas.*
IIX. *De virtutibus, & vsu stellarum fixarum.*
VIIII. *Dignitates planetarum in signis, ad vsum medicinarum obseruandae.*
X. *Quomodo planetis vti debeamus, in medicinis.*
XI. *Quibus modis spiritus noster, haurire plurimum potest, de spiritu, vitaque mundi, & qui planetae spiritum procreant atque recreant, & qualia, ad vnumquemque planetam pertinent.*
XII. *Res naturales, atque etiam artificiosae, habent virtutes, a stellis occultas, per quas spiritum nostrum, stellis eisdem exponunt.*
XIII. *De virtute imaginum secundum antiquos, atque medicinarum caelitus adquisita.*
XIIII. *Ordines rerum a stellis pendentium, vt solarium, atque similium, & quomodo spiritus fiat solaris.*
XV. *De virtute imaginum secundum antiquos, atque medicinarum, & quomodo medicinae sint longe validiores, quam imagines.*
XVI. *De potestate caeli, de viribus radiorum, vnde vim sortiri putentur imagines.*
XVII. *Quam vim habeant figurae in caelo, atque sub caelo.*

XIIX.

XIIX. *Quales caelestium figuras antiqui imaginibus imprimebant, ac de vsu imaginum.*

XVIIII. *De fabricanda vniuersi figura.*

XX. *Quantam imagines vim habere putentur, in spiritum, & spiritus in eas, & de affectu vtentis, & operantis.*

XXI. *De virtute verborum, atque cantus, ad beneficium coeleste captandum, ac de septem gradibus perducentibus ad coelestia.*

XXII. *Quomodo septem donis, nos caelestibus adcommodare possumus, & quibus sit* Saturnus *maleficus, quibus propitius, quos* Iupiter *a* Saturno *defendat, quomodo caelum agat in spiritum & corpus, & animam.*

XXIII. *Vt prospere viuas agasque, in primis cognosce ingenium, sydus, genium tuum, & locum eisdem conuenientem, hic habita, professionem sequere naturalem.*

XXIIII. *Qua ratione literati cognoscant ingenium suum, sequanturque victum, spiritui consentaneum.*

XXV. *Astronomica diligentia, in liberis procreandis, in praeparandis epulis, in aedificiis, & habitatione, atque vestibus, & quantum curare talia liceat.*

XXVI. *Quomodo per inferiora, superioribus exposita deducantur* (superiora) *& per mundanas materias, mundana potissimum dona.*

Hisce *de vita* tribus libris, subiungitur plerumque sicvti etiam in hac editione *Apologia, in qua de medicina, astrologia, & vita mundi, item de magis, qui* Christum *statim natum salutauerunt*, agitur. Scripsit illam MARSILIVS FICINVS, *ad dilectissimos suos, in studio veritatis fratres, tres* Petros, Nerum, Guicciardinum, & Soderinum. Quod auditores MARSILII, & academiae platonicae adscripti fuerint, colligitur ex *epistola* MARSILII FICINI, ad Martinum Vranium, quae libro XI. *epistolarum* MARSILII FICINI exstat, & omnium academicorum platonicorum Catalogum complectitur. Hortatur illos, vt caussam suam, contra aduersarios suos, qui ea, quae de medicina & astrologia,

in libris *de vita triplici* scripserat, cum sacerdotis officio, minime conuenire dixerint, strenue agant, sibique ea in re iungant socios Landinum, Politianum, & Picum. Scripta est *apologia d. XV. Septembr. M.CCCC.LXXX.VIIII.* (1589). Huic *apologiae*, in nostra editione, alia subiicitur *epistola, ad dilectissimos, in veritatis venatione fratres*, Bernardum Canisianum, Ioannem Canacium, & Amerigum Cursinum, *die XVI. Septembr.* eodem anno, *in agro* caregio scripta, in qua demonstrat, quod necessaria sit, ad vitam, securitas, & tranquillitas animi. Adludere videtur ad eorum nomina cum scribit: *Cum primis hic in verbis venationem quandam instituissemus, merito forsan* Canes *statim adhibuimus, & Cursores. apte quidem philosophantes appellauimus venatores anhelo semper veritatis indagine laborantes, num etiam apte* canes? *Aptissime inquit in republica* Aristoteles. *Philosophantes enim vel legitimi sunt: vel spurii. Ambo* canes. *Illi quidem veritatem ipsam sagaciter inuestigant: mordicus inuentam tenent. Hi vero pro opinione latrant, mordent, lacerant. Tantum profecto* canes *inter philosophos sibi vendicant, vt non solum se ipsos in sectam aliquam inseruerint: sed etiam sectam ipsi suam nomine* cynicam *quandoque confecerint. Habet quin etiam suos academia* canes. *Huc ergo vos sagaces academiae* canes, *huc vos velocissimi* cursores *aduoco. Tres enim estis. Tres ergo nunc meos precor defendite liberos, adhuc teneriores, inter lupos, vt vereor, e vestigio perdituros. Currite inquam alacres: negotia enim nunc vobis optata mando, non curas.* Georgium Benignum Saluiatum *cognoscitis meum. Qui veritatem illam, per cuius nunc vos vestigia passim venando discurritis, iam diu est sagaciter assecutus. qui & fratres suos solis instar maior ipse minores illustrat. Huic igitur, si quem luporum vlulatum audieritis, nunciate. fortissimus ille* Georgius, *omnes facile fugabit lupos, qui & vastum draconem quandoque transfixit, ille me igitur, ille, sollicitudine simul & vos cura leuabit. Solet nam inter vos aliquis, & quidem iam saepius dicere: nihil ad vitam salubrius experiri, quam magna*

cum securitate tempora deglutire: ceteri vero dicenti protinus accidere. Sed dic age Canaci, *quid nam hoc tuum est totiens repetitum? Tempora deuorare? Quid denique tibi vis? Non esse inquies, sed bibere potius, non mandere vel conterere: sed faucibus plenis ingurgitare. siquidem tempus ipsum natura quaedam est liquens: vt ita dixerim, atque labilis, liquentium vero haec est conditio: vt si cohibeas in angustum, subito perdas* &c. In prima, cuius supra fecimus mentionem, editione, legitur epigramma Amerigi Corsini, quod in nostra omissum fuit, e quo dilucide adparet, cura Philippi Valoris, tres *de vita* libros, prima vice fuisse euulgatos:

De triplici vita, quem tu FICINE *libellum*
Compositum in lucem mittere docte paras;
Imprimere hunc doctus, gratusque Valorius *vltro*
Curauit, doctis pabula grata viris
Tresque Petri (Nerus, Guicciardinus, Soderinus)
binique canes (Canisianus Canacius)
Cursorque Amerigus (Cursinus.
Contendent morsus pellere quisque feros.

Librum, in hetruscum sermonem esse conuersum, et editum *Venetiis* 1548. in 8. adfirmat Niceron in *Memoires* Tom. V. p. 220. de versione teutonica, quae *Argentorati,* cum Hieronymi Brunschwicks *arte distillandi* an. 1515. lucem vidit, vid. Io. Georg. Schelhornii Viri S. R. *Amoenitates literar.* Tom. I. p. 121.

Catalogum Scriptorum, qui de rebus ad MARSILIVM FICINVM pertinentibus, consuli poterunt, exhibuimus Tom. I. *Adparat. literar.* p. 405. Iis adnumerari poterit Angelus Maria Bandinius Vir Cl. qui Christophori Landini, vitae multa inspersit, quibus & amici eius FICINI historia illustratur.

Adiicitur libro, quem descripsimus, *textus, seu Regimen sanitatis*, scholae salernitanae, rhythmis latinis compositum leoninis, de quo ea legi poterunt, quae Tom. II. *Adparat. literar.* in medium protulimus p. 941. sqq.



XCVII.

MARSILII FICINI *Florentini Medici, atque philosophi celeberrimi,* de vita libri tres. Recens iam a mendis situque vindicati, ac summa castigati diligentia, quorum primus de studiosorum sanitate tuenda, secundus de vita producenda, tertius de vita caelitus comparanda. *Excudebat Ioannes le Preux M.D.XCV.* (1595) in 12. pp. 334. excepto indice folior. 7.

Omnia, quae in editione modo descripta inueniuntur, etiam heic exstant, si *epistolam ad* Georg. Anton. Vespatium, & Ioan. Baptist. Boninsegnium, libro primo praemissam exceperimus. Caeterum argumenta capitibus praefixa, multo dilucidiora sunt illis, quae in superiore editione occurrunt, quam ob rem etiam illis adscribendis, aliquoties, hac recentiore editione, vsi sumus. Accessit illi praeterea coronidis loco p. 246. sqq. MARSILII FICINI, florentini *medici*, *atque philosophi clarissimi epidemiarum Antidotus*, quae XXV. capitibus absoluitur. Amicorum precibus librum composuerat FICINVS, lingua hetrusca, & in eo, morbi definitiones, caussas effectrices, signa, prophylacticon, & praesentis mali curationes, & medelas, variis diuersisque corporibus adcommodatas, breui atque facili ratione perstrinxerat. Versio, quae heic legitur latina, concinnata fuit ab HIERONYMO RICIO ticinensi. Quod istam editionem curauerit Andreas Lennius, siue, vt a Iosia Simlero in *Biblioth.* p. 38. adpellatur Lemnius, patet e praefatiuncula, *ad medicinae studiosos*, in commendationem *Antidoti* concinnata p. 246. Conf. Niceron *Memoires* Tom. V. p. 221. Sed perperam tribui videtur MARSILIO FICINO hoc opus, quamuis etiam in *Operibus* eius latinis, quae iunctim *Basileae* 1561. II. Tom. in fol. prodierunt, Tom. I. inuenerit locum. Iosias sane Simlerus, in *Bibliotheca* p. 295. & Giulio Negri in *Storia degli Scrittori Fiorentini Ferrara* 1722. in fol. p. 398. id disertis


verbis

verbis FICINO, Marsilii patri, medico florentino adscribunt. Eum praeter medicinam, etiam exercuisse chirurgiam, docet nos Giulio Negri l. cit. & Nicolaus Angelius, bucinensis, Augustini Dathi discipulus, humaniorum literarum, primum in senensi, deinde in florentina academia Professor publicus, qui in *epistola ad* Laurentium Medicen, praefixa editioni Plauti *Florentiae per haeredes Philippi Iunctae* 1514. in 8. excusae, haec talia, de eo retulit: Cosmus, *ne res altius repetatur, Tibi abauus, quem natura finxit ad honestatem, grauitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omnes denique virtutes, magnum hominem, & excelsum, quem* Florentia, *vna patrum, & populi voce, Patrem Patriae*, lacedaemonio *marmore inscripsit*, MARSILIVM FICINVM, *pueritiam adhuc agentem, a patre eius ad se forte adductum intuens, ac pueri indolem probans, vt fuit ille diuino iudicio, ac sapientia vir, quaerit de patre, quod vitae iter puer ingrederetur.* Si fortunae nostrae volent, *inquit*, cupio erudiri disciplinis. *Tum* Cosmus, tu corporum, (*Chirurgus enim erat*) alienis impensis, hic vero animorum vulnera, vt spero, curabit.

XCIIX.

Ad Astrorum iudicia facilis introductio CLAVDIO DARIOTO *Pomarcensi Medico ac Mathematico Authore.* EIVSDEM Tractatus de Electionibus principiorum idoneorum rebus inchoandis. Quibus accessit Fragmentum de morbis, & diebus criticis, ex astrorum motu cognoscendis, EODEM AVTHORE. Ad illustrissimum & eruditissimum virum, Dominum Anthonium Thomam Sauinum, doctorem medicum Lugdunensem. *Lugduni apud Mauricium Roy & Ludouicum Pesnot* 1557. in 4. pp. 120. non numeratis 3. foliis prioribus.

De CLAVDIO DARIOTO, pomarcensi, in *Lexico eruditorum* Tom. II. col. 34. pauca memorantur. De



hoc eius libro, nihil plane relatum legitur, qui vero in Thom. Hyde *Catalog. Bibliothecae* bodleianae Tom. I. p. 200. adnotatus fuit. Caeterum DARIOTI scripta omnia, admodum esse rara, e tot catalogorum, quos euoluimus, coniicimus silentio. Ornarunt librum epigrammatibus suis Martialis Cassagno Cambonius, & Ioan. Chevignard belnensis. *Epistola* dedicatoria *ad* Antonium Thomam Sauium scripta est Lugduni *III. Cal. Mai 1556.* Prima libri pars ex XXXII. capitibus composita est, quorum haec sunt argumenta:

I. *De Zodiaci, & signorum diuisione.*
II. *De planetis, eorum motibus, & natura.*
III. *De dignitatibus essentialibus planetarum.*
IIII. *De masculinis & foemininis gradibus, ac lucidis, fumosis, tenebrosis, vacuis, putealibus, fortunam augentibus, & iis, qui corporis imbecillitatem adferre creduntur, quos azemena vocant.*
V. *De horis inaequalibus, horae planetarum dictae.*
VI. *De radiationibus, siue adspectibus.*
VII. *De applicatione & separatione.*
IIX. *De accidentibus planetarum, tum inter se, tum in semetipsis & primo de prohibitione.*
VIIII. *De his quae planetis, cum in luminaribus, ac in semetipsis accidunt, ac primo de combustione.*
X. *De fortitudine, siue fortuniis planetarum accidentalibus.*
XI. *De planetarum infortuniis.*
XII. *De duodecim caeli domibus.*
XIII. *De domorum significationibus.*
XIIII. *Qua ratione aliae domorum duodecim significationes inueniendae sunt.*
XV. *De inuentione domini, alicuius domus, qui* Arabibus *Almutem dicitur.*
XVI. *Qua ratione tabularum in Ephemeride positarum adiumento, domus caeli erigendae sunt, in qualibet hora diei.*
XVII. *De collocandis planetis in figura.*
XIIX. *De partibus quibusdam, earumque inuentione.*

XVIIII.

XVIIII. *Quae sunt obseruanda, priusquam de re quaesita iudicium fiat.*
XX. *De significatoribus, ac eorum inuentione.*
XXI. *Quot modis res perficiuntur.*
XXII. *An absens aliquis mortuus aut viuus sit.*
XXIII. *Vtrum aliquis substantiam possidebit, & quando.*
XXIIII. *De fratrum inquisitione.*
XXV. *An aliquis terram aut domum, quam emere desiderat, possidebit.*
XXVI. *An mulier vtero gerat, nec ne, ac de genere foetus.*
XXVII. *An vxorem quam quis ducere optat, possidebit.*
XXIIX. *Vtrum quaerens mulieris bona possidebit.*
XXVIIII. *De celeri, aut tardo reditu illius, qui iter adgreditur, ac de iis, quae illi in itinere euenient.*
XXX. *Vtrum aliquis dignitatem officiumue, quod optat, possidebit.*
XXXI. *De quadam re, quam quis habere sperat.*
XXXII. *De quodam occulto inimico.*

Secundus Tractatus *de electionibus, principiorum idoneorum rebus inchoandis*, quatuor absoluitur capitibus.
I. complectitur *electionum radices, & fundamenta.*
II. monstrat, *quae in signis, electionis tempore animaduertenda sunt.*
III. refert *canones in operum electionibus.*
IIII. exponit, *quae in electionibus fugienda sunt.*

Fragmentum de morbis, & diebus criticis, ex astrorum motu cognoscendis, auctor in XVII. capitibus descripsit, quae talia in fronte, argumenta gerunt.
I. *In quas corporis partes, signa, & domus imperium habeant, & quibus morbis praesint.*
II. *Quibus corporis partibus, quibusque morbis, & quibus facultatibus planetae imperant.*
III. *Quam corporis partem, planeta quilibet, in quolibet signo respicit.*
IIII. *De significatoribus, eorumque inuentione.*
V. *Qua ratione partes laborantes, morbi, eorumque caussae, dignosci possunt.*

VI. *Qua in parte corporis morbus ſit, dextra ſcilicet, an ſiniſtra, an recens aut antiquus, in tota, vel in parte ſedem habeat.*

VII. *An morbus curabilis ſit, nec ne.*

IIX. *De malum omen praeſagientibus ſignis.*

VIIII. *De ſalubribus ſignis.*

X. *An acutus, vel cronicus morbus ſit.*

XI. *De criticis indicatiuis, & intercidentibus diebus, ac eorum inuentione.*

XII. *Quae in morbis curandis, & humoribus vacuandis, obſeruanda ſunt.*

XIII. *Quo tempore vna quaelibet corporis pars medicanda, & a morbo liberanda eſt.*

XIIII. *De venae ſectione.*

XV. *De balneo, & cucurbitulis.*

XVI. *De vomitu prouocando, aenematis iniectione, & topicorum appoſitione.*

XVII. *De electione in profligandis morbis oculorum, aurium, & febrium curandorum.*

Omnia in hisce tractatibus, variis tabulis, domorum coeleſtium delineationibus, aliisque figuris oſtrologicis ligno incifis illuſtrantur.

XCVIIII.

Elegiae Ὁδοιπορικαὶ V. IOACHIMI CAMERARII, & Carmen Ὁδοιπορικὸν IO. LV. BRASSICANI. I. Metallaria, II. Dyringiaca & Encomium vitae rusticae. III. Nemetum. IIII. Saxonica. V. Plumbaria. Cum aliis quibusdam nunc primum editis. *Argentorati, anno M. D. X L I.* (1541) *Menſe Martio* in 8. folior. 23.

Hunc paucorum foliorum libellum, inter IOACHIMI CAMERARII ſcripta, eſſe e rariſſimis, per literas amiciſſimas nos monuit, Bibliophilus caſſellenſis, quem *Adparatus literarii* Tom. II. ſemel, iterumque, honoris cauſſa nominauimus. *Epiſtola* CAMERARII dedica-

dicatoria *ad* Erasmum Ebnerum *Sen.* Nor. scripta est *Idibus Ianuarii anno MDXLI.*

Elegia *ὁδοιπορικὴ metallaria*, ad Philippum Melanchthonem scripta est, *ex vrbe* annaebergensi *an. 1524. VIIII. Kal. Septembr.* Describit iter, quod in tractum montium metalliferorum susceperat, & qua ratione a Sturcio, Annaebergae exceptus fuerit, exponit.

Elegia *ὁδοιπορικὴ secunda* iter per Thuringiam factum narrat, & simul encomion vitae rusticae complectitur. Scripta est *anno 1526. Kal. Nouembr.*

Elegia *ὁδοιπορικὴ Nemetum*, ad Erasmum Ebnerum, & Georgium Sabinum scripta est, *anno 1529. Id. April.*

Carmen *ὁδοιπορικὸν pannonicum* IOANNIS LVDOVICI BRASSICANI epicum est, scriptum ad Ioachimum Camerarium. Refert quae in itinere ex vrbe tubingensi, per Pannoniam suscepto, memoratu digna, ei obtigerint. Scripsit epistolam, cum ex itinere Viennam redux factus esset. Lepide describit itineris socios, quos in naue, cum Viennam praeternauigaret, habuit.

Lux erat Augusti *fugientis vltima sole*
Laeta coruscanti, qua pergimus inde Viennam
Mutatis ratibus, comitum affluxere cateruae
Diuerso genere ex hominum, plerique solebant
Fortunam experti talorum interprete iactu
Ludere, nonnulli crebris certare culullis
Lendigenaeque pedes, praetextaque surfure ceruix
Exercent alios, multaeque in corpore sordes,
Nonnullos obscoena Venus *turpesque loquelae*
Oblectare, meum misere iecur vrere inepti
Sermones hominum, quos inter rabula quidam
Augusta herois facie, sermone nefando,
Moribus obscoenis, vitioque notatus in omni,
Obtrectator iners, periurus, spurcus adulter
Fabellas facili vulgo persuadet aniles,
Hos inter comites inuisos atque molestos
Danubii *rapimur per praecipites cataractas* &c.

In *ὁδοιπορικῇ saxonica*, ad amicos virebergenses, CAMERARIVS describit iter, quod per Lipsiam *doctrinae*

nae primam magistram, quae eum tamen *tenuit, non nocte amplius vna*, Vitebergam, ad inuisendos viros doctos instituit, & illorum, quos adiit, nomina, in hac elegia refert. Nonnullorum nomina, adeo a CAMERARIO occultata fuere descriptionibus poeticis, vt verum nomen difficulter inde elicere liceat. Sic v. c. se vidisse scribit virum

Cuius est — patriae princeps in nomine nomen.
Barbara linigerae, quae ciet aera Deae.

Viti Amerbachii nomen, hac ratione expressit:

Te cui Bacchus *nomen amorque dedit*
Vite *mihi studiorum vsu coniuncte bonorum*
Non malus inceptae cultor amicitiae.

Ex hac elegia, ea heic adscribere licebit, quae de motibus retulit, quibus tunc temporis Simon Lemnius, *epigrammatibus* suis satyricis, omnem conturbauerat Vitebergam.

— tuae aerumnae, tua tristia fata Philippe (Melanchthon)
Quae tolerare animo dissimulante potes,
Intellecta mihi ingentes peperere dolores
Sollicitosque tua nos habuere vice.
Inter & haec, ne quid tibi parceret, illa pericla
Si careat, risu fabula digna fuit.
Fabula vesani furiis excita poetae
Qui Vulcane *tuae nomen habet patriae*
Cuius ad ante duplex rabies scelus impia priscum
Addidit haec ausu tertia facta suo.
Ne quisquam dubitaret atrocia lemnia *semper*
Et detestandi criminis esse mala.
More tamen fieri nec lege vetante putatur
Hoc etiam ratio vera probare solet.
Vlcisci externum & iustam prorumpere in iram
Professo cum quis laesus ab hoste dolet.
At tu coniunctos tecum insanissime Lemni
Conuictu, studiis, conditione, loco,
Quodque nefas dictu, inter quos fruerere sodales
Artibus ingenuis, Pieridumque *sacris.*

Atque

Atque alios pietas quos obſeruare iubebat
Teque patres meritis eſſe putare ſuis,
Proſcindis cunctos impuro turpiter ore
Et lacerat ſummos impia lingua viros.
Vipereo ſtygiae *lingua oblita ſelle colubrae*
Denteque Perſephones *extimulata canis.*
Quaeque reſoluiſti ſcurriliter ora fuere
Perculta Eumenidum *dira magiſterio.*
Ergo miſer cum nunc Lemni *cumque exul oberres,*
Suſtinet aduerſis nemo dolere tuis.
Aut qui forte dolet, communis ſcilicet ille
Hunc generis ſenſum, & conditionis habet.
Ac preſſere bonos ſaepe infortunia multos,
Inſontis valuit iuſtaque cauſſa parum.
Quosque domi incolumes rectum florere fuiſſet
Conuulſit dira vis ſcelerata manu.
Atque alios vita, quosdam ſpoliauit honore
Semper enim improbitas, non fuit aequa bonis.
Hos tamen eſt miſeros, miſeratio digna ſecuta,
Sorsque fuit quadam parte leuata grauis
Quin peccata etiam (nam quem non decipit error
Quisne omni admiſit tempore triſte nihil?
Aut cuius vitiis & dedecore vndique vita,
Atque omni penitus candida labe caret?)
Sed peccata tamen veniam reperire videmus
Autorisque ſui ſaepe latere bonis.
Dum ſanae quicquam reliquum eſt in corpore mentis
Et non perfricto reſtat in ore pudor.
His igitur lapſis nunquam ſolatia deſunt
Nec fauor hos prorſus deſtituiſſe poteſt.
Verum te, ſimilesque tui dementia ſola
Et furor, & nunquam ſpes, comitare ſolet.
Et trepido praeſto eſt, audacia miſta timori,
Cumque odio abiecti pectoris inuidia.
Diſcite Muſarum *ſtudioſum, &* Apollinis *agmen,*
Ingenii petitur gloria laude quibus
Diſcite non modo barbariem detergere verbis
Sed pulchrum tota quaerere mente decus

Nec

Nec velle alterius sibi famae vt scena patescat
Tollereque vt detur per maledicta caput.
Instruite & sensu penetralia cordis honesti
Vt bona sint rebus consona verba bonis.
Quem vacuum sanctis pectus virtutibus edet,
Aut sonitus leuis, aut perniciosus erit.
Hic etiam Aonidum *liquidas vt rana paludes,*
Inducti spumis inquinatoris aquas,
Vtque animus malus est, sic & vitiosa loquela
Verbaque cum numeris proprietate carent,
Syllaba nec spatium, gentem neque sermo tuetur
Et tamen hic vatis nomen habere cupit.
Scilicet & rabies, & habet vesania vates,
Hic istos primas inter habere potest.
Esto amens scelerum, Lemni *vatesque furoris*
Et Dea sit cantus sola Megaera *tui*
Vos alii concessa bona ocia carpite mente
Foedare & sobolis sacra timete Iouis
Et liquidos fontes & florea prata lacusque
Perspicuos purum pectus & ora colant.

Nisi omnia nos fallunt, versibus excerptis respexit IOACHIMVS CAMERARIVS, ad comoediam, quam Simon Lemnius, vt iniuriam, quam a Martino Luthero, & vitebergensibus, ob edita *epigrammata*, sibi inlatam putauerat, vlcisceretur, ficto nomine Lutii Pisaei Iuuenalis, titulo *Monachopornomachiae, ex* Achaia, vt titulus habet *Olympiade nona*, in 8. edidit. Primus libellum infamem trium plagularum eruit, & descripsit Gottfr. Ephraim Lessing Vir Cl. *Opusculorum*, quae lingua teutonica euulgauit, Tom. II. *Berolin.* 1753. in 12. Epistol. VII. p. 44 sqq. & ostendit ipsum illum esse librum, quem Ioannes Matthesius in der *Historien von des Ehrwirdigen in Gott seligen theuren Mannes Gottes Doctoris* Martini Luthers, *anfang, lehre, leben, vnd sterben*, Concione XI. fol. 126. edit. *norimberg.* 1570. in 4. titulo, haud satis expresso adcurate, *den Hurenkrieg*, a Lemnio euulgatum esse prodidit. Ita vero omnem fabulam comparatam esse scribit Cl. Lessingius l. cit. vt cum Priapeiis, si obscoenitatem spectaueris,

neris, de principatu contendere queat. Quibus plura, de Simone Lemnio, nosse volupe fuerit, euolvant Ioannis Vogtii *Catalog. Historico-criticum libror. rar.* p. 405. *Analecta* nostra *literaria* p. 523. et qui ibi citantur scriptores.

Scripsit IOACHIMVS CAMERARIVS elegiam suam, cum ex itinere reducem, morbus lectulo detineret adfixum, *anno 1538. III. Kal. Decembr.* Subiicitur illi *epistolion* elegiacum, a Ioanne Stigelio, ad CAMERARIVM scriptum, quo faustum ei iter precatur.

ὁδοιπορικὴ plumbaria, ad amicos argentinenses scripta, e thermis est plumbariis, quae in Lotharingia sunt, et a Gallis *bains des plombieres* adpellari solent. Vsus est hisce thermis CAMERARIVS *anno 1540. X. Cal. Sextil.* quo die elegiam scripsit. Cum in illa, inter alios amicos argentinenses, Gerbelium saluere iussisset, hic ei, in *epistola* elegiaca, quae CAMERARII elegiae subiuncta est, gratias egit, optauitque, vt thermae medicando, vires suas ostendant, et reparato is corpore, sanus ad amicos argentinenses redeat.

Elegia *vangionica, de morte* Hel. Eobani Hessi, ad Iacobum Micyllum, composita a CAMERARIO fuit, Vormatiae *anno 1540. id. Decembr.* Addidit illi, quae vltima in libello est,

Elegiam, ad verba dicti bihlici: Iudaea *et* Hierusalem *nolite timere* etc. Praeter insignia typographica, haec in calce conspiciuntur verba: Argentorati *ex officina* Cratonis Mylii *Anno M. D. XLI.* (1541.) Libelli mentionem fecerunt Georgius Summerus in *Catalogo omnium librorum et scriptorum tam editorum, quam edendorum viri incomparabilis, Domini* IOACHIMI CAMERARII, *Professoris quondam in academia* lipsica *celeberrimi, Dantisci* 1646. in 8. ad annum 1540. Sequuntur eum, qui omnes librum, oculis non conspexisse videntur Io. Albert. Fabricius L. VI. *Biblioth. graec.* Cap. XI. p. 512. Niceron in *Memoires* Tom. XVIIII. p. 94. Recusae leguntur elegiae, si *metallariam* exceperis, in Nicolai Reusneri *Hodoe-*

poricorum, de quibus mox nonnulla dicemus, libris VII. et quidem *Thuringica* L. VII. p. 552 ſqq. *Nemetum* L. VI. p. 477 ſqq. BRASSICANI *iter pannonicum* L. V. p. 379. ſqq. *Saxonica* L. VII. p. 544 ſqq. *Plumbaria* L. VI. p. 520 ſqq. *Metallaria* addita fuit Michaelis Barthii Annaebergae, *Baſil.* 1507. in 8. Omnes praeter ea leguntur, in Iani Gruteri *deliciis poetarum* germanor. Tom. II. p. 17-48. Ioannis vero BRASSICANI *iter pannonicum* Tom. I. p. 795 ſqq.

C.

Hodoeporicorum ſiue Itinerum totius fere orbis Lib. VII. Opus hiſtoricum, ethicum, phyſicum, geographicum a NIC. REVSNERO *Leorino I. C.* iam olim collectum: nunc demum IEREMIAE REVSNERI *fratris* cura ac ſtudio editum. *Baſileae ad Perneam Lecythum M. D. XXC.* (1580.) in 8. pp. 671. exceptis praemiſſis, adpendice, et indice, folior. 54.

Scripta reusneriana fere omnia, in cenſum librorum rariorum venire, catalogi librorum rariorum, paſſim teſtantur. In ſecunda tituli pagina legitur epigramma Ioannis Stigelii elegiacum. Collegit NICOLAVS REVSNERVS, ex inluſtrium poetarum monumentis, quae heic exhibentur, peregrinationes, et in libros VII. diſtinctas, ob quam cauſſam neſcimus, fratri IEREMIAE, Iuris Doctori, atque Conſiliario lignicenſi, atque brigenſi, edendas commiſit. Praefixit is praefationem *ad* Petrum Pernam, *in inclyta* Germaniae *urbe* Baſilea, *typographum clariſſimum.* Longa et prolixa nimis itinera, quoad eius fieri potuit, praeciſa eſſe teſtatur, omiſſis iis, quae parum ad rem pertinere viſa fuerunt, ne in immenſum liber excreſceret. In nonnullis etiam limata quaedam, et caſtigata eſſe ſcribit. Praefatio ſcripta eſt, *Calendis*

Maii

Maii 1579. Addidit illi a) GEORGII FABRICII, chemnicensis, *hypomnemata hodoeporica*, ad Christophorum Leuschnerum, in Italiam euntem, carmine elegiaco. b) NATHANIS CHYTRAEI, mencingii ὑπομνήματα ὁδοιπορικά, carmine elegiaco. c) HIERONYMI TVRLERI *Praecepta, omnibus iter facientibus necessaria, et maxime obseruanda*, sermone soluto composita. d) *Excerpta ex* DAVIDE CHYTRAEO *et* VICTORINO STIRGELIO, de iis, quae peregrinantibus, in itinere obseruanda sunt. e) THEODORI ZWINGERI *methodum apodemicum, qua omnia continentur, quae cuiuis in quolibet vitae genere, peregrinanti, et inprimis homini studioso, scitu cognituque sunt necessaria.* f) *Hodoeporicorum siue itinerum omnium, VII. librorum indicem.* g) G. HORATII FLACCI *epistolam ad* Bullatium. h) IOACH. CAMERARII *ad* Helium Eoban. Hessum *peregrinationis laudationem* carmine epico. i) HEL. EOBANI HESSI *peregrinationis detestationem, ad* Ioachimum Camerarium, k) EIVSD. *ad* Sebastianum a Rotenhahn, Equ. Francum, *elegiam in laudem peregrinationis* l) EIVSDEM *ad* Herebordum Margaritanum *epigramma.*

In libro primo, quem REVSNERVS carmine elegiaco dicauit Christiano, Augusti F. Duci Saxoniae etc. inueniuntur itinera asiatica, libyca, europaea, et quidem.

I. P. OVIDII NASONIS *raptus* Proserpinae, e Libr. IIII. Fastor. v. 419.-618.

II. COLVTHI, Thebani, *iter* Paridis spartanum, *siue raptus* Helenae, HELIO EOBANO HESSO, *interprete*, carmine epico, vid. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. Graec.* L. II. Cap. VII. p. 362.

III. ORPHEI Thracis, *argonautica*, carmine epico, a Leodrisio Cribello, mediolanensi composita, vti demonstrare sustinuit Petrus Purmannus, in *praefatione* Valerii Flacci. Edita iam fuerat haec versio, ad calcem *argonauticon* Valerii Flacci, *illustratorum commentariis* Ioan. Baptistae Pii, bononiensis, *Bonon.* 1519. in fol. vid.

vid. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. I. Cap. XIIX. p. 112. vbi et aliae editiones memorantur. Petrus Burmannus istam paraphrasin etiam editioni Valerii Flacci, *Leidae* 1724. in 4. p. 724 sqq. Neque vero EOBANI versio COLVTHI, neque haec paraphrasis, integra heic exhibetur, sed in compendium redacta est. Conf. de Leodrisio Cribbello Io. Alb. Fabricii *Biblioth. latin. med. et infim. aetatis* Lib. XI. p. 779 sqq.

IIII. C. VALERII FLACCI, Setini, Iasonis *et* Argonautarum *in* Colchos *nauigatio*, e VALERII FLACCI L. I. v. 22 sqq.

V. P. OVIDII NASONIS Argonautarum *apud* Colchos *res gestae*, e libro VII. *Metamorph.* v. 7-157.

VI. C. VALERII FLACCI Argonautarum *in* Thessaliam *reditus*.

VII. P. OVIDII *iter* Aeneae *in* Latium, *siue aeneis virgiliana*, *ex* OVID. *Metamorphos. L.* XIII.

IIX. IOANNIS STIGELII, *errores* Vlyssis, *siue Odyssea homerica*, carmine elegiaco.

VIIII. IOANNIS ROSINI, *itinerum*, *siue legationum* Sigismundi Baronis Herbersteinii, *fasciculus*, carmine hexametro. De IOANNE ROSINO, isenacensi, viro, in re antiqua versatissimo, vid. Daniel. Mulleri *Epistola*, *ad* Io. Andr. Gleichium, Portae *anno 1701.* scripta, quae sublicitur Mülleri *Orationi sub auspicium seculi post Christ. nat. XIIX. ad Alumnos* portenses *habitae*, *Numburg.* 1701. in 4. Godofredi Ludouici, *Historia Rectorum*, *gymnasiorum*, *scholarumque celebriorum* P. III. p. 216. Ioan. Martini Schamelii Numburgum *literatum* p. 71. deutsche *Acta Eruditorum* Tom. V. p. 491 sqq. p. 674 sqq. Niceron *Memoires* Tom. XXXIII. p. 254 sqq. Ioan. Georg. Fischeri *denckwürdiges Begraebnis tempore pestis 1626.* IO. ROSINI *Dompredigers zu* Naumburg, *wie auch vita*, *monumenta*, *insignia*, *et symbolum*; quae adpendicem constituunt *vitae* Ioannis

Aue-

Auenarii quam idem Fischerus, *Numburgi* 1708. in 8. edidit. Recensio poetica itinerum, quae, dum in viuis esset, suscepit Sigismundus Lib. Bar. in Herberstein, praefixa est, cum aliis, virorum doctorum encomiis in Herbersteinum scriptis, Herbersteini *Commentariis rerum* moscouiticarum, qui, vt alias editiones taceamus, prodierunt *Basileae ex officina oporiniana* 1576. in fol. et cum *auctoribus variis rerum* moscouiticarum *Francofurt.* 1600. in fol. De Sigismundo L. B. ab Herberstein, vid. vita ex eius libris, et aliis collecta, in Melchioris Adami *vitis Iureconsultorum* germanorum p. 57 sqq. Georg. Chr. Gebaueri *programma*, quo viri generosiss. Burch. Chr. Behr, Equitis luneb. Solemnia inauguralia indixit *Goetting.* 1738. in 4.

X. BOHVSLAI LOBCOVITII HASSENSTENII, *Baronis* boëmici: *ad diuos tutelares, de peregrinatione sua*, elegia. Vitam BOHVSLAI HASSENSTEIN a LOBCOVITZ, partim ex illius, partim ex familiarium eiusdem scriptis, excerptam dedit Thomas Mites a Limusa, et addidit BOHVSLAI HASSENSTEINII *lucubrationibus oratoriis*, *Pragae* 1563. in 8. Conf. Christophor. Augusti Heumanni *Programma*, *de* BOHVSLAI HASSENSTEINII *nomine, atque ingenio*, quod additum est, eiusdem Heumanni *Orationi*, *de tribus scholae finibus Frf. et Lipf.* 1717. in 8. Ioan. Christoph. Coleri *Dissertat. de vita summisque in rem literariam meritis*, BOHVSLAI HASSENSTEINII *Liberi Baronis* LOBCOVICII, *cum accessione epistolarum et indice*, *Vitembergae* 1721. in 8.

XI. GEORGII SABINI, brandenburgii, *in peregrinationem* Stanislai Lasci, *Palatini* poloni, elegia.

XII. CASPARIS RVDOLPHI, Silesii, *iter* D. Maximiliani II. *Caesaris*, *ex* Hispania, *per* Galliam *et* Italiam *in* Germaniam, carmine epico.



XIII. HELII EOBANI, HESSI, *iter* Ioachimi Camerarii gallicum, *et* hispanicum, elegiaco carmine.

XIIII. PETRI LOTICHII SECVNDI, *iter* Germanicum, *ad* Franciscum Robortellum, carmine elegiaco.

XV. HENRICI HVSANI, *Iurisconsulti iter* gallicum, *et* anglicum, carmine elegiaco. HENRICVS HVSANVS, isenacensis, non solum inter Iureconsultos, sed inter oratores, et poetas etiam, magnum adeptus est nomen, et post varia itinera, quae per Germaniam, Galliam, et Italiam susceperat, variaque munera, quae obiit publica, Syndicus tandem, et consiliarius, reipublicae lunaeburgensis constitutus fuit. Mortuus est Lunaeburgi 1587. vid. Melch. Adami *vitae Ictorum* germanor. p. 130. Io. Caspar. Zeumeri *vitae Professorum iurium, qui in academia* ienensi *vixerunt*, p. 34 sqq. Io. Ioachimi Mülleri *entdecktes Staats-Cabinet* I. Oefnung *Ien.* 1714. in 8. p. 368 sqq. Edidit praeter alia scripta, *Horarum succisiuarum*, *siue imaginum* mosaicarum *libros II. Elegiarum libros totidem*, *Rostochii*, *ex Officina Iacobi Lucii* 1577. in 4. folior. 118. vbi elegiarum libr. I. Eleg. VIIII. fol. 86. sqq *iter* gallicum *et* anglicum etiam titulo: *legationis* gallicae, *et* anglicae editum occurrit.

Liber secundus, qui elegiaco carmine, nomine Othonis Henrici, Comitis Palatini, Rheni, et Ducis Boiorum inscriptus est, complectitur itinera graeca, nimirum.

I. P. OVIDII NASONIS *iter* milesium, e libr. I. *Tristium*, Eleg. VIIII.

II. SEXTI PROPERTII AVRELII, vmbri, *iter* atheniense L. III. Eleg. XX.

III. P. RVBIGALLI, Pannonii, *iter* byzantinum, *siue* constantinopolitanum, carmine elegiaco. Id PAVLLI RVBIGALLI, quem in *lexico eruditorum* non inuenimus, *Hodoeporicon*, *itineris* constan-

stan-

ſtantinopolitani, cum eiusdem Pannoniae *querela ad* Germaniam, & Philippi Melanchthonis, Ioachimi Camerarii, Melchioris Acontii, & Arcturi Phrisii, in commendationem Auctoris *epigrammatibus*, excuſum fuit *Vitembergae* 1544. Conf. Dauid. Czwittingeri *Specimen* Hungariae *literatae Francof. & Lipſ.* 1711. in 4. p. 321.

IV. HVGONIS FAVOLII, piſani, *iter* byzantinum, *ex* Italia, *per* Illyrium *in* Thraciam, carmine epico.

V. EIVSDEM *iter* venetum, *ex* Thracia, *per* Graeciam *in* Italiam. De HVGONE FAVOLIO, patre Franciſco, piſano, Middelburgi, in Zelandia, nato, reipublicae antuerpienſis medico, anno 1585. aetatis anno LXII. mortuo, vid. Io. Franciſc. Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. I. p. 491. Eius *Hodoeporicon* byzantinum, *libris III.* conſcriptum, & *Louanii* 1563. in 8. editum, contractum, omiſſis iis, quae ad rem non pertinere, videbantur, heic exhibetur.

Libro tertio, Friderico Wolfgangi F. Comiti Palatino Rheni, & Duci Boiorum conſecrato, exhibentur itinera italica, ſcilicet

I. Q. HORATII FLACCI *iter* brunduſinum L. I. *Satyr.* V.

II. RVTILII CLAVDII, numatiani, *iter* piſanum, *ad* Venerium Rufum.

III. EIVSDEM *iter* romanum, *fragmentum.*

IIII. ADRIANI, Cardinalis, *iter* Iulii II. *Pontificis* romani, bononienſe, carmine epico. Editum fuit plus vna vice cum eiusdem HADRIANI DE CASTELLO *commentariis de ſermone latino.* Alphonſus Ciacconius inſeruit *Vitis Pontificum Rom.* 1601. 1630. & 1677. editis, in Iulio II. Auctores, qui Cardinalis doctiſſimi, vitam expoſuere, nominauimus Tom. II. *Adparat. literar.* p. 1193.

V. GEORGII FABRICII, chemnicenſis, *iter* romanum I. *ad* Antonium Carcheſium, carmine epico.

VI. EIVSDEM *iter* neapolitanum, *ad* Casp. Naeuium, eodem carminis genere.

VII. EIVSDEM *iter* romanum II. *ad* Leonardum Badehornum, eodem carminis genere.

IIX. EIVSDEM *iter* patauinum, *ad* Valerium Cordum, eodem carmine.

VIIII. FRANCISCI FRANCHINI, *iter* parmense carmine elegiaco. FRANCISCVS FRANCHINVS cosentinus, Massae primum, deinde Populaniae Episcopus, sub Carolo V. contra algerienses pugnauit. Hoc eius carmen, cum aliis poematibus, quae composuit, inseruit Ianus Gruterus *deliciis poetarum* italorum Tom. I. p. 1126 sqq. Vid. de illo, praeter scriptores, ab Auctore S. R. *lexici eruditorum* citatos, Ioannis Burchardi & Friderici Ottonis Menckeniorum *Bibliotheca virorum militia aeque ac scriptis illustrium*, *Lips.* 1734. in 8. p. 201 sqq. vbi incomparabilis ingenii poeta appellatur, carminaque eius festiua latina, *Romae* ac *Basileae* edita, ob turpiter et obscoene in his dicta bene multa, notata dicuntur, in *Indice expurgatorio* anno 1559. ceterisque, qui deinde prodierunt. Mortuus est anno 1554. et sepulchrum eius hoc elogio ornatum fuit:

FRANCISCO FRANCHINO
COSENTINO, MASSAE, ET POPVLANIAE
EPISCOPO PRVDENTI ACRIQVE VIRO
ATQVE POETAE VENVSTO QVI PHOEBI
MARTISQVE CASTRA SECVTVS RETVLIT
AD PATRIOS BINA TROPHAEA LARES
IACOBVS SFORTIA
ET IOHANNES BAPTISTA FRANCHINVS
HAEREDES P. MOESTISS. VIXIT ANNOS LIX.

X. P. FRANCISCI SPINVLAE, mediolanensis, *iter* venetum, carmine hexametro; PVBLIVS FRANCISCVS SPINVLA, quem brixianum aliqui fuisse contendunt, vt eminentissimus atque illu-

illuſtriſſ. Princeps ANGELVS MARIA R. E. Cardinalis Bibliothecarius QVIRINVS, in *Specimine variae literaturae* brixienſis P. II. p. 202. autem demonſtrauit, Mediolano oriundus fuit, quod ipſe etiam initio carminis, vel ſi mauis *Satyrae*, hodoeporicae teſtatur, vbi ſcribit:

Finibus egreſſum patriis, me Brixia *diues*
Moenibus excepit; Corrado *Praeſide* Paullo:
Tulli *vbi nobilibus numeroſa volumina ad annum*
Expoſui. Profper *ſapiens*, Hieronymus Hugo,
Atque propinquus eques Marius, Marcellus *et ipſe*
Hugo, *meae vitae patres, Diuique fuerunt.*
Sordidus obliquis oculis vbi Mutius, *et me*
Taygetus *charta cimex laeſere cacata* &c.

Praeter *Pſalmorum paraphraſin poeticam*, quam M. Antonii Flaminii exemplo excitatus, ſcripſiſſe dicitur a Thuano, varia edidit *carmina*, *Venetiis* anno 1563. in 8. Praeter Andream Mutium, et Ioan. Antonium Taygetum, quos nominat, alios Brixiae habuiſſe aduerſarios, patet ex *Ode ad* Hieronymum Hugonium, Iureconſultum brixianum, quae hiſce inchoatur verbis:

Mordear opprobriis falſis, me, candide compar
Robertus *amens vellicet*
Taygeta *& laceret cimex*, *&* Bulla Lumati
Conuiua rodat perfidi,
Mutius *obliquis oculis mea limet ineptus*
Morſu & venenet commoda:
Men' moueant iſti, plures aliique cathedras
Plorare condiſcentium
Quos inter iubeo, numerum conſumere natos
Fruges, Lyaei *& munera?* &c.

Epigrammata, quibus eum inſectatus eſt Diomedes Sala, brixianus legi poterunt in eminentiſſimi QVIRINI *Specimine variae literaturae* brixienſis l. cit. p. 238 ſqq. Inter praecipuos, quos Veronae inuiſit amicos, ipſe refert Hieronymum Donzellinum, medicum celeberrimum, cuius, a nobis, mentio facta fuit, in *Adparatu literario* Tom. II. p. 910. in cuius ſupplemen-

 tum,



tum, heic adscribimus versus, quibus eum PVBL. FRANCISC. SPINVLA celebrauit:

Venimus egregium Veronam *luce sequenti*
Ad Dongellinum: *nulli pietati secundum;*
Integer hic vitae, sceleris purissimus, omnes
Vnus amatque, colitque bonos, succurrit egenis:
Pauperiem gratis medicatur: non sibi solum,
Verum aliis etiam natus, patriaeque relictae:
Quem genus inuisum Diis odit, ferreaque aetas
Insequitur: superum tegit hunc sed cura Deorum

In Augustini Oldoini *Athenaeo* ligustico, p. 203 sqq. & in *lexico eruditorum* Tom. IIII. col. 744 sqq. ex vno P. FRANCISCO SPINVLA, plures effecti videntur. Conf. Iacobi le Long *Bibliotheca sacra* Tom. II. p. 970.

Ex eius poematibus, nonnulla inseruit Ianus Gruterus *Deliciis poetarum* italorum Tom. II. p. 986 sqq.

Liber quartus, qui itinera italogermanica ob oculos ponit, elegiam in fronte gerit REVSNERI, ad Carolum Wolfgangi F. Comitem palatinum Rheni, & Ducem Boiorum. Inter itinera occurrit.

I. GEORGII SABINI, brandenburgensis, *iter* italicum, elegiaco carmine descriptum.

II. IOANNIS AVRBACHII, Boii, *iter* patauinum, *e* Germania *in* Italiam. De IOANNE AVRBACHIO, altanio, Iureconsulto Bauaro, qui Galliam fere omnem, et Italiam peragrauit, nos quaedam referre meminimus in *Adparatu literar.* Tom. II. p. 1453 sqq. *Iter* patauinum carmine descripsit elegiaco.

III. ANDREAE LYMVICI, Cimbri, *iter* romanum, carmine hexametro, quod seorsum editum fuit *Vitebergae* 1568. in 4. De ANDREA LYMVICO, siue LEMVICO, a patria vrbe Lymwick, in Dania, ita adpellato, vid. vita eius, quam ex Ioann. Paul. Resenii *programmate funebri* concinnauit, Thomas Bartholinus, in *Cista medica, Hafn.* 1662. in 8. p. 133 sqq. Paul Freheri *Thea-*

Theatrum virorum eruditione claror. p. 1313. sqq. Er. Vindingii *Academia* hauniensis, *in Regibus, Rectoribus, Professoribus repraesentata*; Hafn. 1665. in 4. p. 135. 137 sqq. Ioannis Molleri *hypomnemata ad* Alberti Bartholini *librum, de scriptis* Danorum, in *Bibliotheca Septentrionis eruditi* Tom. I. p. 160 sqq.

IIII. GEORGII FABRICII, *iter* chemnicense, *ex* Italia, *in* Germaniam, *ad* Wofgang. Meurerum carmine hexametro.

V. NATHANIS CHYTRAEI, mencingii, *iter* italicum, gallicum, germanicum, carmine hexametro.

VI. HELII EOBANI HESSI, *iter* Temonii romanum, carmine elegiaco.

VII. ERHARDI CELLII Elegia, *de itineribus* Christophori Angeli, vratislauiensis. ERHARD. CELLIVS Professor fuit poeseos et historiarum tubingensis, et hoc carmine descripsit, iter, quod Christophorus Angelus, vratislauiensis, medicinae studiosus, absolutis in Academia vitebergensi, et tubingensi studiis, per omnem Italiam, maris mediterranei insulas, Africam, Hispaniam, & Galliam suscepit.

Liber quintus, itinera sistit norica, & pannonica, & sub auspiciis Ioannis Georgii, & Guillielmi, & Wolfgangi Christophori a Rotenhan, Equitum Francorum, ad quos REVSNERVS elegiam scripsit, editus fuit. Inueniuntur tali ordine:

I. IOANNIS LVDOVICI BRASSICANI, Iureconsulti, *iter* viennense, *ad* Ioachimum Camerarium, de quo supra diximus, Natus fuit IO. LVDOVICVS BRASSICANVS Tubingae, Iureconsultus egregius, in aula vindobonensi gravissimis negotiis admotus, &, vt rerum gerendarum peritia, ita elegantiorum literarum studiis clarissimus fuit, cuius scripta refert Christophorus Hendreich in *Pandectis* brandeburg. p. 709.

II. c.

II. C. VRSINI VEHLII, Silesii, *iter* posoniense, *ad* Ioannem Turcum, *Episcopum* vratislauiensem, carmine hexametro. De CASPAR. VRSINO VEHLIO, suidnicensi, Silesio, poeta haud infelici, & Maximiliani I. Imper. rom. Historiographo, qui, fato quo ignoratur, anno 1538. die V. Maii, e hominum conspectu sublatus fuit, prae ceteris legi meretur Martinus Hanckius de Silesiis *indigenis eruditis*, *Vratislau* 1707. in 4. Cap. LXXVI. p. 225 sqq. Io. Petrus Lotichius in *Bibliotheca poetica* P. III. *Francof.* 1626. in 8. p. 45 sqq.

III. CONRADI CELTIS protucii, *iter* noricum *siue* ratisponense, carmine elegiaco.

IIII. IOANNIS LORICHII, hadamarii, *iter* ratisponense, *ex* Hassia, *per* Franciam, & Nariscos, *in* Boiariam, elegiaco carmine. Vitam IOANNIS LORICHII, hadamarii, Iureconsulti, viri, & in toga & in sago inlustris, qui pro patria fortiter pugnans, globulo traiectus, cecidit anno 1569. descripsit Philippus Lonicerus, in *oratione funebri* in obitum eius conscripta, *Francofurti ad Moenum* 1571. in 4. Conf. Melchior. Adami *vitae clarissimor. Ictorum* germanor. p. 85 sqq. Paul. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 858. Ioan. Burchardi & Friderici Ottonis Menckeniorum *Bibliotheca virorum militia aeque ac scriptis illustrium* p. 272 sqq. Iacobi le Long *Bibliotheca sacra* Tom. II. p. 834.

V. GASPAR BRVSCHII, egrani, *iter* bauaricum, *ad* Ioannem Delicasium, Iureconsultum, carmine elegiaco.

VI. EIVSD. *iter* anasianum, carmine epico.

VII. HIERONYMI OSII, Thuringi, *iter* styrium carmine elegiaco. De HIERONYMO OSIO, schlotheimensi, Thuringo, poeta laureato, et primum Vitebergae, deinde Ienae Professore, legi potetit Io. Petri Lotichii *Bibliotheca poetica* P. IIII. p. 93 sqq.

IIX.

IIX. IOACHIMI EDELINGI, pomerani, *iter* pannnoicum, carmine elegiaco. Prodierat eius *Hodoeporicon*, boëmicum, auftriacum, vngaricum &c. *Rostoch.* 1571. in 8. vid. Ottonis Friderici Schützii, *de vita* Dauidis Chytraei *Commentariorum Liber II. Hamburgi* 1722. in 8. p. 14. fqq.

VIIII. GEORGII BRVSCHII, egrani, *iter* pfreimbdanum, *fine* narifcum, elegis defcriptum.

In Librum fextum redacta fuere itinera rhetica, & francica. Librum REVSNERVS dicauit Georgio Wolfgango, & Ioanni Sebaftiano a Welwarth, equitibus Sueuis Occurrit.

I. GEORGII FABRICII, chemnicii, *iter* argentoratenfe, *ad* Valentinum Grauium, carmine hexametro.

II. IACOBI MICYLLI, *iter* francofordianum, *ad* Philippum Melanchthonem, carmine elegiaco. In IACOBI MICYLLI *Siluarum* libris *ex officina Petri Brubacchii*, 1564. in 8. editis, legitur L. III. p. 191. fqq. Vitam eius dedit Melchior Adami, in *vitis philofophor.* germanor. p. 83 fqq. Conf. Io. Petri Lotichii *Bibliotheca poetica* P. III. p. 47 fqq. P. Baile *Dictionaire hiftorique & critique* Tom. III. p. 1980. Adr. Bailles *Jugemens des Savans* Tom. III. P. II. p. 144. Tom. IIII. P. I. p. 233.

III. IOACHIMI CAMERARII, Papebergenfis, *iter* nemetum, *ad* Erafmum Ebnerum, *&* Georgium Sabinum, elegiaco carmine.

IIII. EIVSDEM *iter hyemale*, eodem carminis genere.

V. IOANNIS FRANCISCI Ripenfis, *iter* francicum, *ad* Fridericum II. *Regem* Danum, elegis defcriptum. De IOANNE FRANCISCI, anno 1532. nato, Medicinae Doctore, poeta laureato, et ab anno 1561. in Academia haunienfi Profeffore, qui ob infignem mufices peritiam, & carminis elegantiam, a viris fuae aetatis doctif-

fimis,

simis, in primis a Philippo Melanchthone, Tychone de Brahe, Petro Lotichio, aliisque viris summis, magni aestimabatur, vid. Erasmi Vindingii *Academia* hauniensis p. 110 sqq. Thom. Bartholini *Cista medica* p. 68 sqq. Paul. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 121. & 1282. Io. Petri Lotichii *Bibliotheca poetica* P. IIII. p. 88 sqq. Alberti Bartholini, *de scriptis* Danorum *liber*, in Ioannis Molleri *Bibliotheca Septentrionis eruditi* Tom. I. p. 71. Io. Molle *hypomnemata* ad hunc Bartholini *librum* l. cit. p. 268 sqq. Eiusdem Cimbria *literata* Tom. I. p. 184 sqq. Seorsum eius *hodoeporicon* excusum fuit *Tubingae* an. 1559. cum nonnullis epigrammatibus.

VI. PETRI LOTICHII Secundi, *iter* patauinum *ad* Ioannem Syluanum, carmine elegiaco. In *poematibus* PETRI LOTICHII, & quidem in editione nitida, & valde rara *Lips.* 1561. in 8. extat p. 154 sqq.

VII. GASPARIS BRVSCHII *iter* rheticum, *fragmentum*, *ad* Hieronymum Pappum, carmine elegiaco.

IIX. BRVNONIS SEIDELII, *iter* noribergense, elegis descriptum, vid. de illo Melchior. Adami *vitae medicorum* germanor. p. 104 sqq.

VIIII. EIVSD. *iter* augustanum.

X. SIMONIS LEMNII, *iter* helueticum, *Ecloga*, carmine hexametro. Scriptores, qui de illo exposuerunt, supra nominauimus.

XI. IOACHIMI CAMERARII papebergensis *ὁδοιπορικὴ plumbaria*, *ad amicos* argentinenses.

XII. GASP. BRVSCHII *iter* helueticum, *ad* Ioannem Culmenium carmine elegiaco.

XIII. EIVSDEM *iter* rhenanum, *ad* Renatum Henerum, eodem carminis genere.

Liber septimus et vltimus, Wolfgango & Carolo Rhelingero, patriciis augustanis, elegia, a REVSNERO inscriptus, refert itinera Saxonica, & sarmatica. Inter illa est:

I. IOA-

I. IOACHIMI CAMERARII *Elegia ὁδοιπορικὴ metallaria*, *ad* Philippum Melanchthonem.

II. EIVSDEM ὁδοιπορικὴ saxonica, *ad amicos* vitebergenses.

III. EIVSD. ὁδοιπορικὴ thuringica.

IIII. BRVNONIS SEIDELII *iter* mansfeldicum elegiacis versibus.

V. MICHAELIS BARTHI, annaemontani, *iter* saxonicum, epico carmine.

VI. CONRADI CELTIS, protucii, *iter* balthicum *siue* codoneum, elegis compositum.

VII. EIVSDEM *Ode hodoeporice*.

IIX. ADAMI SCHROTERI, silesii, *iter salinarium* sarmaticum. Describuntur elegis elegantissimis Salinae vilifcenses.

VIIII. CONRADI CELTIS, protucii, ὁδοιπορικὴ *salinaria*, *ad* Ianum Terinum. Et hic salinas sarmaticas descripsit carmine elegiaco.

X. DAVIDIS SIGEMVNDI CASSOVII, *iter* germanicum & sarmaticum, elegia descriptum.

In Adpendice libri exstant:

I. FRANCISCI PETRARCHAE, florentini, *poetae*, *laureati*, *iter* palaestinum, *ad patricium quemdam* mediolanensem, sermone soluto compositum. In FRANCISCI PETRARCHAE *operibus*, *Basileae* 1581. in fol. editis, legitur Tom. I. titulo *itineris* syriaci. Nonnulli igitur v. c. Antonius Posseuinus, in *adparatu sacro* Tom. I. p. 504. in eam adducti fuere sententiam, vt duo diuersa itinera, a FRANCISCO PETRARCHA, alterum in Syriam, alterum in terram sanctam, descripta statuerent, e quibus, prioris descriptionem editam esse, posteriorem in manuscriptis delitescere existimarent. Sed illos errare iam ostendit Niceron in *Memoires* Tom. XXIIX. p. 387.

II. LVDOVICI MASSVRII, Neruii, *de itineribus suis elegia*, *ad* Claudium filium. De LVDOVICO MASVRIO, haec legimus in Io. Francisc. Fop-

Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. II. p. 834. LVDOVICVS MASVRIVS, Neruius, caluinianae *sectae asseclа*, *poemata quaedam* latina *edidit*, Basileae *1579. in 8. excusa*, *quorum hic titulus:* Borboniades siue de bello ciuili, ob religionis caussam, in Gallia gesto, Libri XIIII *Sunt autem vetitae lectionis*, *vt & illud*, *quod* de exilio suo, a Galliarum finibus *cecinit*, *adiectum* Aeneidi virgilianae, *a* MASVRIO *rhythmo* gallico *expressae.* Paris. 1554. *Libros* Aeneidos *quatuor* tantum modo *priores*, carmine gallico expressos, & poemation illis latinum de *exilio suo a* Galliarum *finibus*, additum esse, monet Iosias Simlerus in *Bibliotheca* p. 462. & librum *Paris. apud Carolum Langelier* 1554. impressum, & ab eodem auctore, euulgatum esse scribit librum hoc titulo: Babylon, *siue* babylonicae *tyrannidis euersio*, *ex* gallico *in* latinum *sermonem conuersa*, *Geneuae* 1569 in 4. Illum Tornaei (*Tournay*) in finibus Ambianorum oriundum esse, testatur cognomen Neruius. Neruii enim olim adpellabantur, qui nunc dicuntur tornacenses. Ipse patriae suae hisce versibus fecit mentionem:

- - *me tellus infantem* neruia *primum*
Tot tulit ac tantis exposuitque malis.

Caeterum in hac *elegia*, aduersa exponit fata, quibus iactatus, patrios relinquere lares, et per varias vagari regiones coactus fuit. Forte eadem est, quae a Iof. Simlero, & Io. Franc. Foppens ll. citt. *de exilio suo*, *a* Galliarum *finibus* memoratur.

III. EIVSDEM *elegia de itineribus* Alberici Motaei.

IIII. IO. IACOB. BOISSARDI, vesuntini *Epistola elegiaca*, *ad* Io. Pleierum *larisc. de communibus itineribus.* Excerpta est e BOISSARDI *poematibus*, & quidem e collectione *basileensi* 1574. in 16. Auctores, qui res ad IOAN. siue IANVM IACOBVM BOISSARDVM pertinentes expo-

fuerunt, nominauimus Tom. I. *Adparat. literar.* p. 470 fqq. quibus accenferi poterit Dauid. Clement. V. R. *Bibliotheque curieufe hiftorique & critique des livres difficiles à trouver* Tom. V. p. 13 fqq. Incidit nuper in manus noftras quem iam in *Analectis literariis* propter raritatem laudauimus p. 137. eiusdem BOISSARDI liber, qui talem prae fe fert titulum: Parnaffus *cum imaginibus* Mufarum *Deorumque praefidum*, Hippocrenes. *Omnia depicta funt, & diftichis* latinis *illuftrata, per* IANVM IACOBVM BOISSARDVM vefuntinum. *Impreffa autem fumptibus viduae & filiorum Theodori de Bry Francof. ad Moen. a. 1601.* in fol. In *epiftola* dedicatoria *ad Clariffimum generofiffimumque Heroem* Marcum Claudium a Rya, *Marchionem* Olianis, *Baronem* Dicaeum, *Praefectumque* Vefuntionis, & Dolae, nonnulla retulit, quae ad vitae hiftoriam fpectant. *Paraturus tibi;* ait, *munufculum, quod officii & obferuantiae erga te mnemofynon aliquod ad Pofteritatem produceret, non potui, Heros clariffime ex meo Mufeo conuenientius quicquam feligere, quam ipfas* Mufas; *per quas olim tibi innotui, fauoremque illuftrium tuorum Parentum vifus fum promereri, dum tibi puero praeceptor, & morum formator electus fum, In qua vocatione Deus meos labores ita promouit, & ex vtriusque voto prouexit, vt me ex eo tempore fingulari beneuolentia profecutus fis, omnem nauans operam, quo me numero tuorum familiarium, adfcriptum, in tua domo retineres: Cumque temporum iniuria, contra animi mei voluntatem, inuitisque tuis parentibus, ad* Mediomatricos (populi Germaniae inferioris, ad ripas Mofellae fluuii, Treuiris finitimi, hodie Metenfes) *migrare cogerer, non defiifti abfentem grato affectu profequi, reditumque in patriam multis promiffis folicitare: potuiffemque tua praefentia beatus videri, nifi me fata alio auocaffent, ad inftitutionem illuftrium Baronum* a Vienna, *in quorum*

rum domo consenui, absoluturus Metis *id quod vitae superest, ea tranquillitate & pace, quam mihi concedet coeli benignitas, & diuina prouidentia* &c.

V. MARTINI BALTHICI, monacensis, *iter* Raphaelis Seileri I. C. gallicum, versibus elegis.

VI. IACOBI MICYLLI, *ad* Io. Mylaeum I. C. προπεμπτὴ italica elegiaca.

VII. IANI PANNONII, quinqueeclesiensis *Episcopi carmen de itineribus* C. Iacobi Antonii Marcelli, veneti, hexametron. Poematis prolixioris, quod legitur in *Deliciis poetarum* hungaricorum p. 34 sqq. est compendium. Legi merentur de IANO PANNONIO, Episcopo quinqueeclesiensi, quae Ioannes Bonfinius *Histor.* vngar. Decad. IIII. Libr. III. p. 569. edit. *Francof.* 1581. de eo retulit, & quae Ioannes Sambucus, in praefatione *poematum* eius, narrauit. Conf. Io. Petri Lotichii *Bibliotheca poetica* P. IIII. p. 27 sqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. IIII. P. I. p. 84 sqq. Dauid Czwittingeri *Specimen* Hungariae *Literatae* p. 287 sqq.

IIX. GREGORII BERSMANNI *ad* Hieronymum Panzemannum I. C. *elegia.*

VIIII. FELICIS PETANCII, *Cancellarii* Segniae, *de itineribus in* Turciam, *ad* Ladislaum, Hungariae *&* Boemiae *Regem*, scriptus *libellus* oratione soluta, de quo diximus Tom. I. *Adparat. literar.* p. 587. Eumdem libellum, addidit Theodorus Bibliander Machumetis *Alcorano, cum variorum confutationibus* edito, Tom. III. & Nicolaus Reusnerus inseruit *selectissimarum orationum & consultationum de bello* turcico *variorum & diuersorum auctorum* volumini IIII. P. II. p. 116 sqq. Conf. de illo Gerard. Ioan. Vossius *de Historicis* latinis L. III. p. 548 sqq. Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infimae latinit.* L. VI. p. 479. Dauid. Czwittinger in *Specimine* Hungariae *literatae* p. 302 sqq.

Omni

Omni libro finem imponit *Orbis terrarum diuisio*, per tabulas XVII. & *Elenchus authorum praeclarorum, in hisce itinerariis citatorum*, alphabeticus, cui subiungitur, *Index vocabulorum alphabeticus.* Exemplar libri, quod ab amico numburgensi, nobiscum communicatum fuit, id praecipuum habet, quod ipsum illud sit, quod REVSNERVS Sebastiano a Welwarth, Equiti Sueuo, cuius nomine liber VI. inscriptus est, dono dedit, quod Reusnerus sua, in secunda tituli pagina, notauit manu. Corio liber illigatus est suillo, cui REVSNERI imago, impressa conspicitur, his circumscriptis verbis: NICOLAI. REVSNERI. LEORINI. IVRISCOS. AETA. X. X. X. I. I. EFFIGIES. MDLXXVIII.

CI.

Itinerarium totius orbis: siue Opus Peregrinationum variarum; in VII. Classes distinctum: Historicum, Ethicum, Physicum, Geographicum. Cum Auctario & Orbis totius diuisione: Ex recensione NICOLAI REVSNERI *I. C. Consiliarii Saxonici, & Profess. in Acad. Salana Ordinar.* Secunda Editio. Cum Tergemino Indice, Auctorum, Itinerum, Rerum denique & Verborum. *Basileae per Conradum Waldkirch. cIↄ.Iↄ.XCII.* (1592.) in 8. pp. 671. & 82. si praemissa, & additamenta folior. 55. non fuerint numerata.

Haec editio, quam ipse curauit NICOLAVS REVSNERVS, priori omni ex parte similis est. Ea quae illi denuo accesserunt sunt a) NICOL. REVSNERI Anagrammata, in Maximiliani, & Nicolai Comitum Salmiorum ac Neoburgiorum nomina. b) EIVSDEM, ad eosdem *epistola* dedicatoria, scripta Argentorati, *Anno Publ. Sal. M. D. XCII.* (1592.) *Idibus Aprilis.* c) IVSTI LIPSII *epistola ad* Philippum Lanoyum, *nobilissimum iuuenem iter, in* Italiam *cogitantem*, scripta

Antuerpiae *III. Nonas Aprileis. clↄ. Iↄ. LXXVIII.* (1578.) Haec omnia, cum *Indice Hodoeporicorum siue itinerum VII. libror.* volumine praemittuntur. Idem *index* per errorem in calce repetitus fuit, *Appendice* siue *Auctario* pp. 82. nouus praefixus fuit titulus, eiusmodi verbis conceptus: Ἀποσμάτιον, *Operis Apodemici seu Hodoeporici, de variis variorum Auctorum Peregrinationibus totius Orbis Auctarium, nempe* HENRICI PORSII, *I. C. Iter* Bizantinum: NATHANIS CHYTRAEI *Iter* Dantiscanum: *&* FRANCISCI FABRI Sabothus *siue* Silesia. *Basileae, per Conradum Waldkirch clↄ. Iↄ. XCII.* (1592.)

De HENRICO PORSIO, I. C. fridbergensi, Wetterauo, anno 1556. nato, poeseos primum in Gymnasio vindobonensi professore, Imperatoris deinde romani Secretario, & concilii camerae vngaricae adsessore, Viennae anno 1609. mortuo, vid. Io. Petri Lotichii *Bibliotheca poetica* P. IIII. p. 120 sqq. *Iter* quod descripsit carmine hexametro, constantinopolitanum, susceperat cum Wolfio L. B. ab Eitzing, Caesareo ad Imperatorem turcicum legato anno 1579. De prima editione Io. Petrus Lotichius l. cit. haec retulit; *in Aulam accersitus, Imperatori a libellis fuit eumdemque postmodum, relicto docendi munere* Pragam *secutus est editis interibi, Anno scilicet M. D. LXXXIII.* (1583) itineris *sui* byzantini, *aliorumque carminum, quae maximam partem adolescens luserat, libellis multorum praeclarorum virorum elogio commendatissimis.* In *Catalogo Bibliothecae* hulsianae Tom. III. p. 460. *iter* byzantinum, *carminice, eiusdem carmina, & epigrammata, nec non eiusdem historia belli* persici *inter* Murathem III. Turcar. *&* Mehemetem Persarum *Regem Francof. apud Wechel.* 1583. in 8. edita dicuntur. Nonnulla ex eius poematibus inseruit Ianus Gruterus *deliciis poetarum* germanor. P. V. p. 110 sqq. vbi vero minus adcurate Silesius adpellatur.

FRANCISCVS KOCKRICIVS FABER, Otmuchoviae (Otmuchaw) in Silesia natus fuit anno 1497. Initio reipublicae suidnicensis Notarius, deinde vratisla-

vien-

vienſi a ſecretioribus epiſtolis fuit, plurimaque illius negotia in aula Ferdinandi Imperatoris, felici rerum ſucceſſu ad finem perduxit. Mortuus eſt anno 1565. aetatis anno LXIIX. Eius obitum Martinus Hofmannus Sileſiae *togatae* Libr. VII. n. 6. tali deplorauit carmine:

Audiit extinctum FABRVM *cum forte Sabothus*
Sleſia, *qui memorat resque virosque tuos.*
Ingemuit, triſtique effudit pectore voces
Signare & tali carmine iuſſit humum;
Docte ſenex, noſtrae non vltima gloria terrae,
Proh dolor! infauſto ſydere rapte mihi.
Hactenus in tenebris iacuit mea Sleſia *denſis*
Illam qui vellet ſcribere, nullus erat.
Auſus es in lucem veteres producere faſtos:
Inuidit famae mors tamen ipſa tuae
Niſſa tibi patriam dederat: clareſcere nomen
Vrbs, a praepingui nomen adepta ſue.
Maiores ſed enim poſtquam accumulauit honores
Pro meritis, tumulum dat quoque Bresla *tibi.*

Sabotho hexametris verſibus deſcripto FRANCISCVS FABER praefixit epigramma ad ſuum *iucundiſſimum* Martinum Heluigium, qui ſuaſor ei exſtiterat, vt hoc carmen conſeruaret, & ad poſteros tranſmitteret. Primus edidit NICOLAVS REVSNERVS. Illum poſtea ex codicibus emendatum, ſcholiisque ſuis illuſtratum, maxima ex parte inſeruit Nicolaus Henelius ab Hennenfeld *Sileſiographiae renouatae Wratislau. & Lipſ.* 1704. in 4. paſſim. Optima cenſetur editio, quae titulo: FRANCISCI FABRI *vulgo* KOECKRITZ, *primitiae* ſileſiacae, *ſ.* Sabothus *&* Sileſia cum I. Fechneri *programmate* eiusdem argumenti, *&* Nicol. Henelii *ſcholiis Lipſ.* 1715. in 8. euulgata fuit. Conf. de FRANCISCO FABRO Nicol. Henelii *Sileſiographia renouata* P. I. Cap. VII. p. 416 ſqq. *Vergnügung müſſiger Stunden* P. XI. p. 76 ſqq. vbi etiam FRANCISCI FABRI imago cernitur, Sabothi vero editor lipſienſis mirifice perſtringitur.

Vitam NICOLAI REVSNERI descripsit Ioannes Weitzius, quae adiicitur Dominici Arumaei, & Thomae Sagittarii *parentalibus factis* NICOLAO REVSNERO, *Ienae* 1603. in 4. Ex illa hauserunt, quae de eo retulere Melchior Adami in *vitis Iurisconsultor.* germanor. p. 174 sqq. Io. Caspar. Zeumerus, in *vitis Professorum iuxium, qui in illustri academia ienensi vixerunt*, *Ienae* in 8. p. 61 sqq. Paul. Freherus in *Theatro viror. eruditione claror.* p. 959. Autor des *Schauplatzes berühmter Staats- vnd Rechtsgelehrten Franckf. vnd Leipzig* 1710. in 8. P. I. p. 183 sqq. Theodorus Crusius in *Vergnügung mussiger Stunden* P. XVII. p. 346 sqq. Niceron in *Memoires* Tom. XXVII. p. 216 sqq. Io. Caspar. Ebertus in Leorino *erudito* p. 49 sqq. Ipse dedit cum adhuc scholae lauingensis Rector esset, *Elenchum siue Catalogum operum suorum Lauingae* in 8.

CII.

Farrago poematum ex optimis quibusque, & antiquioribus, & aetatis nostrae poetis selecta, per LEODEGARIVM A QVERCV. Ad ornatissimum virum Claudium Hennequinum, libellorum supplicum in regia magistrum. *Lutetiae apud Gulielmum Cauellat, in pingui Gallina, ex aduerso Collegii Cameracensis* 1560. cum priuilegio Regis, in 12. folior. 416 exceptis foliis 4. prioribus.

Carmine elegiaco, hancce collectiunculam dicauit auctor Claudio Hennequino, cui subiiciuntur, duo carmina Ioannis Vezuuii, in auctoris, & operis commendationem composita, alterum elegiacum, alterum hendecasyllabicum, e quibus, prius adponimus:

Quadrigam tenui muscae cohibere sub ala
Qui potuit mirum, sed leue finxit opus.
Nam maior viua fuerit seu musca, necesse est:
Aut currus multo, quam solet, esse minor.
Idem apis alarum, tenui sub tegmine paruae,
Fluctiuagae potuit condere vela ratis.

 Sed

Sed frustra; vel enim lintrem rate nante minorem,
Maiorem aut veris effigiauit apem.
Iliadem *scriptam parua qui claudit* Homeri
In nuce, nil (vel de iudice) maius agit.
Nam quibus haec oculis tenui tam scripta figura
Quantumuis possis lynceus esse legas?
Artificum (fateor) fuit admiranda duorum
Cura satis: verum vanus vterque labos.
Inclusit modica QVERCVS *maiora papyro,*
Quam Iliados *scriptor*, Myrmecidis*que manus*—
Quotquot enim nunc sunt, quotquotque fuere poetae
Hos isto libro congregat, arctat, cogit,
Vana secans, potiora legens, miscensque lepores
Vtilibus, Lector, quid tibi maius aues.

Poetae, quorum carmina selecta heic leguntur, sunt Achilles Bocchius, Adrianus Turnebus, A. D. Andreas Naugerius, Angelus Bargaeus, Angelus Colotus, Angelus Vadius, Antonius de Grauina, Argillensis, Benedictus Accoltus, Christophorus Aulaeus, Cl. Hesp. Cl. Roilletus, Cotta, Eobanus Hessus, Euricius Cordus, Franchinus, F. Renatus Mareus, Franciscus Sfondratus, Georgius Buchananus, Germanus Brixivs, Helius Andreas burdegalensis, Hippolytus Capilupus, Honoratus, Iacobus Sadoletus, Ioachimus Bellaius, Ioannes Auratus, Ioannes Franciscus Picus Mirandula, Ioannes Girardus, Ioannes Gorraeus, Doctor medicus, Io. Vaeu Heduus, Iulius Camillus, Lampridius, L. C. R. E. Marcus Antonius Casanoua, Marcus Antonius Flaminius, Marius Molsa, Mellinus Sangelasius (Sant Gelais) Michael Hospitalius, Myrthaeus, Nicolaus Querculus, Petrus Curtius, Petrus Bembus, Priulus, Salmonius Macrinus, Statius Achilles Lusitanus, Tryphon, Vincentius Giglianus. Eorum poematibus, nonnulla inmiscentur, ab incertis auctoribus composita. LEODEGARIVS A QVERCV, siue, vt Gallorum vocabatur lingua, LEGER DU CHESNE, medicinae Doctor, multis scriptis editis, Seculo XVI. Parisiis inclaruit, & Adriani Turnebi, in munere Professoris regii, in Academia parisiensi

 suc-



successor fuit. Conf. quae de illo, in Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 449. leguntur. Mich. Maittaire nullam collectiunculae notitiam habuisse videtur. Idem auctor aliam edidit, tit. *Flores Epigrammatum, ex optimis, quibusque auctoribus excerpti, Lutetiae apud Petrum Begnin* 1555. II. Tom. in 12. & 1560. II. Tom. in 12. vid. Ios. Simleri *Bibliotheca* l. cit. Eius *praelectionum & poematum liber* prodiit *Paris* 1549. in 8. vid. *Catalog. Biblioth.* hulsianae P. III. p. 470.

CIII.

Motus monasteriensis Libri decem iam primum in lucem aediti *Magistro* IOHANNE FABRICIO BOLANDO, *authore Coloniae Martinus Gymnicus excudebat, Anno M. D. XLVI.*) 1546. in 8. folior. 216.

Et auctor, & liber non satis cognitus est; Omnes fere historiae literariae scriptores, eum silentio transmiserunt. Iosias Simlerus in *Bibliotheca* p. 364. nihil de eo retulit amplius, quam quod *Psalterium* Dauidis *lyrico carmine* reddiderit, & *libros X. de motu* monasteriensi, *elegiaco* scripserit *carmine*, *Coloniae apud Gymnicum 1541.* editos. Posterius vero falsum esse dedicationis palam prodit subscriptio, quae *anno* demum *1546.* Coloniae *pridie Pentecostes* facta est. Eadem fere leguntur in Io. Alberti Fabricii *Centuria* Fabriciorum *scriptis clarorum prima Hamburgi* 1709. in 8. p. 51. Tribuit ei filium Franciscum Fabricium Marcoduranum, virum graece & latine doctissimum, & scholae dusseldorpiensis, in Ducatu Montium gymnasiarcham (de quo vid. Io. Alb. Fabricius l. cit. Centur. I. p. 17 sqq. & Io. Francisc. Foppens in *Bibliotheca* belgica Tom. I. p. 292). Anonymus apud Thomam Crenium in *Animaduersionibus philologicis & historicis* P. II. *Lugduni Batau.* 1696. in 8. p. 193. qui *historiae* Ciceronis, a Fabricio Marcodurano scriptae, haec talia inscripserat. **Francisc. Fabricius Marcoduranus,**

ranus, *patre natus* M. IOHANNE FABRICIO BOLANDO, *qui* motus monasterienses Anabaptistarum *anno 1546. descripsit*, *&* Francisco Waldecho *eiusdem* Monasterii *Episcopo inscripsit; a quo etiam hic filius suus nomen in baptismo sortitus est. Fratrem* Philippum *habuit. In bonis literis ab ineunte aetate enutritus* Luteriae P. Ramum *audiuit*. Recte vero monuit Io. Alb. Fabricius l. cit. p. 18. id non posse conciliari, cum Ioannis Arcomii hagiensis Epigrammate latino, quod praeceptori suo Francisco Fabricio Marcodurano scriptum retulit Valerius Andreas, & ex illo Io. Francisc. Foppens l. cit. in quo fabri ferrarii filius fuisse, haud obscure traditur:

Fabricius *fabricatur opes iuuenilibus annis*
Cuius erat genitor non minus arte faber
Sed quando vili mens praestat corpore, tanto
Ingenii partem dexteritate praeit
Cecropiae *nunquam genitor iuga sacra subiuit*
Cum siculo *excudit filius arma Deo.*
Palladis *inque arces, ad summa cacumina scandit,*
Vnde hominum errores corrigit, atque videt.
Ergo Fabricius *gemino sit munere cinctus*
Et belli & pacis tempore tutus erit.
Cecropiae *auxilium te aduersum* Zoile *praesto est*
Te aduersum Martem Mulciber *arma gerit.*

Quod ad librum ipsum attinet, satis longam in fronte gerit *epistolam* dedicatoriam, *ad* Franciscum Waldechum, monasteriensis, & osnabrugensis *dioeceseos Praesulem, &* Mindae *administratorem*, quem laudat, quod Deo auspice, suorum dexteritate consiliorum, & vi armorum, grauissimam illam seditionem; per fanaticas Anabaptistarum furias excitatam, ita dissipauerit, imo funditus exstirpauerit, vt posthac repullulascere non facile vnquam posse videatur. Quod ille studivm, quamue industriam huic operi conscribendo impenderit, his ipse prodidit verbis: *non est quisquam mortalium, quamlibet impudens & arrogans* Thraso *ille fuerit, qui vere dixerit, se mihi occasionem & an-*



sam huius flagitii perscribendi, suis laboribus praebuisse, cum ego ante triennium, totam historiam a me carminibus confectam, Tuae censurae & iudicio Princeps ornatissime cum Essendiae, *negotii cuiusdam, cum illustrissimo* Cliuorum *Duce, transigendi, mihi non ignoti, gratia esses, non sine graui caussa, subiecerim. Porro totius rei summam, initia, caussas, progressiones, occasiones, & circumstantias, partim ex manifesta eorum confessione qui tanquam prophetae, in alias* Westphaliae *ciuitates, a nouorum* Hierosolymorum *rege missi, totam rem quaestionibus subiecti, antequam extremo afficerentur supplicio, magistratui patefecerunt, didici, partim vero ex certis, & fide dignis hominibus, qui & pars earum rerum vel inuiti fuerunt, & haec, vt quaeque gesta erant, paucis annotarunt. Item tui proceres & belli duces, a parte tua stantes, quos fere singulos diligenter consului, in hoc mihi non parum contulerunt. Vrbis autem expugnationem, ab iis, qui non solum negotio interfuerunt, sed etiam rei gerendae praefuerunt, collatione eorum, quae vulgo a multis, sed varie & confuse referebantur, non negligenti adhibita, postquam eius rei caussa, ter* Monasterium *equitassem: non sine negotio, qua fieri licuit, accepi. Nam non ita diu a tanto metropolis* Westphalicae *motu illac curru longis itineribus, morbo laborans, dum praeteruehor, quietus, dedita opera, cognoscendi huius negotii, tam portentosi gratia, in diuersorio octo maneus hebdomadas hausi. Siquidem tunc temporis ad* Gliuenses, *non sine celeberrimae cuiusdam academiae literis, ad* Gogreuium iuliacensem *Cancellarium scriptis, proficiscebar, vt ibi constitutis gymnasiis literariis, natali solo, & amicis, in primis vero ecclesiae, quae vera est, piorum omnium patria, & non aliter quam parens, complectenda, cui me natum putabam, pro mei talenti modulo, totis viribus inseruirem. Quae spes etiam me, si omnino fefellisse videri potest, quod non tantum* Mars, *quo iure, quaque iniuria* Musis *praelatus sit, verum etiam quod ciuitates aut non satis intelligere negotii magnitudinem, aut intentae rei familiari augendae & voluptatibus, non ma-*

magnopere curare videantur, tamen vel sexenuium vniversum suspiriis ex intimo corde ductis, sollicitudine & sumptu meo, non exiguo; rem vrgere non destiti, nempe vt haec horrenda portenta, & tam noxia ab ecclesia catholica, per sanam doctrinam, teneris puerorum animis insertam auerterentur - - quod enim gratius Deo opus vllum? quod rebus hominum vtilius officium post tot meas per Europam *duras peregrinationes, & difficiles studiorum labores, valetudinis meae, per acerbissimam febrim afflictae, curam agens praestare, obsecro, potuissem? Caeterum dum ingens temeritas ne dicam malitia motus* iuliaci *(cuius dissuasorem acerrimum me fuisse testantur cum mea ad illustrissimum principem* Gulielmum *scripta, tum vero mea quotidiana cum omnibus primatibus viris colloquia) mihi hunc conatum e manibus vi abstrahit, vt animus taedio leuaretur, & ne ingenio torpendi ansa praeberetur, nunc huc, nunc illuc vectus, haec quasi resocillandi me, & omnes vitae casus fortiter perferendi gratia inter tot monstra vulgo vagantia, & furiosus hominum strepitus tumultuaria opera conscripsi &c.* Praefationem *ad lectorem* versibus elegiacis concepit, & in ea, librum se compofuisse adfirmauit, cum febri correptus esset, & ad leuandum animum varias suscepisset peregrinationes.

- - Nimium paruae mihi vires, rebus & impar
Ingeniis tamen lumen & artis erat.
Febris & vsque meas ita torret acerba medullas
Mens nequeat voti compos vt esse sui.
Totaque cum sibi res curam meditantis acutam
Flagitet, hinc capitis debilitate vetor
Quin opus hic lachrymis potius iustisue querelis
Omnia quod magnis sunt cumulata malis
- - - - - -
Quod vero liber hic ruit immaturus in auras
Consilii ratio certaque caussa fuit.
Hunc mea per lusus iniuria fudit habentis,
Hei male dum curam corporis hospes ago.
Dum vehor huc illuc resona nunc debilis vnda
Nunc validus carro, nunc magis aptus equo &c.

Ar-

Argumenta decem librorum, auctor ipse hisce versibus expressit:

Pingitur vrbs primo *cur moribus ardua gentis,*
Et caussas motus habet & fomenta secundus.
Tertius *est vrbis defectio visque furoris.*
Praesulis in quarto *res obsidione trahuntur.*
Quintus *init primam pugnam, rex sceptra capessit,*
Regis habet studium sextus *caedesque cruentas.*
Septimus *alterius memorat fera fulmina pugnae*
Octauo *regni vires totius habentur.*
Vrbs capitur nono, *meritas dat regia poenas*
Describit decimus *prauam cum dogmate sectam.*

Qua ratione poeta suum tractauerit argumentum, e specimine lectores intelligere poterunt, quod e libro VIIII. proferimus, & supplicium, de Anabaptistarum rege Cnipperdolingo, & Crechtingo sacerdote summum describit:

Iam loca decliuis superauerat infima metae
Sol repetens olidi cornua dura capri,
Cum rex e tenebris, Cnipperdollingus *& vna*
Pastor aguntur, cō plebe ruente foras.
Luridus obducit sua moestis tempora pallor,
Nec facies similis permanet vlla sui
Horrent immissae per tristia pectora barbae
Deformat lapsu squallor honore viros.
Tota fero miseri circum simul agmina spectant
Dum retinent vinctas post sua terga manus.
Sed subito mordax oculos submittere cogit
Criminis & poenae conscia corda pudor
Hos lente comitans in longe veste sacerdos
Admonet vt Christi *iam meminisse velint.*
Vincit, ait, delicta Dei bonitasue fauorue
Omnia, si vere cor metanoea mouet
Spe caret hoc veniae modo, lux velut orbis Iesus
Adserit, in sanctum Pneuma quod vsque fuerit
Si tibi per Christum *statuas peccata remitti*
Tanta fide, mortis victor es ipse trucis
Victor es & saeui iam daemonis, atra nec in te
Horrifici quicquam Tartara iuris habent.

Gra-

Gratia criminibus diuina potentior, orbi
Quam cruce dat meritum Chriſte *benigne tuum.*
Inuitas gratis omnes ad munus, & vlnis
Obuius ambabus cuilibet ipſe pates.
At ferus & barba ſquallens ferroque ſuperbus
Hos trahit, & toruus lumina tortor agit.
Iudex a ſcriba perlectis ante tabellis
Hos peragit propter geſta cruenta reos.
Quare tres certis condemnans legibus iſtos
Tanta canit dira crimina digna nece
Sic miſeris plauſtro ſtantes cruciatibus hauſti
Dant ſceleris poenas, grandis in vrbe, ſui.
Forcipe tracta gemunt candenti corpora, toto
Aediderant in quo facta pudenda foro
Hic quoties refugum contingitur igne rubenti
Corpus, ſibilat & ſtridet aduſta cutis.
Nec ſecus ebullit cruor aſſa carne, recoctum
Quam ferrum gelidae quod faber indit aquae
Euolat hinc denſus cingens caligine tecta
Ardua qui caeli ſcandit ad aſtra vapor,
Sic affecta ſua diſtortaque corpora poena
Altius apricis expoſuere locis
Continet haec ferrum penitus per ſaxa coactum
Qua fora Lamperti *turris ad ipſa patet.*
Vertice rex ſocios medius ſupereminet Vrbis
Dux loca dextra nouae laeuaque paſtor habet.
Hunc tandem capiunt immania crimina finem
Iſtaque ſors motae ſeditionis erit &c.

Miramur librum, non inueniſſe locum, in collectione quadam Scriptorum rerum germanicarum, quem omnino poſtulare videtur, in primis cum noſtra aetate, is inuentu admodum ſit difficilis. Auctorem fide dignum, & hiſtoriam eius, rerum, quas oculis ipſe conſpexit, probatam fuiſſe, ipſi capitulo monaſterienſi, patet ex narratione Dauidis Chytraei, qui in *Chronico* Saxoniae, *& vicinarum aliquot gentium*, *Lipſiae* 1593. in fol. L. XVI. p. 482. retulit, quod cum Franciſcus à Waldeck, Epiſcopus monaſterienſis, apud Paullum III. Pontificem roman. in haereſeos ſuſpicionem

nem

nem adductus, & Romam citatus fuisset, Capitulum monasteriense defensionem sui principis susceperit, & ad probationem eorum, quae ille gesserit pro defensione religionis pontificae, in suffocanda, & exstirpanda Anabaptistarum colluuie, IOANNIS BOLANDI, & Hermanni a Kersenbroch *scripta*, *bellum contra* Anabaptistas, *a* Francisco a Waldeck *susceptum confectumque continentia*, ad Pontificem miserit.

CIIII.

Elegiarum IOANIS BOCERI Liber Primus. *Lipsiae in officina typographica Georgii Hantzsch* 1554. in 8. folior. 48.

De IOANNE BOCERO, & eius *poematibus*, quae omnia, raro in virorum doctorum manus, nostra aetate incidere solent, ea, quae nobis innotuerant, iam protulimus Tom. I. *Adparat. literar.* p. 283 sqq. vbi recensionem exhibuimus *carminum*, *de origine & rebus gestis Regum* Daniae, *& Ducum* Holsatiae, *Comitumque* Schouuenburgensium *Libr. V. Lips.* 1557. in 8. *Elegiarum* insignem raritatem testantur die hamburgischen *Berichte* anni 1747. p. 45 & Dauid Clement V. Cl. in *Bibliotheque curieuse*, *historique & critique des livres difficiles à trouver* Tom. IIII. p. 383. In *elegias*, epigrammate lusit elegiaco, quod in secunda tituli pagina occurrit, Dauid Peiferus poeta laureatus. In omni libello XVII. inueniuntur elegiae, quae luculentis passim produnt indiciis, BOCERVM communi fere poetarum fato obnoxium fuisse, & saepenumero non habuisse, quo vitam sustentare posset. Sic v. c. elegia prima, librum suum compellat:

Parue liber medio Martis confecte tumultu
Te procul a domino sors iubet ire tuo.
I precor o certus lachrimosi temporis index
Et geme communis tristia fata mali.
Quis tibi feralis si forte nocebit egestas
Depromet loculis aera petita suis?

Quisue

Quisue via lassum, cunctis & rebus egenum
Accipiet tecto, subsidiumque feret?
Heu! te difficilis quam multa pericula sortis,
Nec manet vnius vis superanda mali.
Paupertas, tristisque fames, liuorque superbus
Exacuunt vires, in tua damna suas &c.

Et elegia quarta ad D. Iohannem Rudelium, Syndicum lubecensem scripsit:

Si ratio nostras defenderet apta Camoenas
Et fluerent rebus fata serena meis,
Non te Rudeli *miseris turbare querelis*
Cogerer, & tristi soluere verba modo.
Nunc mea, ceu dubio quassatur in aequore puppis
Sors nutat nullo certa tenaxque loco.
Et mihi sunt rari, quos imploremus, amici
Saepe solet (fateor) *rarior esse fides.*
Questus eram nemini nostrae mala plurima sortis
Irrita sed ventis nostra querela fuit . . .
Hactenus & miserum quem sors fera durius vssit
Nititur extremo mergere posse malo.
Quid loquar aerumnas & quos fero mille labores
Temporis indigne quid querar acta meae? . . .
Ieiuna fames me languida torquet egestas
Plus satis inuidiae vis & amara premit . . . .
Nil ego quam poscit frugalis portio vitae,
Non opto magnas, ambitiosus opes.
Sit mihi quo caris liceat me viuere musis
His ego si nequeo viuere, posco mori.
Posco mori, quoties vitae status indigus actae
Et subit in studiis, nil opis esse meis.
Errando periit nostrae pars optima vitae,
Indigus huc illuc dum sine fine vagor
Iam sedem studiis dum quaero vigentibus aptam
Acta mihi misere sexta recurrit hyems &c.

Elegia II. scripta est *ad Senatum populumque* lubecensem. III. *ad* D. Hieronymum Kieswetterum, *Electoris* Augusti *Cancellarium*, V. *ad* Philippum Melanchthonem. VI. *ad ampliss. virum* D. Antonium de Sriten,

Con-

Consulem. VII. *ad* D. Hermannum Falconem *Consulem*, & *V. I. D. in* Angliam *abeuntem.* IIX. *ad D.* Gerhardum de Houelen *iuniorem.* VIIII. *ad D.* Engelbertum Castorpium, *Musarum vnicum Mecoenatem.* X. *ad* Ioachim. Camerarium. XI. *ad M.* Petrum Vincentium, *Praeceptorem*, & *poetam.* XII. *ad* Ioannem Pfenningbutell *in* Italia *agentem.* XIII. *ad* Adamum Siberum *poetam.* XIIII. *ad D.* Antonium Ludinchusen. XV. *ad Sydera caelestia.* XVI. *ad D.* Hermannum de Dorn, *Virtute nil esse fortius.* XVII. *ad* Dauid. Peiferum *poetam laureatum.* His subiicitur, quae non numerata est elegia 8. distichor. *in tumulum* Matthiae Brassani, *praeceptoris optimi* & *meritissimi.* Conf. *Etwas von* rostockischen *Sachen* ann. 1739. p. 696. Io. Caroli Opitii *programma de vita, fatis,* & *scriptis* IOAN. BOCERI, p. 19. Diximus in *Adparatu literario* l. cit. IOANNEM BOCERVM anno 1523. natum esse, sed re paullo adcuratius pensitata, subscribimus sententiae Dauid. Clement Viri Cl. qui in *Bibliotheque curieuse, historique & critique des livres difficiles à trouver* l. cit. p. 382. probauit, eum Hausbergae in Westphalia, anno 1525. natum esse. Scrisit praeter libros memoratos, Friburgum *in* Misnia, *Lipsiae in officina Valentini Papae anno 1553.* in 8. Repetitam libri editionem, *Lipsiae* 1677. in 4. memorauimus in *Adparat. literar.* l. c. p. 287. Praeter ea IOANNIS BOCERI *breuis illustratio vrbis* hagensis, *sitae in ditione illustrium Comitum* Schouuenburgensium, *cum catalogo clarorum aliquot virorum, in ea vrbe natorum, scripta ad reuerendissimum & illustrem Principem & Dominum, Dominum* Iohannem Tidemannum hagensem, & *Praesulem* lubecensem. *Rostochii excudebat Stephanus Myliander* 1560. in 4. *De origine, antiquitate, & celebritate, vrbis* Mindae, *ad ripam* Visurgis, *in veteri* Saxonia *sitae, breuis declaratio* IOHANNIS BOCERI, *Rostochii excudebat Stephanus Myliander* 1563. in 8. IO. BOCERI *sacrorum carminum,* & *piarum precationum Libri IIII. Rostochii in officina typographica Iacobi Transyluani Anno 1565.* in 8. quam

edi-

editionem, eodem anno, alia excepit. De omnibus autem hisce libris, pluribus verbis disseruit Cl. Dauid. Clement l. cit. vbi etiam memoratur *poema*, in quo res cantare regum Galliae constituerat, titulo: *Francias*, quod inchoatum quidem, sed ad vmbilicum non perductum fuit, quandoquidem pestilentia correptus BOCERVS, anno 1565. diem obiret supremum.

CV.

Vrbis Basileae Encomium, breuisque descriptio, Ante nunquam edita. *Impressum Basileae sumptu Christophori a Sichem, Librarii. Anno Christi M. D. LXXVII.* (1577.) in 4. folior. II.

M. PAVLLI CHERLERI, elsterburgensis, poetae non incelebris, scripta poetica, haud adeo facile hoc tempore occurrunt. Hoc *vrbis* basileensis *encomium*, carmine heroico scripsit, *ad doctissimum virum, & clarissimum mathematicum Dn.* Christianum Würsthisium basileensem, *praeceptorem, & amicum* suum. Caussam, qua impulsus, hunc in se susceperit laborem his versibus exponit:

Me tua Würsthisi *pridem vox blanda magister*
Acri qui vultu metiris sidera caeli
Et tota radio describis gentibus orbem,
Sollicitat, monitisque vocans inuitat amicis:
Vt patriae victura tuae praeconia texam:
Rauriacum*que breui* Basileam *condere versu,*
Te suadente, velim; votis en obsequor aequis:
Et patriae refero non pulchro carmine pulchram.
Tantum summa sequens rerum, fastigia sortem
Nam quia tercentum finire encomia metris
Poene cupis; libanda sunt mihi plurima paucis
Non dicenda: loquar non omnia: plurima stringam,
Hoc genus officii tibi debeo care magister;
Hoc Basilea *tibi: doctis me moribus alter*
Imbuit: eximia dedit altera fida puellam
Nune quae me dulci carum vocat ore maritum;

Et facit assidue numerosa prole parentem
Extenditque meae surgentia nomina gentis &c.

Comparat postea poeta Basileam cum variis Italiae & Germaniae vrbibus, vt eius praerogatiua elucescat. Inter illas vrbes, & nominat Lipsiam, quam *mire cultis foetam puellis* nominat. Deinde commendat vrbem basileensem 1. ab oraculis diuinis, puraque religione; 2. ab optimi, prudentissimique senatus beneficio; 3. a studio fouendae & tuendae pacis, & a bellica virtute, cum necessario pro aris focisque pugnandum sit; 4. ab hominum vtriusque sexus exercitiis, labore, industria, beneuolentia &c. Matronas & virgines basileenses ita delineauit:

Matronae magnis possunt aequare Lacaenas
Viribus: haec, dices, sed & illa, atque illa virago est,
Obuia cum tulerint plateis: vestigia Musis
Succisluae forma certant praestante puellae:
Quae norunt legisse: colo subtilia ducunt
Fila; canunt hymnos: & amicula verba loquuntur
Inque sui iuuenes, nudis aspectibus vsae,
Inuitant tractu, rapiente potenter, amorem.

5. ab aedificiorum splendore, amplitudine, & supellectile &c. 6. ab academiae celebritate, doctorum virorum copia; 7. a typographiae vsu, & commoditate, quae Basileae regiam quasi sedem obtinet; 8. ab aeris, caelique salubritate; 9. a facilitate, & fertilitate annonae, vini, olerum, piscium, lignorum, butyri, & rerum fere omnium, quae ad victum pertinent, necessitatem, & voluptatem 10. a quatuor pulcherrimis deambulacris, quae Tempe vocat, & qualia, in Germania, vt ait, nulla alia vrbs habet. Sunt illa a) pontis rhenani deambulacrum b) deambulacrum ad summum templum, c) deambulacrum in platea S. Ioannis prope templum concionatorum, qua occasione describit depictam in pariete mortis choream *den Todentanz.* d) deambulacrum ad S. Petrum, quo loco amoeniorem, in vlla siue Germaniae, siue Italiae,

liae,

liae, imo Europae totius, Asiae, Africae vrbe vix reperiri, & conspici arbitratur. In epilogo Basileam hortatur poeta, vt faustissimam suam agnoscat sortem, & ea, pia ac grata mente, sine vllo tumore, & contemtu aliorum vtatur. Fuit auctor ecclesiae pincemiensis minister, quam ob rem posteriores carminis versus hac ratione concepit:

Interea Basilea *vale*, Basilea *triumpha*,
Et flore Basilea, *precor sic pectore toto*
Pincemiae *vates ego rusticus* - - -

Adiiciuntur poemati duo folia, quorum alterum nomina consulum, duumuirorum, scholarcharum, Rectoris academiae, decani philosophici studii, & primariorum antistitum, in quatuor summis templis, qui anno 1577. mense Ianuario, cum aliquot mensibus ante, pestis grassari coepisset, in viuis fuerunt, ob oculos ponit; alterum refert picturam, seu typum totius regiae Basileae, cum plerisque imo fere omnibus, aedificiis, templis, plateis, angiportis &c. ligno incisum, cui subiicitur PAVLLI CHERLERI, elsterburgensis, *Ecclesiae* pincemiensis *ministri* ἀποστροφὴ elegiaca, *ad regiam* Basileam, quae continet παραίνεσιν, vt suam agnoscat sortem, & Deo pro ea sit grata. Illius in calce haec leguntur verba: Basileae Rauracorum *Excudebant* Daniel *&* Leonardus Ostenii *Fratres Anno Salutis humanae* 1577.

Multa edidit PAVLLVS CHERLERVS scripta poetica, quibus omnibus *lexicon eruditorum* augeri poterit, quia Tom. I. col. 1866. illius tantum modo carminis mentio facta est, quod in praeceptoris Sebast. Castalionis laudem, illius *dialogis sacris* praefixit. Iosias Simlerus in *Bibliotheca* p. 543. meminit eius *historiae sacrae*, *de* Iesu Christi *matre*, quam in 8. excusam esse scribit, & opusculi *de luctu ecclesiae*, *& academiae* basileensis in 4. Praeter illa nobis innotuit PAVLLI CHERLERI *luctus in obitum illustrissimi Principis*, Caroli, *Marchionis* badensis *&* hochburgensis, *cum praefatione ad tres iuniores Marchiones*,

in qua, vita illustrissimi principis Caroli *historico ritu, breuiter inserta continetur, Basileae sumtibus Christophori a Sichem* 1577. in 4. PAVLLI CHERLERI *Epitaphia, seu elegiae funebris in obitum XXXII. virorum illustrium, & iuuenum studiosorum, feminarumque ac puellarum IIX. qui fere omnes in vrbe* Basilea, *& agro tractuque* basileensi *peste interierunt. His accedunt sententiae sacrae, de huius vitae fragilitate, & miseriis, de morte, de resurrectione mortuorum, de extremo iudicio, & de vita aeterna, Omnia carmine elegiaco conuersa. Basileae* 1565. in 4. Eiusdem *elegiae physicae & vernae X. vtiles, & iucundae lectu, Basileae* 1579. in 4.

CVI.

HIERONYMI RVVEREI *pueri decennis* carmina. *Ratisponae, sumtibus Ioh. Conradi Emmrichs, Bibliopolae, Typis Dalnsteinerianis. A. M. DC. LXXXIII.* (1683.) in 8. pp. 40. exceptis fol. 6. prioribus.

Inclaruit iam seculo IIX. gens ruuerea, Taurini, Patriciorum dignitate, & vt Philibertus Pingonius in Augustae Taurinor. *chronicis* ad annum DCCCIII. in Ioan. Georg. Graeuii *Thesauro antiquitat. & historiar.* Italiae Tom. VIIII. P. VI. col. 8. protulit Hermundum Ruuerum, taurinensem Patricium, qui a Ragumberto Rege Longobardorum, Prorex constitutus, primus fuisse dicitur, qui quercum pro gentilitiis familiae insignibus adsciuerit, vnde Roborei & Quercentes adpellati fuerunt, quae gentis insignia, ad posteros, ad haec nostra tempora, transmissa fuerunt. Aucta admodum gente, colonia ex Subalpinis missa in Liguriam, patriam sibi elegit Saonam, & inde in reliquam Italiam late diffusa, summas, & antiquissimas Italiae familias, v. c. Vrbinorum Duces, Chisios &c. adfinitate sibi iunxit. Ex hac igitur antiquissima, illustrissimaque gente, e qua, vt idem Pingonius refert, pontifices romani duo, Antistites complures, Cardinales,

R. E.

R. E. octo, Vrbini & Sorae Duces, vrbis Romae Praefecti, olim Collegii & Ciriaci, nunc Vici noui, Rivallae Cinzani domini, municipiorumque aliorum in Latio, & Liguribus Reguli, Ciuitatis & patriae ornamenta prodierunt, HIERONYMVS DE RVVERE siue RVVEREVS s. ROBOREVS duxit originem, patre Laelio Ruuereo, taurinensi Patricio, anno 1530. prognatus, qui ob excellentissimi ingenii dotes, quibus a natura fautrice donatus fuerat, omnem fere Italiam, in admirationem, & stuporem conuertit. A patre enim Patauium missus, diuinum praecoxque ingenium, mox probauit omnibus, emensusque concitatissimo cursu, artium humaniorum circulum, aetatis anno nono, in gymnasio patauino *orationem de artium omnium inter se consensu, & amicitia*, publice recitauit, quae vt Augustinus Oldoinus in *Athenaeo* romano p. 326. & in *Athenaeo* ligustico p. 253. memoriae prodidit, *Patauii* anno 1539. typis mandata fuit. *Carmen* quod recitauit heroicum, antequam peroraret, legitur inter *poemata* eius p. 21 sqq. Hac *oratione*, & aliis literariis monumentis, succedente tempore elaboratis, non solum in virorum doctissimorum se insinuauit gratiam, sed summos quoque Principes, sibi amicos atque fautores reddidit. Paullo in primis III. Emanueli Philiberto, Ducis Sabaudiae filio principi, Francisco I. & Henrico IIII. Galliae regibus admodum carus fuit, iisque suffragantibus, ad summos honores peruenit. Doctor parisiensis, & Consiliarius status Ducis Emanuelis Philiberti, & ab eodem cum duobus aliis proceribus patriae, ad regimen Ser. Principis Caroli Emanuelis, filii sui, dum ipse in ciuitate niciensi morabatur deputatus, anno 1549. Henrici Regis Galliae gratia episcopatui tolonensi praefectus, Abbasque S. Mauri & S. Ianuarii in Pedemontio & S. Seueri in Vasconia consecratus fuit. Destinatus autem regis Galliae & Sabaudiae ducem legatus, adnitente Carolo, & cedente Cardinale d'Avalos d'Arragonia 1564. Archiepiscopus taurinensis creatus fuit. Tandem a Sixto V. Pontifice rom. in Cardinalium R. E. colle-

 gium,

gium, titulo Eudoxiae, seu S. Petri ad vincula cooptatus, diem obiit supremum anno 1592. aetatis anno LXXII. cum mortuo Innnocentio VIIII. comitiis pontificiis interesset. Sepulchrum illius in templo S. Petri ad Vincula romano conspicuum, hoc elogio ornatum est:

D. O. M.
HIERONYMO DE RVVERE
TIT. S. PETRI AD VINCVLA
PRESB. CARD.
TAVRINEN. ARCHIEPISCOPO
QVI
A PVERITIA ADMIRABILIS INGENII
LINGVARVM SCIENTIAE ELOQVENTIAE
MOX PRVDENTIAE AC DOCTRINAE
INSIGNIA DEDIT DOCVMENTA
VIRTVTISQVE ET NOMINIS SVI CELEBRITATE
ITA SEMPER APVD MAGNOS PRINCIPES
ET
NATIONES CLARVIT
VT NVLLO VNQVAM HONORIS GRADV
NON DIGNISS. HABERETVR
LAELIVS ET IVLIVS FRATRES
PATRVO OPT. POS.
VIXIT ANNOS LXI. MENS. XI.
DIES XXVI.
OB. VII. KAL. FEBRVARII
DVM COMITIIS PONTIFICIIS
IN CONCLAVI INTERESSET
MDXCII.

Vid. de eo, & scriptis eius Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 295. Lil. Gregor. Gyraldi *de poetis sui temporis* Dialog. II. Tom. II. *Operum* p. 414. vbi eum HIERONYMVM QVERCENTEM adpellat. Augustini Oldoini ll. citt. Ferdinand. Vghelli Italia *sacra* Tom. IIII. edit. *venetae* col. 1061. Francisci Augustini ab Ecclesia *Historia chronologica S. R. E. Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Abbatum*, pedemon-

montanae *regionis*, *Augustae Taurinorum* 1645. in 4. p. 50. & 79. Fratr. Sammarthanorum Gallia *christiana* Tom. I. *Lutet. Paris.* 1715. p. 753. Philiberti Pigonii l. cit. Alphonsi Ciacconii *vitae & res gestae Pontificum* romanor. *& S. R. E. Cardinalium ab initio nascentis Ecclesiae, usque ad* Clementem VIIII. *ab* Oldoino *recognitae*, *Rom.* 1677. in fol. Tom. IIII. p. 161. Adriani Baillet *Jugemens des Savans* Tom. IIII. P. I. p. 372 sqq. Eiusd. *Enfans devenus celebres par leurs études, & par leurs ecrits*, qui liber constituit Tom. V. des *Jugemens des Savans* P. I. p. 148 sqq.

Quod ad *carmina* eius adtinet, quae puer decem annorum composuisse dicitur, illa, prima vice, edita fuere *Papiae a Mario Symonetta* excusa anno 1540. quae editio tantae raritatis est, vt talium rerum aestimatores, describerent illa carmina, & bibliothecis suis insererent. Cum autem eiusmodi exemplar, manu exaratum, inueniret Ioachimus Hartliebius, vir magnae dignitatis, atque eruditionis, impetrare a se non potuit, quin e situ & tenebris protraheret, & in lucem denuo reuocaret noua editione, luculentissima haec diuini ingenii monumenta, praefationeque, de studio, & vita HIERONYMI DE RVVERE locupletaret. Elegantissimo carmine, hanc editionem ornauit Em. Guil. Agricola:

Siue per elysios *spatiaris*, RVVERE *campos*
Seu praebes magno pocula grata Ioui
Sume nouos animos, cape circum tempora lauros,
Te virides hederae, te noua serta decent.
Redditus es luci, tenebris ereptus iniquis,
Iam rediit Musis fama decusque tuis
Incipe Maenalios *laeto pede ludere versus*
Incipe diuino thura cremare seni.
Ille tibi numen nouus est Hartliebius *auctor*
Qui tua per totam nomina didit humum.
Incipe parue puer risu cognoscere fata,
Candida te facili stamine ducta manent
Non posthac Vesulus *solus te claudet in antris;*
Nec tua per silices nomina sculpta geret.



Vltima terrarum Thule *tua carmina discet*,
Et si quid docti Gerna *palustris habet*.
At tu si potis es, *sanctissima numina* Parcas
Carminibus teneris in tua vota moue,
Vt te graminibus doceant, *succoue potenti*
Diuino iuuenis reddere membra seni.

Non satis adposite, & praeter rem poeta RVVEREVM puerum, inducere videtur, in campis elysiis versantem, cum is aetate admodum prouectus e vita discesserit. Apollini & Musis RVVEREVS *carmina* sua, hisce dicauit verbis; *Hasce ingenii mei primitias, tibi, intonse* Apollo, *ac vobis*, Musae *suauissimae*, *consecro dedicoque*. *Nos erimus aliquando strenui iuuenculi*. Distincta sunt *carmina* in sex classes, nimirum

I. in *heroicam*, vbi leguntur carmina ad Paullum III. Pontificem max.; ad Petrum Bembum; ad Ducem Vrbini; ad illustriss. Vasti Marchionem; ad reuerendiss. Senogalliae Antistitem, Marcum Vigerum saonensem.

II. in *literariam*, vbi exstant carmina ad Franciscum Sfondratum; ad Andream Alciatum; ad Thesea Ambrosium; ad Caesarem Casatum; ad Brandam Porrum; ad Andream Camutium; ad Partheniam Galeratam, cremonensem; ad Iulivm Clarum; ad Iulium Salernum; ad Marium Lampugnanum; carmen in orationem Patauii 1539 recitatam; & in praelectionem virgilianam eiusdem auctoris.

III. in *domesticam*, quae classis complectitur carmina ad patrem; ad matrem; ad fratrem; ad sororem infantulam; ad Stephanum Ruuere, cognatum.

IIII. in *amatoriam*, vbi inuenies carmina ad se ipsum; ad Iuliam; ad eandem e vernaculis Bembi; de Martia & Laura; ad Iuliam, e graeco Pomerani; ad annulum, e graeco eiusdem; ad Paullam.

V. in *catholicam*, quae ob oculos ponit salutationem, qua excipit ingruentem lucem; carmen cum mensae

ſae accubat; cum ſurgit a cibo; & orationis dominicae paraphraſin.

VI. in *ruſticam*, vbi vna tantum modo legitur ecloga, titulo Coridon, in quo deflet luctuoſiſſimam Principum Sabaudiae, e finibus ſuis eiectionem. Hiſce carminibus adnectitur *Anonymi, venturi, in* Italiam, *ad* HIERON. RVVEREVM, *epiſtola.* Nos pro more noſtro, vnum alterumue, ex hiſce carminibus, ſelegimus ſpecimen, & quidem e claſſe *literaria*, & *amatoria.*

Ad Marium Lampugnanum.

Quos modo ſcripſiſti, iuuenis doctiſſime verſus
Adriſere mihi, perplacuere mihi.
Neſcio qua patria, qua ſis ab origine cretus,
Vnde habeas vitae ſemina prima tuae.
Neſcio qui vates, qui te docuere magiſtri,
Carmina ſed facias, quod numeroſa ſcio.
Quod tibi ſint fortes animi, quod maſcula corda,
Quod ſit in aſpectu gratia magna tuo.
Quod te Pieriae *belle inſtituere ſorores*
Quod poſſis magno nuncius eſſe Ioui,
Id mihi compertum eſt, ſum teſtis idoneus horum
Scilicet excepi ſenſibus iſta meis.
Dii maris & terrae, quam docta poemata fundis
Quam ſtringis gracili mollia verba pede!
Tu memoras veterum facta antiquiſſima patrum
Argiuos*que duces*, hectoreos*que duces.*
Tu mihi Virgilius, *mihi tu facundus* Apollo *es*
Tu canis aeolia *carmina digna lyra.*
Fallor? an eſt verum, quod cenſeo? Cenſeo certe
Praeſidium gentis te fore grande tuae.
Deſine adoleſcens chariſſime, deſine laude
Te nudare tua, me decorare tua.
Vix ſum lacteolo nutricis ab vbere raptus,
Vix meditor blaeſo ſtridula verba ſono.
Et tu me numeris ornare perennibus audes?
Crede mihi nimis es obſequioſus homo.

 De



De Martia & Laura.

Martia dum cupidis, a me spectatur ocellis
Sola mihi arridet Martia, *sola placet.*
Dum biiugo in curru Lauram *contemplor euntem,*
Sola potest sensus flectere Laura *meos,*
O mihi si plures animae sint corpore in vno
Vna ministraret Martia *chara tibi*
O mihi si plures animae sint corpore in vno
Altera seruiret candida Laura *tibi*
Sed quia quod cupio, vanum est, sit Martia *sola,*
Delitiaeque meae, nequitiaeque meae
Martia *sola mihi sensus furetur opertos,*
Sit lux, sit passer Martia *sola meus.*

Praeter versus elegiacos, in hac collectione reperiuntur, carmina epica, sapphica, phalaecia &c. sed vix credibile est, HIERONYMVM RVVEREVM tam teneris annis, sine praeceptorum, aut amicorum consilio, & adiumento, carmina scripsisse amatoria, in qua Adr. Baillet sententia fuisse videtur qui l. cit. Tom. IIII. P. I. p. 372. scribit: LA ROVERE *fit dans sa première enfance des vers, qui ne firent pas de deshonneur à sa vieillesse, ni à sa Pourpre, & qui n'en font pas encore dujourd'hui a sa reputation, pourvû qu'on lui pardonne quelques pièces de galanterie, dont il faut rejetter la faute, sur ses Maitres, puisqu' il étoit au dessous de dix ans, lorsqu' il publia toutes ces poësies, c'est à dire, en un âge, auquel la malice de l'homme n'a point encore assés de force, & de maturité pour produire des fruits de cette nature, sans la suggestion, & le secours d'autrui.* An plures exstent carminum editiones, dicere non possumus. Augustinus quidem Oldoinus in *Athenaeo* ligustico p. 253. *orationem*, quam diximus, in academia patauina habitam, cum eiusdem *carminibus* 1539. editam esse scribit, & eodem loco, *orationem* eius gallico sermone exaratam, *in funere* Francisci Galliarum *regis*, euulgatam cum eius *carminibus Parisiis* anno 1559. prodidit, sed aliis inquirendum relinquimus, an eiusmodi exstent editiones, aut forte, a iuuenilibus diuersa sint carmina, quae ab Augustino

Oldoino memorantur, id quod praesertim de illis, quae 1559. euulgata dicuntur, verisimile est. De editione *argentinensi*, quam descripsimus, vid. *Acta erudítor.* lipsiensia an. 1683. p. 387 sqq.

CVII.

SALMONII MACRINI *Iuliodunen. Cubicularii regii*, Hymnorum libri sex, Ad Io. Bellaium, S. R. E. Cardinalem ampliss. Cum priuilegio regis. *Parisiis. ex officina Roberti Stephani. M. D. XXXVII.* (1537.) in 8. pp. 139.

Est apud Gallos, ex sententia Michaelis Hospitalii, Cancellarii Galliarum doctissimi *Epistolarum* L. III. Ep. XII. p. 211. edit. *lugdunens.* 1592. in 8.
— — *lyricis* MACRINVS *ad aethera notus Carminibus fidicen modulandis, cum prius ista Scribendi ratio, prorsus neglecta iaceret.*

Carmina quae edidit, rarissime conspectum virorum doctorum, nostra aetate subire solent. Catalogum eorum exhibuit Niceron in *Memoires* Tom. XXXI. p. 272. sqq. vbi etiam *hymnorum libri sex* memorantur. Conf. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 274. Quilibet odarum liber, singulari oda inscribitur nomine patroni, Ioannis R. E. Cardinalis Bellaii, in cuius honorem, etiam per omnes libros VI. odae compositae inueniuntur. Vt os poetae magna sonans, lectoribus nostris innotescat, carmen proferimus e Libro V. p. 179.

Ad Musam de laudibus Francisci *Regis.*

Seu Laureta *iugi densa biuerticis*,
Seu te ruris habent gramina Thespii,
Aurata huc propere non sine barbito
Dulcis Terpsichore *veni.*
Quam vati Rutulo, *tam facilis mihi*,
Augustum melico carmine dum canit,
Clarorumque domi ac militiae virum
Docta gesta sacrat lyra.

Regum



Regum non dubie maximus omnium,
Insignisque suae gloria Franciae,
Franciscus *celeber nominis omine*
Dicendus fidibus nouis.
Nam nunc Insubria *victor ab vbere*
Vexilla ante Deus hostica patrios
Suspendit pius, & gallica *laureis*
Ornat regna recentibus.
Hostes attonitos vidit & Abdua
Tranquilloque fluens Mincius *alueo*
Despondere animum, deserere ordines
Perfractos equitum impetu.
Nostrorum: agna lupos, vt noua Martios,
Sic Gallum Verager *fractus &* Antuas
Instantem iuga per frondea montium
Per valles fugit inuias.
Non fulgens roseo murice pileus
Sedunum *eripuit, lingua vel eloquens:*
Nam castris tacito tramite perditus
Exangui egreditur metu.
Tantam liligerae gentis adoream
Aeui nulla dies destruet, inclytos
Narrabunt proceres, magnanimum & ducem
Certatim quoque posteri.
Hunc qui vincat auos laudibus, augeat
Quo bellante suos Francia *limites,*
Et responsa Deum, & sydera consona
Passim significant fide.
Huic felicem Asiam, *&* Niliacon Pharon
Cedes Turca *ferox, regnaque* dorica:
Atque illata Scythes *lilia, & asperi*
Spectabunt iuga Caucasi.

Finem libro sexto imponunt, nonnulla carmina encomiastica, in SALMONIVM MACRINVM, a Petro Galandio, Cornelio Musio, Delpho, poeta batauo, & Bartholomaeo Latomo scripta, quibus typographus eiusmodi adtexuit coronidem: *Excudebat* Rob. Stephanus Parisiis, *Anno M. D. XXXVII.* (1537) *VII. Idus Febr.*

SAL-

SALMONIVS MACRINVS, patrio, & proprio nomine adpellabatur IOANNES SALMONIVS, cui initio nomen addidit MATERNVS, quod tandem, ob caussam, quam ignoramus, in MACRINI nomen mutauit, & abiecto IOANNIS nomine, in Scriptis suis SALMONIVM, semper, se adpellauit, MACRINVM. Caussas istius rei, quas sibi finxerant Antonius du Verdier, Abbas Clericus, & Adrianus Baillet, explosas inuenies in Niceroni *Memoires* Tom. XXXI. p. 164 sqq. & in Bernardi de la Monnoie *Remarques sur les Jugemens des Savans d'*Adrien Baillet T. IIII. P. I. p. 230 sqq. vbi etiam illa ad figmenta putida, & aniles ablegantur fabulas, quae de morte eius, credulis persuadere voluerat Antonius Varillas in *Histoire de* Henry II. L. I. p. 34. & in l'*Histoire d'Heresie* T. V. L. XXI. p. 50 sqq. Conf. P. Baile *Dictionaire histori-que & critique* Tom. III. p. 1845. Natus fuit Iulioduni anno 1490. honestorum sed pauperum parentum filius, & studiis in academia parisiensi perfectis, praeceptore inprimis vsus Iacobo Fabro, stapulensi, Antonii Bohier, Archiepiscopi burgensis, & Renati Sabaudi, Comitis tendensis patrocinio adiutus, in aulam Francisci I. aditum sibi parauit, & inter cubicularios regios receptus fuit. Inter alios, quos in aula regia, adeptus est patronos, eminent praesertim Ioannes R. E. Cardinalis Bellaius, cum eius fratribus, quorum in suis poematibus, adrepta quauis occasione, singularem, qua eum prosequuti erant, gratiam, praedicavit. Mortua vxore, de qua mox nonnulla dicemus, & vitae aulicae pertaesus, aulae regiae valedixit, & in patriam suam se recepit, vbi anno 1557. aetatis anno LXVII. mortuus est. Scaeuola Sammarthanus, in *elogiis* Gallorum L. I. p. 30. eum *secundum* Horatium, *principem in lyricis* merito censeri existimat, praesertim si ea spectentur, quae cecinit in primo facilioris aetatis cursu. Nam caetera, quae aetate prouectior subinde publicauit, e Sammarthani sententia, neque adeo castigata sunt, & in tantam multitudinem excreuere, vt iuuenilium splendori, mole sua non parum

rum

rum officiant. Conf. Iacobi Augusti Thuani *Historia sui temporis* Libr. XVIIII. Tom. I. edit. *francofurtens.* in 8. p. 895 sqq.

CIIX.

SALMONII MACRINI *Iuliodunensis Cubicularii regii* Naeniarum libri tres, de Gelonide Borsala vxore charissima: quae annos XXXX. menses II. dies XV. nata, obiit XIIII. Iunii, Anno Domini M. D. XXXXX.

Ιακώβου Γωπύλου ἰατροῦ εἰς θάνατον.

Τίπτε μάτην ὦ μοῖρα πονεῖς, καὶ πάντα ταράσσεις,
οὐλομένη, θνητῶν ὡς γένος ἐξολέσῃς
Καὶ γὰρ θηλυτόρην ἀδρανῆ σπούδεις ἀφανίζειν
Ἀλλά μεν ἥδε σελὶς εἰς φχνορὸν προφόρει.

Comes Alsinous.

Carmina si moueant Manes, & Numina: carmen
Numinaque & Manes, quo moueantur habent.

Lutetiae apud Vascosanum via Iacobaea ad insigne Fontis. M. D. L. (1550). *Cum privilegio.* in 8. pp. 144.

On apprend dans ce Recueil, ait Niceron in *Memoires* Tom. XXXI. p. 273. *diverses particularités sur* SALMON MACRIN *qu'on ne trouve point ailleurs*, hancque rem nonnullis prolatis speciminibus confirmat. Iunxerat sibi SALMONIVS MACRINVS matrimonio Gelonidem Borsalam, quae familiae nomine adpellabatur Guillonne Boursault, ciuem suam, splendido loco puellam, anno 1528. & cum illa viginti & duos fere annos, in matrimonio vixerat, quod distichon p. 61. testatur:

Pae-

Paene duos vna & viginti viximus annos,
Incidit & nostro, nulla querela toro.

Quod illam in poematibus suis MACRINVS adpellauerit Gelonidem, talem Bernardus de la Monnoie, in *Remarques sur les Jugemens des Savans* d'Adrian Baillet Tom. IIII. P. I. p. 231. esse scribit caussam: *il lui donna ce nom de* Gelonis *de γέλως comme qui dirvit* riante, *par allusion à son nom propre* François, Gillonne. Incredibile est, quanto amore eam fuerit prosequutus, & quot caelebs, maritus, & viduus, in eam scripserit carmina, quae inter reliqua eius poemata, optima esse dicuntur. *Ex lyricis illius*, scribit Iacobus AugustusThuanus *Histor. sui temporis* L.XVIIII. Tom. I. edit. *francofurtens.* in 8. p. 895. *praecipue laudantur, quae caelibis vitae pertaesus, cum de vxore ducenda cogitaret, in* Gelonidis *suae castissimos amores lusit.* Quot ex matrimonio faustissimo procreauerit liberos, ipse refert hisce versibus, qui p. 62. leguntur:

Tempora coniugii nostri sine felle fluebant
Omnia, & hyblaeo *tincta fuere fauo.*
Pignora bis caro peperisti sena MACRINO
Pars habitat tecum, parsque superstes agit.
Sex praecesserunt ad caeli caerula matrem
Gaudia sex mihi dant qualiacunque seni
Quos tamen ingenue vt fatear non cernere, siccis
Colloquio aut possum participare genis.
Matris in illorum facie obuersatur imago,
Grataque tristitiae sunt alimenta meae
Sex praesertim annos tantummodo nata Camilla,
Materndm ore suo condita ad effigiem.
Sic vt respuerit dici Salmonia *semper,*
Borsala *sed dici nomine matris amet.*
Glaucis illa oculis, & fusis murice malis,
Et pulchro auricomi flore capillitii,
Staturae breuiore modo, sermone diserto,
Et gestu, & filo corporis Hercle tua est.
A vultu dici tuus esse, Theophilus, *ipsa*
Et lepida linguae garrulitate potest.

Quam

Quam tamen vbertim condit prudentia praecox,
Ingeniumque sagax, quod genitricis habet.
Patrem Timotheus *patrem* Charilaus *ad vnguem*
Effinguit mensu corporis atque statu.
Susannam Mariam*que, haec nubilis, illa marita est*
Ex aequo esse meas contigit, esse tuas.
Haec obliuisci valeas carissima coniux,
Tam fidue inter nos nec meminisse facis?
Non puto, sis quamuis aeternis addita Diuum
Coetibus, & supera in luce perennis agas &c.

Filium quem hic nominat, Charilaum, Iacobus August. Thuanus l. cit. primitias eius esse ait, nihilo parente; in poetica inferiorem, sed longe linguae graecae cognitione superiorem, qui Catharinae, Henrici, tunc Nauarrae regis, sororis praeceptor, a matre datus, in tumultu parisiensi postea, cum permultis aliis indigna morte periit. Filiam Susannam, Adriani Drusi fuisse coniugem, e variis *Naeniarum* locis colligitur, v. c. ex elegia L. II. p. 34.

Solati tamen hoc mortem tulit ante Gelonis
Coniux mihi carissima,
Ex Druso *quod te grauidamque vterumque ferentem*
Susanna, *vidit coniuge.*
O mihi concedas vbi lenior Ilithyia *hac*
Te liberarit sarcina.
Auspicioque bono foecundam soluerit aluum,
Nascatur vt si foemina,
Et vitalis erit, cum fonte piabitur almo
Perfusa lymphis lustricis,
Dulce auiae nomen ferat ipsa Gelonidos, *& sic*
Memoria duret mortuae
Comparis - - - -
Vt mihi concedat quod postulo Drusus *& ipse*
Susanna, *vir concors tuus*
Curabis, blandis illumque precabere verbis
Se praestet exorabilem &c.

Mortua est SALMONII vxor, anno 1550. aetatis anno XL. Haec collectiuncula *Naeniarum*, in duas distincta

stincta partes est, quarum prior tribus absoluitur libris, & versus mariti; secunda amicorum complectitur carmina, quibus Gelonidem Borsalam aeternae posteritatis memoriae commendarunt. Omnem collectionem dicauit maritus Margarithae *a* Francia, Biturigum *Duci*, Henrici *regis*, *sorori vnicae*, *bonarum artium patronae*. Librum I. *Naeniarum* scripsit ad Io. Moreium, Canonicum parisien. Cardinalis Bellaii Secretarium. Librum II. ad Adrianum Drusum generum suum. Librum III. ad Abellium Pontanum, Canonicum pictauiensem, Gelonidis patruelem. Amici, qui poematibus latinis, graecis, & gallicis Gelonidis funus prosequuti fuere, sunt Ioannes Auratus, Adrianus Drusus, P. Pistorius, trecensis, Ioannes Pererius, subalpinus, Matthaeus Mercantius, Regia Secretis, Daniel Augentius, Vincentius Giglanus, Nicolaus Angelellus, Claudius Mago, Iacobus Gopylus Med. D. Ioannes Morellius, Antonius Dampetrus, Antonius Armandus, massiliensis, Petrus Mirarius, Comes Alsinous, Vallambertus, Ianus Sanellius Paulinus, Franciscus Beraldus, parisiensis, Helias Andreas, Petrus Danesius, Ioachim du Bellay, Angevin, Damoiselle Antoinette Deloynes, quae versus Gallicos composuit.

CVIIII.

AVGVSTINI MASCARDI Siluarum Libri IIII. Ad Alexandrum Principem Estensem S. R. E. Cardinalem. *Antuerpiae ex officina Plantiniana. M. DC. XXII.* (1622.) in 4. pp. 204. exceptis foliis 8. prioribus, & 2. posterioribus.

Semel, iterum, ac saepius diximus, libros omnes, qui officinae plantinianae, suos debent natales, in pretio esse, & raritatis insigniri nota. Non ipse AVGVSTINVS MASCARDVS, haec iuuenilia sua cothurnata, in lucem emisit, sed eorum in se suscepit curam Siluester Grimaldus, genuensis, qui *epistolam* illis praefixit

fixit dedicatoriam, *ad* Alexandrum Farnesium, *Principem* estensem, R E *Cardinalem*, & *praefationem*. Festiui, & lepidi ingenii fuisse hominem, Grimaldum, e scribendi genere oppido liguet, quo in concinnanda *praefatione* vsus est, cuius initium tantum modo, ad ea, quae diximus, confirmanda heic adscribimus: *Felicitatis Alumnis, Philosophiae Citharoedis, suo merito beatis, alieno mendicis, Sal illum & laridum ad aridum panem* Siluester Grimaldus genuensis *ipsam poetarum felicitatem. Vos o facetiarum salinae, sympofiorum sales, Deipnosophistae regum*, Agamemnonum Nestorei *parasiti*, Phoemii, Phoenices, Iopae, *quantum est vbique* mercurialium *leporum ingeniosissimi, nobilissimaeque nostrae memoriae salucte vates. Salucte plurimum, quibus olim benigno* Gratiarum *sidere nascentibus omnis sese laetitiarum & lautitiarum superfudit amoenitas: omnis ad solatia moerorum, ad oblectamenta pacis, ad elegantiae gustum, a corpore perforatus ad animum sensus est. Vos integerrimi iudicii poetae, vos mihi praeter caeteros mortales, in rem meam, imo vestram, imo communem ex infinita reliquorum hominum litteratorum, leguleiorum, philosophorum, rhetorum Sophistarum, historicorum, tabellionum, rabularum academicorum, quamlibet lectissima multitudine seuocavi. Vos quos & eximios habui semper, & porro praecipuos in posterum habebo. Scio vobis cedro digna loquentibus insulsissimos quosdam vestrae familiae parasitastros, ingratis* Gratiis, *& quarta luna male conciliatos*, Bauios, Maeuios, Marsos, Codros, Cherilos, Attalos, Suffenos *amicos esse non posse. Scio, mediocribus esse poetis non Deos, non homines, non concedere columnas.* Sed iam satis nugarum! Praefationem excipit *ode* alcaica Ioannis Andreae Fontanellae, mutinensis, *ad* Siluestrum Grimaldum, *de libris Silvarum* AVGVSTINI MASCARDI, ab ipso editis. Librum *Siluarum* primum *de heroicis rebus* dicauit brevi epistolio, AVGVSTINVS MASCARDVS Iosepho Fontanellae, S. Iacobi Equiti, in quo scribit, quod ad quotidianae propemodum aegritudinis leuamentum,

tum, adolescens paene quadrilustris, ista carmina effuderit. Difficile foret, & haud adeo magnae vtilitatis, omnes heic exscribere titulos carminum: illa tantum modo nominare iuuabit, quae prae ceteris verborum exquisitorum grauitate, legentibus se commendant. Referimus ad illa, carmen epicum *de pace Italiae constituta; Epipomteuticum in reditum* Aloysii, estensis *principis, ab hostibus deuictis; Orationem qua* Catilina *socios coniurationis adloquitur*; & *odas*, *ad* Alexandrum, Cardinalem estensem, Maffeium, Cardinalem Barberinum, & Aloysium, Cardinalem Capponium, Bonon. legatum.

Liber secundus epistolam in fronte gerit *ad* Camillum Molsam, *Comitem*. Legi in illo prae caeteris merentur Didonis *proditae ab* Aenea, *&* *moriturae conquestio*, nonnullis carminibus elegiacis, & *quatuor anni tempestates*, carmine epico cantatae. Inserta sunt isti libro, nonnulla poemata a Paullo Rubeo, Comite, Octauio Menino, Constantio Scala, Melchiore Inchofer, & Fuluio Testio, ad AVGVSTINVM MASCARDVM scripta.

Liber tertius, *de rebus tristibus*, *ad* Maximilianum Montecuculum, *Comitem* scriptus est, de quo praedicat, quod illo prudentius nemo, de humanarum rerum inconstantia philosophetur, nemo frequentius de vitae breuitate conqueratur. Lectores in primis ad se adliciunt in hoc libro *Ecloga in obitum* Margarithae austriacae, Hispaniarum *reginae; Consolatio in obitu* Caesaris, estensis, *Principis infantuli*, *ad* Isabellam, Sabaudam, estensem, *matrem; Chronopoeia siue de fuga temporis elegia*, *ad Socios;* & *vitae aulicae deploratio; elegia ad* Robertum Fontanam, S. Lucae *Praepositum*. Insunt & isti libro duo carmina, a Tarquinio Gallutio, e S. I. & Paullo Rubeo, Comite, ad AVGVSTINVM MASCARDVM.

Liber quartus, cuius carmina *de rebus sacris* agunt, Ioanni Mascardo, *fratri* consecratus est. *Epithalamium sacrum; eucharisticon parthenium*, *ad beatissimam virginem;* & *Metanoea;* & *fragmentum,*

Iephte *filia*, *per prosopoeiam*, *virginitatem suam*; *in siluis deplorat*, prae caeteris, lectores reddunt adtentos, & in eorum animis relinquunt stimulum. Legitur etiam in hoc libro, Maffeii Barberini, R. E. Cardinalis, & Bononiae Legati Ode. In fine libri, occurrit Laurentii Beyerlinck, antuerpiensis, librorum Censoris, *Censura*, & *summa priuilegii*, quod Philippus, Hispaniae Rex, & Belgarum Princeps, officinae plantinianae, quae tanto ornatu, librum prodire iussit, vt nihil fere, in hoc genere, desiderari queat, concessit. Praeter insignia typographica, libro, haec, coronidem imponunt verba: Antuerpiae *ex officina plantiniana* Balthasaris Moreti *M. DC. XXII.* (1622.) Quamuis AVGVSTINI MASCARDI iuuenilia, ita comparata sint, vt singula, sua gaudeant pulchritudine, suoque lepore, ita, vt optionem inter illa instituere, res haud adeo sit facilis: ne tamen praeter consuetudinem, plane discedamus ἀσύμβολοι, speciminis ergo proferimus *Orationem* Catilinae, quae libro I. p. 51. legitur, hanc potissimum ob caussam, quod caeteris est paullo breuior:

Catilina *socios Coniurationis alloquitur.*

Fida cohors, habitura meae consortia palmae,
Cymbia sanguineo sume opulenta mero.
Haec tibi verus amor medio de corde propinat:
Despice fumosis clausa Falerna *cadis.*
Illa etenim vitis populatus vinitor vnas
Exprimit, haec vitae sunt alimenta meae.
Si bibis haec. partem Catilinae *nescius hauris.*
Rumpere quis poterit foedera tanta furor?
Pugnabis? gladios in te Catilina *rotabit,*
Vinces? hostili in funere testis ero.
Noster erit sanguis, fera si cruor imbu & arma,
Nec tua confosso in pectore vita cadet.
Namque tuum nostro spirabit sanguine pectus;
In te solus ego tela cruenta feram.
Mentior; irarum cruor hic incendia iactat:
Sentiet Ausonidum *perfida turba faces,*

I cruor,

I cruor, *& socios* Catilinae *ardoribus exple*;
Atque meo flagrent corda aliena rogo.
Pocula Roma *vide: sitis his accenditur*, *omnes*
O quales Latii *sanguinis ense bibam!*

Vt ex aliorum celebrium poetarum, carminibus, sic etiam ex AVGVSTINI MASCARDI *poematibus*, multa sibi tribuit, plagiumque admisit P. Stephanus Lambertus Villafanus, Burgundo-Sequanus, e Societate Iesu, & in Caesareo madritensi Collegio, Eloquentiae Professor, in *operibus poeticis*, cuius rei luculenta specimina, in medium protulit Daniel Georgius Morhof in *Polyhistore literar.* L. I. Cap. VIIII. §. 20. p. 83.

CX.

Dell arte historica d'AGOSTINO MASCARDI Trattati Cinque coi Sommarii di tutta l'Opera estratti dal Sig. Girolamo Marcucci. E coi Privilegi di S. Santità, e d'altri Principi. *In Roma appresso Giacomo Facciotti MDCXXXVI.* (1636.) *Con Licenza de 'Superiori.* in 4. form. major. pp. 676. si folia 6. priora, & index rerum folior. 16. non numeratur.

Liber asterisco raritatis indicio, notatur in *Catalogo Bibliothecae* menckenianae p. 239. Conf. Nicol. Franc. Hayn *Notizia de 'libri rari nella lingua* italiana p. 246. Dicauit librum MASCARDVS Io. Franciscο Brignele, *& gubernatoribus reipublicae* genuensis. *Epistolae* dedicatoriae hetruscae alia subiungitur, itidem hetrusca, *ad Academiam Humoristarum*, quae eum Principem suum constituerat. Istam vero *artem historicam*, cuius diutina exspectatione, supra modum se torqueri fatetur Gabriel Naudaeus, in *Bibliographia politica* p. 286 edit. quae Degorei Whear *Relectionibus biennalib. Cantabrig.* 1684. in 8. adiicitur, propter ea quod vt ingenio, & natura praestanti, nemi-

Ieohte *filia*, *per prosopoeiam*, *virginitatem suam*, *in siluis deplorat*, prae caeteris, lectores reddunt adtentos, & in eorum animis relinquunt stimulum. Legitur etiam in hoc libro, Maffeii Barberini, R. E. Cardinalis, & Bononiae Legati Ode. In fine libri, occurrit Laurentii Beyerlinck, antuerpiensis, librorum Censoris, *Censura*, & *summa priuilegii*, quod Philippus, Hispaniae Rex, & Belgarum Princeps, officinae plantinianae, quae tanto ornatu, librum prodire iussit, vt nihil fere, in hoc genere, desiderari queat, concessit. Praeter insignia typographica, libro, haec, coronidem imponunt verba: Antuerpiae *ex officina plantiniana* Balthasaris Moreti *M. DC. XXII.* (1622.) Quamuis AVGVSTINI MASCARDI iunenilia, ita comparata sint, vt singula, sua gaudeant pulchritudine, suoque lepore, ita, vt optionem inter illa instituere, res haud adeo sit facilis: ne tamen praeter consuetudinem, plane discedamus ἀσύμβολοι, speciminis ergo proferimus *Orationem* Catilinae, quae libro I. p. 51. legitur, hanc potissimum ob caussam, quod caeteris est paullo breuior:

Catilina *socios Coniurationis alloquitur.*

Fida cohors, habitura meae consortia palmae,
Cymbia sanguineo sume opulenta mero.
Haec tibi verus amor medio de corde propinat:
Despice fumosis clausa Falerna *cadis.*
Illa etenim vitis populatus vinitor vuas
Exprimit, haec vitae sunt alimenta meae.
Si bibis haec, partem Catilinae *nescius hauris.*
Rumpere quis poterit foedera tanta furor?
Pugnabis? gladios in te Catilina *rotabit,*
Vinces? hostili in funere testis ero.
Noster erit sanguis, fera si cruor imbu & arma,
Nec tua confosso in pectore vita cadet.
Namque tuum nostro spirabit sanguine pectus;
In te solus ego tela cruenta feram.
Mentior; irarum cruor hic incendia iactat:
Sentiet Ausonidum *perfida turba faces,*

I cruor,

I cruor, *& focios* Catilinae *ardoribus exple*;
Atque meo flagrent corda aliena rogo.
Pocula Roma *vide: sitis his accenditur*, *omnes*
O quales Latii *sanguinis ense bibam!*

Vt ex aliorum celebrium poetarum, carminibus, sic etiam ex AVGVSTINI MASCARDI *poematibus*, multa sibi tribuit, plagiumque admisit P. Stephanus Lambertus Villafanus, Burgundo-Sequanus, e Societate Iesu, & in Caesareo madritensi Collegio, Eloquentiae Professor, in *operibus poeticis*, cuius rei luculenta specimina, in medium protulit Daniel Georgius Morhof in *Polyhistore literar.* L. I. Cap. VIIII. §. 20. p. 83.

CX.

Dell arte historica d'AGOSTINO MASCARDI Trattati Cinque coi Sommarii di tutta l'Opera estratti dal Sig. Girolamo Marcucci. E coi Privilegi di S. Santità, e d'altri Principi. *In Roma appresso Giacomo Facciotti MDCXXXVI.* (*1636.*) *Con Licenza de 'Superiori.* in 4. form. major. pp. 676. si folia 6. priora, & index rerum folior. 16. non numeratur.

Liber asterisco raritatis indicio, notatur in *Catalogo Bibliothecae* menckenianae p. 239. Conf. Nicol. Franc. Hayn *Notizia de 'libri rari nella lingua* italiana p. 246. Dicauit librum MASCARDVS Io. Francisco Brignele, *& gubernatoribus reipublicae* genuensis. *Epistolae* dedicatoriae hetruscae alia subiungitur, itidem hetrusca, *ad Academiam Humoristarum*, quae eum Principem suum constituerat. Istam vero *artem historicam*, cuius diutina exspectatione, supra modum se torqueri fatetur Gabriel Naudaeus, in *Bibliographia politica* p. 286 edit. quae Degorei Whear *Relectionibus hiemalib. Cantabrig.* 1684. in 8. adiicitur, propter ea quod vt ingenio, & natura praestanti, nemi-

ni concedat auctor, ita multa insuper obtineat variae lectionis, & scientiarum praesidia: queis adiutus, non secus in eiusmodi tractatione, quam in caeteris facere consueuerit

— — — *se quoque possit*
Tollere humo victorque virum volitare per ora

viri critici, quidem elegantem sed nimis prolixam esse existimant. *Ce traité*, inquit Niceron, in *Memoires* Tom. XXVII. p. 405. *est curieux, plein de grands préceptes, de reflections sages, & de beaux exemples; mais il est trop etendu, ce qui en rend la lecture ennuyeuse. Ce fut apparement pour cette raison, que* MASCARDI *fut trompé sur son debit.* Conspirant cum hac Niceroni sententia, quae de illo libro adnotauit Nic. Franc. Haym, in *Notizia de'libri, nella lingua* Italiana l. cit. *questo trattato e assai buono, ma lo tacciano di essere alquanto nojoso e longo. Benchè il* MASCARDI *fosse stimalo una delle migliori penne del suo tempo in* Italia, *avendo egli fatto stampare quest' opera a suo costo vi avrebbe perduta vna gran somma di danaro, se il Cardinal* Mazarini *non e avesse fatto vendere in* Parigi *un buon numero di exemplari.* Rem narrauit Gabriel Naudaeus in *Mascurat* p. 70. vbi haec talia legimus: *Le Sieur* MASCARDI, *qui passoit de son temps pour la meilleure plume d'*Italie, *s'advisa de faire imprimer en l'année 1636. un livre de sa façon intitulé* dell'arte historica, trattati cinque, *en cette forme, que nous appellons* quarto, *& si gros qu'il contenoit prés de cent feuilles, & parce que* la Tavola di Cebete; le Pompe del Campidoglio; la Congiura dei Feischi; le prose i discorsi academici; Siluarum, siue variorum carminum libri IIII. *& un mot toutes ses Oeuvres, s'etoient parfaitement bien vendiës il en fit tirer plus d'exemplaires de celleci, qu'il n'avoit fait de toutes les precedentes; ce qui toutes- fois lui reuissit si mal, à cause du peu de personnes, qui se plaisoient à des semblables matieres, que la plus grande part de tous ces exemplaires lui demeura. De quoi comme il se plaignoit un jour à Monseigneur* Mazarini (*qui fut depuis Cardinal*)

nal) *il lui offrit d'en envoyer des balles à* Paris, *où il avoit un homme pour ses affaires, qui auroit soin de les vendre, & qui lui feroit tenir l'argent qu'il en auroit touché, ce que le dit Sieur* MASCARDI *ayant accepté très-volontiers, il fut par ce moyen soulagé d'une grande perte, qui lui étoit inévitable.* Conf. P. Baile *Dictionaire historique & critique* Tom. III. p. 2953. not: C Niceron *Memoires* l. cit. Errori typographico adscribendum est, quod de editione 1626., in *Bibliotheca* Struuio-buderiana *historica* p. 14. legitur. Et ad eamdem classem librorum, qui nullibi exstant, ablegamus editionem, quae ibidem, *Venetiis* 1655. in 4. euulgata dicitur. Excusa fuit anno 1655. in *Venecia per il Baba*, in 12. & partem constituit *Operum* MASCARDI hetruscorum tertiam. Pars prima, quae complectitur *Prose di* AGOSTINO MASCARDI; *divise in due parte con molti aggiunte*, & pars secunda, in qua leguntur *Discorsi del medesimo* MASCARDI *sulla Tavola di* Cebete Tebano, iam anno 1653. in 12. edita fuerat, vid. Nicol. Franc. Haym *notizia de' libri rari, nella lingua* italiana p. 185. Supplementum in artem historicam scripsit Paullus Pirani titulo: *Dodeci capi di* Paolo Pirani *appartementi all' arte istorica di* AGOSTINO MASCARDI, *con nuove dichiarazioni. In Venezia per Gio. Jacopo Erz* 1646. in 4. Cum AVGVSTINVS MASCARDI, in *arte historica*, se, optare scriberet, nullam vnquam historiam scriptam esse, absonum hoc esse votam, ostendit Nicolaus Hieronym. Gundling in *neuen Vnterredungen*, mense Februario, anno 1702. quae leguntur in eius *satyrischen Schriften* Ien. 1738. in 8. p. 341. sqq.

Vita AVGVSTINI MASCARDI, sarzanensis, anno 1591. in lucem editi, &, cum voluptatibus, & literarum studiis intemperanter deditus, mortem sibi adceleraret, anno 1640. aetatis anno XLVIIII. mortui, exposita fuit a Tiberio Ceuoli, in *oratione funebri*, quam eius in laudem pronunciauit in academia Humoristarum *Romae* 1641. Celebrauit eum etiam *oratione* Lucas Antonius Cassinas, eiusdem Academiae so-

cius. Conf. Leonis Allatii *Apes* vrbanae, p. 67 sqq. Ioannis Imperialis *Museum historicum* p. 212. Iani Nicii Erythraei *Pinacotheca* l. p. 112 sqq. Girolamo Ghilini *Teatro d'huomini letterati* P. I. p. 2. Lorenzo Crasso *Elogii d'huomini letterati* Tom. I. p. 252. *Li Scrittori* Liguri *descritte dall Abbate* Michele Giustiniani *Rom.* 1667. in 4. p. 24 sqq. Augustini Oldoini *Athenaeum* ligusticum p. 70 sqq. P. Baile *Dictionaire historique & critique* l. cit. Niceron *Memoires* l. cit. Eius imago, aere expressa inuenitur etiam in libro, cui titulus: *le glorie degli Incogniti, oveto gli huomini illustri dell' academia de'* Signori Incogniti; di Venezia, In Venezia 1647. in 4.

CXI.

Rhenus. Et Eius Descriptio Elegans, A Primis Fontibus Vsque Ad Oceanum Germanicum: vbi Vrbes, Castra & Pagi adiacentes, Item Flumina & Riuuli in hunc influentes, & si quid Praeterea memorabile occurrat plenissime carmine Elegiaco depingitur. *Auctore* D. BERNARDO MOLLERO, *Monasteriensi. Coloniae apud Ioannem Birckmannum Anno 1570. Cum gratia & priuilegio Caes. Maiest.* in 8. pp. 320, exceptis 8. foliis prioribus.

Tantae liber raritatis est, vt Ioannes Herbinius, cum *Dissertatione* VII. *de admirandis mundi cataractis, Amstelodami* 1678. in 4. Cap. XIII. p. 225. referret ex illo libro, fabulosam Hattonis, Episcopi Moguntini vitae exitum, scriberet: *sequitur iam ligata oratione, historia, de tragico* Hattonis *Episcopi* moguntinensis *fato: quam* BERNHARDVS MOLLERVS, monasteriensis, *in sua* Rheni descriptione Coloniae Agrippinae *Anno salutis M. D. LXX. carmine cetera egregio tradidit. Quia enim libellus iste, praeterquam in Bibliotheca serenissimi* Holsatiae *Ducis vix vspiam alibi reperietur, appono libens versus istos in gratiam lectoris* &c.

&c. Et forte nunquam nobis tam felicibus esse licuisset, librum oculis vsurpare, nisi R. P. C. MAIORI, ecclesiae S. Romualdi cathedralis mechliniensis Canonico placuisset, illo supellectilem nostram librariam locupletare, & auctiorem reddere. Multos instructissimarum bibliothecarum euoluimus, irrita opera, catalogos, & in duobus tantum modo, librum adnotatum inuenimus, nimirum in Thom. Hyde *Catalogo Bibliothecae* bodleianae Tom. I. p. 463. vbi liber editus dicitur anno 1596. in 8. & in *Catalogo Bibliothecae* colbertinae Tom. III. p. 1130. Citatur praeter ea a Iosia Simlero in *Bibliotheca* p. 99. ab Antonio Posseuino in *Bibliotheca selecta* P. II. L. XVI. C. XX. p. 376. edit. *Colon. Agrippin.* 1607. in fol. & a Nicolao Bassaeo, in *Collectione, omnium in vnum Corpus librorum, qui ab anno 1564. ad annum vsque 1592. in nundinis* francofurtensibus *venales extiterunt*, P. I. p. 567. Nuncupauit BERNARDVS MOLLERVS librum, Ioanni *Comiti* ab Hoya *dei ac apostolicae sedis gratia Episcopo & Principi* Monasterii, Osnabrugae *&* Paderbornae *dioecesium Administratori optimo.* Scripta est *epistola* dedicatoria Monasterii, *anno a partu virgineo 1570. 6. Kal. Octobris*, in qua hanc Rheni *descriptionem, ingenioli adhuc infantis primitias* adpellat. Libro praemisit *prooemium* elegiacum, in quo consilium suum exponit, & sibi adparuisse fingit, quas inuocauerat, e Musis, Calliopen & Crato, quae rationem ei praescribunt, quam in opere exsequendo sequi potissimum debeat. Crato illi sphaeram, & in illa, regiones Rheno adiacentes monstrat omnes, Calliope vero sceptrum, quo ornata incedit, regale vibrat, & hisce eum compellat versibus:

Noscere cuncta datur, nequeunt tamen omnia dici
Omnia spectanti noscere Spera dedit.
Ipsa ferar rectrix quoniam suprema poësis:
Nil solitae praeter iura poësis age.
Omnia si cures ad rem conferre, quod obstet
Inuenies, vocum si Labyrinthus obest.

 Bar-

Barbara iungentur Romanae *nomina voci:*
In latios *nequeunt cuncta venire sonos*
Teutonicas *noli nimium mutare* latinis
(*Vocula naturae constet in arte*) *phraseis.*
Quae Latias *igitur valeant resonare loquelas*,
Haec operi poterint verba praeesse tuo.
Dysticha namque pedeis in sex & quinque secantur
Non licet bis gyro claudere cuncta breui.
Plus capit extenso spatiosior aequore campus,
Area quam tenui limitis arcta situ.
Non Elegia capit nimium veneranda capillis.
Cuncta licet memores, non Elegia feret. &c.

Quamuis omnis liber versibus elegiacis conscriptus sit, auctor tamen, vt omnia, quae in carmine subobscura videri poterant, lectorum captui adcommodatiora adpareant. operae pretium fore duxit, si ea quasi per Anacephalaeosin reuocaret, singulorumque librorum argumenta, soluta oratione praefigeret.

Libro I. describitur Rhenus, *a primis fontibus, ad* Rheni *vsque &* Arolae *Confluentem.*

Libro II. *a Confluentia* Arolae *&* Rheni Caboltz, *siue Confluentia superiori*, *ad Confluentem* Rheni *&* Neccharis, *vbi oppidum* Manhemia *existit.*

Libro III. *a Confluente* Rheni *&* Neccharis, *vbi &* Manhemia *est oppidum*, *vsque ad Confluentiam inferiorem*, *vbi* Mosella *in* Rhenum *sese exonerat.*

Liber Rheni IIII. *a Confluentia inferiori*, *vbi* Mosella *fluuius* Rheno *miscetur*, *vsque* Coloniam Agrippinam *&* Tuitium protensus est.

Libro V. descriptio Rheni *a* Tuitio, *quod e regione vrbis est* Agrippinae, *vsque* Vesalium *inferiorem*, *vbi* Rheni *&* Lippiae *fluminum est confluens*, deducitur.

Libro denique VI & vltimo, Rheni exhibetur descriptio, *a Confluente* Rheni *&* Lippiae, *vsque ad Oceanum* germanicum. *in quem* Valis, Leca, *&* Isola, *tria* Rheni *se cornua exonerant.*

Non-

Nonſolum Regiones, quas perfluit Rhenus, & vrbes, oppida, caſtra, quae adluit, deſcribuntur, ſed plerumque etiam, res, carmine expoſuit vates, quae loca iſta, memorabilia reddiderunt, nonnullaque inmiſcet, quae ad rem minus pertinere videntur. Sic v. c. cum Libro I. p. 17. narrat Rhenum, inter duos montes, in Heluetia defluere, quorum alter Scala, alter altus mons adpellatur, omnem gentis ſcaligerae hiſtoriam, & inſigniorum gentilitiorum, quibus vtuntur, deſcriptionem adtulit, e quibus ea repetere licebit, quae de Paullo Scalichio, qui omnem perniciofis conſiliis, Pruſſiam conturbauerat, retulit:

Scaligeri *gaudent* Hunis *praebere Dynaſtam*,
Hungarica regi nobilitate pares.
Marchionum confert titulos Verona Catulli
Patria: cenſetur reddere Liça *Duceis.*
Scaliger *exiſtit proprii Comilito regis.*
Quod ſoleat crebro Regis obire vicem.
Veligeros Scalae *tribuit* Zeradina *Baronas*,
Tempore qui Martis *carbaſa ferre ſolent.*
Sarmata Creutzburgi *Dominos dat* Pruſſia Scalae
Sarmata Ryphaei *frigore denſa poli.*
Ceruleis ambit quicquid Friſcinga *ſluentis:*
Arcis & Etlauiae *moenia quicquid habent*
Et quod Torauium, Zintena *quod obtinet omnis,*
Illud Scaligeris Pruſſia *ſponte dedit.*
Pruſſia *virtutem* Paulo *ſub principe diſcat:*
Ingenium Pauli *concelebrare iuuat.*
Scaligeros *auget vaſto ſucceſſor bonore*
Paulos, *& illuſtri promouet arte genios.*
Ingenio Muſas ſuperat, virtute Mineruam,
Iſtmiacum *forti* Bellerophonta *manu.*
Corpore Maſtinos *imitatur: pectore vincit.*
Scaligeros *animo praeſtat ouante* Caneis.
Praeſtat idem Caeſar *nomen ſortitus* Iuli;
Quem placida Gallus *laude* Garumna *colit.*
Quantum docte tibi debet Mirandula Pice
Tantum Paulo *tibi patria debet humus.*

Myſia

Mysia *signati* Bosnensem *nomine Solis*
Te vocat: Aethereum Mysia *munus amat.*
Itala *prodigium Naturae nuncupat ora*
Exeris humano celsius orbe caput.
Quandoquidem magnis raro Fortuna pepercit,
Parcere Scaligeris *nescia semper obest.*
Orphanus exilio traducere cogeris aeuum:
Cogeris immiti tristia clade pati.
Semper in ignotis heu quantum viuere terris!
Heu patriis quantum semper abesse plagis?
Non tibi securae procedunt tempora lucis:
Non tibi securae tempora noctis eunt.
Fida tibi nusquam regio: vallaris vbique
Hoste: minatur humus fata, minantur aquae.
Nemo tibi largitur opem: proscriptus abisti;
Dum sibi quisque timet, ferre quis audet opem?
Barbaricos inter, spem non explode, furoreis:
Ancora moestorum saepius illa venit.
Saepius abstruso deuinctum carcere laxat:
Mortis, in aegroto mitigat ipsa metum.
Marcida lethales exugant viscera carae,
Inferet haec curis gaudia: clade locum.
Fac baculum fidei teneas; teneatur amorum
Fac stola: non aberit credito, Scala *spei.*
Perfer & obdura: multi grauiora tulerunt:
Quin etiam reges asperiora ferunt . . . .
Quot domitrix poenae socios fortuna ministrat?
Quae tibi poena nocet, pluribus illa nocet.
Perfer & obdura: tandem cadit ira leonis:
Ingenii tandem Caesaris ira cadet.
Quo reducis laudem Scalae *Fortuna reportet*
Id Deus, id Caesar faxit: id opto tibi &c.

Qui mutuum scalichiorum historiam, in compendio quasi, & vno obtutu sibi cognitam reddere voluerit, euoluat Anonymi *Leben und Thaten Herrn* Albrecht *des aeltern, Marggrafen zu* Brandenburg, *und ersten Herzogs in* Preussen. *Koenigsberg und Leipzig* 1750. in 8. Sect. V. p. 413 sqq. vbi & plures scriptores nominantur, qui in exponenda illa historia, operam po-

sue-

fuerunt laudabilem. Conf. *Analecta* nostra *literaria* p. 814 sqq.

De BERNARDO MOLLERO, apud omnes fere historiae literariae scriptores, altum est silentium, & in ipso *eruditorum lexico*, nihil de eo relatum legitur. Eum seculo XVI. exeunte vixisse, extra omnem dubitationem positum est. Quod vredensis fuerit Canonicus titulus nos docet libri, qui tali ratione conceptus est: *Vernalia* Polycratis famii *& septem Sapientum* Graeciae, *actio comica, heroica, sententiosa, peripatetica.* BERNARDI MOLLERI, monasteriensis Westphali, vredensis *Canonici*, *Monasterii Westphalorum* 1598. in 4. In Thomae Hyde *Catalogo Bibliothecae* bodleianae l. cit. ab eo composita memoratur Poemandri *Episcopi*, *& satanicae* Veneris *pugna*, *Tragoedia*, *Monaster. Westphal.* 1597. in 4. In dedicatione libri, quem descripsimus, promisit *Ecclesiados libros XXX. siue descriptionem arboris scientiae boni & mali*, *vineae* Iudaeorum, *& nauis ecclesiae*, *quae omnia a condito mundo*, *ad finem vsque saeculi pertingunt.* Au promissis steterit, dicere non possumus.

CXII.

Homeri vita ex PLVTARCHO in latinum tralata per IO. RHELLICANVM, *Tigurinum*: vna cum eiusdem annotationibus marginalibus, ac epistola nuncupatoria: in qua libri argumentum continetur, & quibusdam ποιηζομαστίγων cauillis respondetur. Item Eiusd. IOAN. RHELLICANI Stockhornias.

Ad Lectorem.

Hoc PLVTARCHI opusculo non solum schematum troporumque copia ac diuersitas, sed & disciplinarum omnium semina, omniumque fere fabularum mythologiae philosophiae denique totius

totius fontes apud Homerum extare docentur, id quod se haud frustra in ipsa adeo libelli fronte admonitum, candidus Lector agnoscet: ac optimi cuiusque opera & vigiliis iuuari sua studia grato animo accipiet.

Basileae MDXXXVII. (1537) in 8. p. 139. exceptis foliis 8. prioribus.

Sub iudice adhuc lis est, quonam auctore Homeri vita, quam IOANNES MVLLERVS a patria Rhelliken, tigurinae ditionis pago, RHELLICANVS dictus, latina ciuitate donauit, graece conscripserit. Nonnulli Homeri editores v. c. Demetrius Chalcondylas, & Henricus Stephanus, vna cum Guilielmo Xylandro PLVTARCHI *Operum* editores, a PLVTARCHO illam concinnatam esse, ideo potissimum sibi persuadent, quod Aulus Gellius L. II. *Noctium* atticar. Cap. 8. & 9. & L. IIII. Cap. II. PLVTARCHVM Homeri *vitam* literis consignasse, disertis verbis prodidit; sed Ioannes Rualdus in PLVTARCHI *vita*, quae editioni *Operum* PLVTARCHI graeco-latinae *Parisiis* 1620. *typis regiis* euulgatae accessit Cap. XX. & Ioannes Ionsius de *Scriptor. histor. Philos.* L. III. C. VI. p. 27 sqq. edit. *ienens.* 1716. in 4. librum istum PLVTARCHO chaeroneo, minime adscribendum, sed ψευδεπίγραφον habendum censent, propter ea quod loca, quae e PLVTARCHO produxit Gellius ll. citt. in illo libro, qui sub eius nomine, hodie circumfertur, non inueniuntur. Stili praeter ea diuersitas, quae in hoc libro se offert, in eam adduxit illos sententiam, vt e duabus Homeri *vitis*, diuersorum auctorum, librum conflatum esse existimarent, cuius particula, quae de Homeri genere, & patria agit, & poeseos eius explicandae initium facit, PLVTARCHVM auctorem habere posset. Eiusdem sententiae fuisse videtur Guarinus veronensis, Henricus Stephanus, & Thomas Gale, quorum prior istam particulam tantummodo sub PLVTARCHI nomine, e graeco, vt IOANNES RHELLICANVS, in *epistola* dedicatoria, testis

stis est, conuertit. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXVIIII. p. 126. Alter illam graece, cum Homeri *&* Hesiodi *certamine*, Matronis & aliorum *parodiis*, ex Homeri versibus consutis, & homericorum *Herorum epitaphiis* euulgauit *Lutet.* 1573. in 8. posterior autem librum, omissa ista particula, inseruit *Opusculis mythologicis, physicis & Ethicis Amstelod.* 1688. in 8. p. 281-404. & multis argumentis, in praefatione demonstrare sustinuit, Dionysium halicarnasseum seniorem, posterioris partis verum esse auctorem. Alios viros doctos, qui librum vel Fauorino, vel Apollonio alexandrino, vel Eustathio tribuerunt, nominat Ioan. Albert. Fabricius in *Bibliotheca graeca* L. II. Cap. I. p. 254. IO. RHELLICANI versionem latinam, Iosias Simlerus in *Bibliotheca* p. 409. *a Roberto Winter* 1537. *Basileae* excusam esse scribit, id quod etiam Winteri Pallas galeata, cum epigraphe: *Tu nihil inuita dices faciesue Minerua*, in vltima libri pagina, testari videtur; sed omnia alia docet typographorum subscriptio quae p. 159. talis est: Basileae, *per* Balthasarem Lasium *&* Thomam Platterum *Mense Martio, Anno M. D. XXXVII.* (1537.) In *epistola* dedicatoria, *ad* Hieronymum Fricerum, Bernatem, Tubingae *iurisprudentiae operam nauantem*, exarata Bernae *in* Nuichthonibus *6. Calendas Maii. Anno ab orbe redempto 36. supra millesimum quingentesimum*, excusationem primo adfert, quod non promissis steterit, &, vt receperat, Rosseti Christum, notis theologicis illustratum, ad eum miserit, sed eius in locum substituerit *vitam* Homeri. *Vitae* deinde argumentum pluribus verbis exponit, & tandem in eos inuehitur, qui poetas veteres, e scholis eliminandos censent, ob obscoena, quae carminibus illi inmiscuerint, ex eademque ratione, si illa valeat, iuuenes, a sacrarum literarum lectione arcendos esse scribit, cum foedo Chami facto, Sodomitarum, & gabaonitica illa libidine nefanda, nihil impudentius, turpius, terrius, obscoenius, atque scelestius excogitari queat, & *canticum* praeter ea Salomonis *canticorum*, lenociniis, & amatoriis illecebris

ita



ita scateat, vt nihil retulerit, siue impurus homo, & amatoriarum rerum cupidus illa legat, vel Ouidium *de arte amandi*. Cum autem flagitiosorum hominum exempla illa, non ideo in sacris literis mandata sint, vt ea lectores imitentur, sed vt Chami, Sodomitarum, & Gabaonitarum, quam ob designata flagitia dederunt, a prauis facinoribus deterreantur, & *canticum canticorum*, non in eum vsum a Salomone conscriptum sit, vt secundum literam, & pingui, vt dicitur, Minerua, id exponatur; sed vt ἀλληγορικῶς καὶ κατ᾽ ἀναγωγὴν ad Christum sponsum, & ecclesiam, sponsam eius referatur, sic etiam cum poetarum carminibus comparatum esse ait, praesertim si a pio Professore iuuenibus explicentur, qui admoneat adolescentes, inter praelegendum, quid turpe, quid honestum, quid impium, quid pium, quid gentile, quid christianum sit, vt illud fugiant, hoc sectentur, &c. Versus Homeri graecos, qui in vita exstiterunt, latinis expressit versibus, multasque margini adnotationes adscripsit.

In carmine versibus hexametris 130. composito, cui titulum *Stackhornias* indidit, describit iter, quod cum Petro Cunzeno, ecclesiasta bernensi, Teloro, & Christiano Dannmater, in montem, qui a Heluetiis Stockhornius adpellari solet, susceptum fuit.

Inscripsit carmen illud, nomine Petri, quem iam nominauimus Cunzeni. *Epistolam* scripsit, *ex aedibus a magistratu* bernensi *sibi locatis d. XII. Augusti a. 1536.* Qualis poeta fuerit IOAN. RHELLICANVS, ex hac particula, lectores intelligere poterunt:

— per scopulos, & saxa minantia tandem
In iuga Stockhorni *peruenimus: vnde sub ortum*
Stagna, lacus, torrenteis, Simmae Arulae*que fluenta,*
Oppida spectamus: campos, viridantia prata,
Occiduas sed equos vbi Phoebus *mergit in vndas,*
Innumeros monteis speculamur, vt aequora lata
Pauimus vtque oculos, stomacho latrante paramus
In medio scopuli mensam: depromimus armum

Stre-

Strepſicerotis, *dum* Cererem, *dulcem quoque* Bacchum

Caſeolos veteres: qui condimenta fuere
Heluetiis *atauis noſtris, exotica quando*
Nullus aueret aromata, belläque nullus amaret.
Dum prandemus ita accelerat uuuulga iuuentus
Lactea dona ferens mulctris, tenuesque placentas
Menſa ſecunda fuit nobis haec grata perinde
Attica *ceu quondam bellaria grata guloſis.*
Nanque alius lac potabat, βούτυρον edebat
Aſt alius: iuuat hunc ſed preſſi copia lactis.
Poſtquam exempta fames, ſitis atque repreſſa fuiſſet
Surgitur: atque animi cauſſa deuoluere rupem
Auulſam ſcopulo placet, ac audire ſonantem,
Non ſecus ac tonitru, ſcopulis dum immurmurat altis.
Haec ſatis atque ſuper quum nobis acta fuiſſent:
Omnibus eſt animus deſcendere premnocerote,
Ecce in deſcenſu quiddam mirabile viſu,
Alpeſtris gallina ſtatim praeteruolat omneis:
Accola ſaxoſam (Steinhun) *quam gens idcirco vocavit,*
Quod ſaxo gaudet, nec non veſcatur arenis,
Magna tecta niue haec bombardam dum iaculantes
Intendunt ſemel, ac iterum fruſtra; tamen iſtic
Haeſitat immotim, donec confixa lapillo
Bombardae, ſcopulo cecidit tum proniter alto.
Lapſa iacens roſtro ſpectabilis illa repando
Ac variis plumis nobis diſtincta videtur &c.

Deſcribuntur in eodem carmine, herbae, quae in iſtis Montibus gignuntur, v. c. *Gentiana*, *manus Chriſti*, quam Heluetii *Brendli* vocare ſolent. Laudat praeter liberalitatem, & hoſpitalitatem, qua, cum itineris ſociis, ab Erlinbachiis, & in primis a Venner Lehenherr, & Venner Wolf exceptus fuit.

Vid. de IOANNE RHELLICANO, & ſcriptis eius, quae omnia, raro, in adſpectum, noſtra aetate veniunt Ioſ. Simleri *Bibliotheca* l c. Primus fuit, niſi forte haec gloria Henrico debeatur Glareano, qui

 Iu-

Iulii Caesaris libros, notis inlustrauit; vid. Gothofredi Iungermanni *praefatio*, quam Iul. Caesaris *Commentariis* P. II. quae *notas variorum*, & ipsius RHELLICANI complectitur *Francof.* 1606. in 4. praemisit. Qua ratione Aldus, Paulli filius, Manuccius, istas RHELLICANI *adnotationes*, sibi tribuerit, patet ex Ioannis Brantii, Antuerpiensis, *notis politicis in* Iul. Caesaris *Commentarios de bello* gallico, & quidem e *praefatione*, quae legitur in collectione iungermanniana p. 427. vbi ait: Aldi Manutii *nepos*, *sua in* Caesarem, *ad verbum*, *magnam partem*, *a* IOANNE RHELLICANO, *homine* Germano, *olam est mutuatus*. *Si agnosceret mutuum foret*; *si tacet furtum*. Conf. Iacob. Thomasius *de plagio literario* §. DV. p. 227.

CXIII.

CYNTHII IOANNIS BAPTISTAE GYRALDI *Ferrariensis* Poemata, quorum Catalogum sequenti pagina reperies.

Lilius Greg. Gyraldus
CYNTHIO GYRALDO

Edita cum nondum fuerint tua carmina CYNTHI
Cur tamen e populo quilibet illa canit?
Omen habe, nam fama solet praedicere verum.
Hoc signum longae posteritatis erit.

Basileae in 8. pp. 239. si folia 8. priora excepta fuerint.

Librum a Roberto Winter excusum esse, non solum illius Mineria, sed & verba, in fine conspicua docent: Basileae *in officina* Roberti Winter *Anno a natali Christi M. D. XXXX.* (1540) *Mense Martio.* CYNTHIVS

THIVS IOANNES BAPTISTA GYRALDVS, philosophiae medicinaeque artibus, a Ioanne Manardo, medico ferrariensi, & regis Vladislai Archiatro initiatus fuerat, quas cum elegantioribus studiis, arctissimo coniunxerat nexu. Hanc potissimum ob caussam, non solum anno 1525. medicinam illi profiteri, in gymnasio ferrariensi licuit, sed mortuo etiam Coelio Calcagnino, anno 1540. in eius locum suffectus, & Professor oratoriae & poeseos constitutus, & paullo post, ducis ferrariensis Secretarius factus est. Cum autem lingua, calamoque esset immodicus, muneribus depulsus, aulamque ferrariensem, anno 1560. relinquere coactus fuit. Narrat haec Niceron in *Memoires* Tom. XXVIIII. p. 70 sqq. Illum vero iam antea, & circa annum 1536. in exilio vixisse, patet ex *epistolae* dedicatoriae, *ad* Coelium Calcagninum initio, quod tale est: *Cum saeuis fortunae fluctibus, & aduersariorum meorum inuidia, plus quam credi possit, inique versarer, ego (licet nunquam animum desponderim) in otium & solitudinem me recepi, ratus mihi longe conducibilivs esse, vrbe relicta, vitam ruri degere, & a reb. pub. publicisque officiis eo vsque desistere, quo sedaretur conflata in me aduersariorum inuidia, odiumque mitesceret, & tandem ponentibus ventis, tranquillo mari perueherer* &c. Scripsit hanc *epistolam* ex Cynthiano *suo ad IIII. Cal. Nouembr.* 1536. In hoc autem secessu cynthiano, cum grauioribus studiis vacaret, vt ipse refert, ad artem poeticam animum adpulit, cuius, adolescens adhuc, miro desiderio flagrauerat, licet in ea versandi, nec facultas, nec otium ei fuerit, & *poemata*, quae describere animus est, composuit. Illa iam anno 1536. *Basileae* in 8. esse edita, refert Thom. Hyde in *Catalog, Biblioth.* bodleian. Tom. I. p. 315. sed eiusmodi exstare editionem, vix credibile est, cum editio *ferrariensis* oppido rara, ad quam *basileensis*, qua vtimur, sine dubio exscripta fuit, lucem viderit *Ferrariae* 1537. in 4. *Basileensem* etiam editionem, in librorum rariorum censum venire, ex eo colligimus,



mus, quod Nicerono plane fuerit incognita. In secunda tituli pagina, hoc legitur carmen:

In Detrectatorem

Vt suaue est puppim spectare in littore ventis
Comissam, & septam vorticibus rapidis.
Sic aliena quidem suaue est reprehendere, Mome
Nec quicquam populi credere iudicio.
Tu quoque si edideris, disces compescere linguam,
Et tandem alterius carpere dicta sines.
Edere cum trepides, virosos comprime morsus
Et taceas, tua si liuide Musa tacet.

Praeter *epistolam ad* Coelium Calcagninum, in hoc volumine occurrunt.

I. Coelii Calcagnini *ad* CYNTHIVM IO. BAPTIST. GYRALDVM *epistola*, in qua *poemata* eius, multis ornat elogiis.

II. CYNTII I. B. GYRALDI, *ad* Herculem estensem *epistola*, scripta 1536. qua se, & *carmina* sua, ei commendat, quae parum decoris & gratiae habere scribit, cum ab homine, dialecticam publice profitente, dum is praelegendi munere vacaret, composita sint.

III. Alphonsi estensis, *epitaphium.*

IIII. CYNTHII I. B. GYRALDI *Carmen ad* Herculem estensem II. *de* Alphonsi *patris obitu.*

V. EIVSDEM *epicedion*, *in obitum* Alphonsi estensis.

VI. Hercules estensis, *dux salutatus.* Describit solemnem illius, in vrbem ingressum, & personas principes, atque nobiles, qui in eius comitatu fuerunt. Praecedit isti carmini a) Lilii Gregor. Gyraldi, *ad* CYNTHIVM IO. BAPTIST. GYRALDVM *epigramma*, b) CYNTHII IO. BAPT. GYRALDI *ad* Herculem estensem, & d) EIVSDEM *ad* Galeatium estensem Tassonum *Comitem*, *epigramma.* In fine carminis admodum prolixi, quinque Coelii Calcagnini, Lilii Gregor. Gyraldi, & Flauii Antonii Gyraldi *epigram-*

grammata, partim in CYNTHII laudem, partim in eius *obtrectatores* composita, occurrunt. Posterius Lilii Gregor. Gyraldi tale est:

I liuor procul, i procul monemus
Praedico laqueum tibi paratum:
Non vnum genium habet hic libellus,
Victurus pylios *beatus annos:*
Cantor CYNTHIVS, Hercules*que carmen,*
Et Phoebi *est lyra temperata neruis,*
Praedixi, laqueus tibi paratus.

VII. *Syluarum liber vnus*, cum Coelii Calcagnini *hymno*, *ad imaginem diui* Hieronymi, *in nucis callice expressam.* Praemittitur libro CYNTHII *praefatio ad lectorem*, in qua, carmen, quod inscripsit Hercules estensis *Dux salutatus*, a nonnullis maleuolorum criminationibus vindicat, & ei *epigramma*, *ad* Herculem estensem II. adnectit.

IIX. *In nuptias* Ioannis Sinapii, Germani, *&* Franciscae Bucyronae, Gallae, *epithalamion.*

VIIII. *Aeglogae V.* quibus nonnulla *epigrammata* ad eos, in quorum laudem scriptae sunt eclogae, & *epistola*, *ad* Antonium Musam Brasauolum, immista est prosaica.

X. *Elegiarum liber vnus.*

XI. *Epigrammaton libri duo.*

XII. *Carminis de vsu partium, siue de partibus corporis humani, fragmenta* quaedam.

In omnibus hisce *carminibus*, GYRALDVS se non vltimae caueae, esse poetam luculentis prodidit indiciis. Illi autem, quibus Virgilius paullo familiarior est, multis in locis, CYNTHIVM eius pressisse vestigia invenient. Nonnullis etiam in carminibus, praesertim in *epithalamiis*, nimium poeta indulgere genio, musisque castioribus, improbus illudere, nobis visus est. Ex *Syluarum libro*, nobis placuit *Epicedion*, quod in Artusium Herculis estensis, *venatorium canem* scripsit, quod in lectorum gratiam heic adscribimus:

Ille ingens nemorum fulmen, Stragesque ferarum
Occidit Artusus; *vulnere caesus apri.*
Namque is degeneres dum spernit sternere damas
Vimque suam gestit prodere Marte *fero,*
Vt primum vidit frendentem dentibus aprum
Indo *aequum barro, dentibus, ore trucem,*
Extulit ipse caput, laetusque ad proelia tendit
Quae formidabat caetera turba canum
Atque prior vastum velox se immittit in hostem
Circuit huncque sagax hunc petit ore leui
Hinc aper excitus sese collegit in arma,
Et frendet nullo vulnere fossus adhuc.
At simul Artusus *transfixit tergora morsu,*
Exiliitque cruor, pressit & ossa dolor,
Falcatos acuit dentes, & fertur in hostem
Acrior, & flammas naribus ore vomit.
Fulmineumque rotat rictum: sed fida Molosso
Abdit vim virtus, nec timet ora suis.
Quoque hostem cernit maiora in bella ruentem,
Hoc magis ipse instat, hoc magis vrget aprum
Nec mora, iam lacuum saliens se immittit in armum
Dentibus aduersum ne premat ira suis.
Acer & ipse feram, nunc huc, nunc voluit & illuc,
Hinc mordet tergus, mordet & inde latus.
Saeuus aper resides violentior excitat iras,
Saeuaque lethali proelia dente parat.
Dumque ferox saeuit, dum corpora versat in orbem
Excutere & tergo quaeritat vsque canem.
Heu, heu fulmineo rupit praecordia dente
Artuso, *atque solo viscera lapsa fluunt.*
Herculeam*que miser prospectat lumine dextram*
Conscius hic quantum polleat illa manus.
Vt vero Alcides, *fulmen memorabile* Martis
Exanguis vidit tristia vata canis,
Ingemuit, casuque simul perculsus iniquo,
Alipedem stimulis terque quaterque premit.
Nunquam fide canis, dixit, morier is inulte,
Soluet & inferias, iam tibi caesus aper.

Hor-

Horrendamque gemens valido subit impetu molem
Transadigitque hasta, viscera magna suis
Infrendet tum toruus aper, spumasque cruentas
Euomit, & foedo sanguine turpat humum.
Intorquetque caput, prensansque hastile remordet,
Instantem satagens vi superare necem.
Sed pius Alcides *geminatis ictibus instat,*
Et monstrum forti conficit ipse manu.
Mugitu nemus omne replet, vastamque ruinam
Dat moriens iamiam bellua strata solo.
Ast aprum vt cernit multa tellure iacentem
Alcides, *celeri desilit acer equo.*
Horrificumque ferae fului caput amputat ense
Abscissumque tibi fide Molosse dicat.
Teque sua attrectat dextra, mortique suane
Exanguem possit demere tentat ope.
Ast vbi te vidit tendentem ad limina mortis,
Praesidiisque nihil iam superasse loci,
Siccine te, dixit, sylua celeberrime in omni
Atque mei custos, abstulit hora breuis?
Et longum ingemuit: sed postquam vincere fata
Non possum, dixit, sit tibi terra leuis
Spargat odorato venator flore sepulchrum
Crescat & ad tumulos spica Cilissa *tuos.*
Quae deerunt vitae praestabunt tempora famae
Vates carminibus, chare Molosse, suis
Tum canis assultans victori applaudit, & hoste
Iam caeso, laetus fata suprema subit.
Nec secus ac domino vellet persoluere grates
Soluisset busto, quod pia iusta suo.
Qua licet vsque oculis moriens languentibus illum
Conspicit, & placida morte quieuit humi.

Poematibus GYRALDI, adpendicis loco accesserunt 1) Eius *epistola ad* Coelium Calcagninum, exarata *Cal. Quinctil.* 1532. qua eum rogat, vt certiorem reddere velit, in quo potissimum imitationis vis consistat. 2) Coelii Calcagnini, ad hasce GYRALDI *literas responsio*, scripta *Idibus Quinctilib. 1532.* & 3) eiusdem, *ad* CYNTHIVM IO. BAPTISTAM GYRALDVM, *physicum;*



ficum, *super imitatione commentatio*, & tandem 4) de eodem argumento Lilii Gregorii Gyraldi, ad CYNTHIVM IO. BAPTIST. *epistola*, quae in *Operibus* Lil. Gregor. Gyraldi, duobus Tomis distinctis, T. II. inuenitur p. 633 sqq. edit. *basileens*. 1580. in fol. In Collectione *Operum aliquot* Coelii Calcagnini, ferrariensis, Protonotarii apostolici, ad Ill. Principem Herculem II. Ducem Ferrariae IIII. quam Antonius Musa Brasauolus edidit *Basileae* 1544. in fol. *de imitatione commentatio* exstat p. 269 sqq. E GYRALDI *poematibus*, praesertim ex *epigrammatibus*, nonnulla inserta fuerunt Iani Gruteri *Deliciis poetarum* italorum Tom. I. p. 1238 sqq.

Mortuus est GYRALDVS, qui CYNTHII cognomen adsciuit, cum in numerum Academicorum *degli Affidati* cooptaretur, in vrbem ferrariensem redux, podagrae doloribus correptus, anno 1573. aetatis anno LXVIIII. Insigni eum elogio prosequutus est, Lilius Gregorius Gyraldus in Dialog. II. *de poetis sui temporis* Tom. II. *Oper*. p. 412. Conf. Girolamo Ghilini *Teatro d'huomini letterati* Tom. I. p. 98. Iacobi Gaddi *de Scriptor. non eccles*. Tom. I. p. 211. Nicol. Comneni Papadopoli *historia gymnasii* patauini T. II. Libr. II. Cap. XXV. n. 102. Giomaria Crescimbeni *Istoria della volgar poesia* p. 118. Io. Bened. Scheibens *Fortsetzung der freymüthigen Gedanken, aus der Historie, Critik, vnd Literatur* 1741. in 8. vbi legitur p. 110 sqq. *Anmerkung von* GIO. BATTISTA GIRALDI, CINTHIO *genannt*, *vnd zufoerderst von dessen Buche*, *so er* Hecatommithi (Parti due Vinegia 1566. in 4.) *betitelt*. Ea, quae in *lexico eruditorum* de illo leguntur Tom. III. col 1294. in quibusdam locis, emendatione indigent. 1) nunquam nomina IOANNES BAPTISTA, in scriptis suis omisit, sed cognomen CYNTHII illis addidit, posteaquam in Academiam *degli Affidati* receptus fuerat. 2) Minime in Coelii Calcagnini locum anno 1525. suffectus fuit, sed professionem oratoriae, & poeseos, anno demum 1540. Calcagnino, eodem anno mortuo, obtinuit, cum ab

anno

anno 1525 medicinam, & humaniores literas professus esset. 3) nunquam in Siciliae vrbem, *Mon real* (mons regalis) secessit, sed vrbe ferrariensi expulsus, in vrbem Pedemontii se contulit, quae latinis mons regalis, hetruscis *Mondovi* adpellatur. 4) Priusquam a senatu mediolanensi, insigni stipendio conductus, Ticini rhetoricam docuit, per duos annos Augustae Taurinorum vixit, & literas humaniores publice docuit. 5) *Epigrammata* partem constituunt *poematum*. 6) Non plurima pars *poematum* GYRALDI, in *deliciis poetarum* italorum inuenitur, sed *epigrammata* tantum modo quaedam, quae vix centesimam *poematum* partem constituunt. 7) Catalogus *Operum* GYRALDI, ex Niceroni l. cit. suppleri, emendarique poterit.

CXIIII.

LILII GREGORII GYRALDI *Ferr.* Liber aduersus ingratos, in quo multiplices Ingrati Criminis radices conuelluntur, variisque tum historiis, tum naturae exemplis Ingrati refelluntur. Eiusdem Libellus quomodo quis Ingrati nomen & crimen effugere possit. *Florentiae Excudebat Laurentius Torrentinus. Cum priuilegio.* in 8. pp. 143.

In fine libri nitidissime excusi, haec legimus verba: *Excusum* Florentiae, *in aedibus* Laurentii Torrentini *XII. Calend. Decemb. MDXLVIII.* (1548) Argumentum libri titulus satis superque prodidit. Conscripsit, cum post pontificia comitia Capralycam, animi gratia Hercules Rangonus v. c. secedere statuisset, & GYRALDVM, propter diuersa, quae vno illum tempore, inuaserant morborum genera, vt valetudini operam daret, Romae esse voluisset, hanc veterum Stoicorum more *paraenesin*, qua ostendit, nullum esse eo crimine detestabilius, quo sumus erga de nobis optime meritos ingrati, & quod cum semper alias humanum genus, tum nostra demum hac tempestate maxime trans-

versum rapit: quod adeo vitium Latini illi veteres execrabile, abominabileque esse putauerunt, vt ne nomen quidem ei vitio imposuerint. Inscripsit opusculum nomine Alphonsi Trotti, *equitis*, eam potissimum ob caussam, quod in mirandulana calamitate, qua Picus Mirandula, comes, a fratris filio, Mirandula, & vita priuatus fuit, GYRALDVS vero pedibus aeger, multo grauiora, ab ipsis coniuratoribus, quam in Mirandulae passus direptione, vix, rebus omnibus iterum exutus, eorum manibus euasit, apud Victorem, ei, commendatione sua, adfuerit. *In eam calamitatem*, ait, *nullae me factiones, non male ante acta vita detruserant, sed* Pici *singularis beneuolentia erga me, quam ob nonnullam ille de me, meisque studiis opinionem conceperat. Quid vero dicam? qualibus me prosequutus es muneribus, hac proxima mea infirma valetudine* (cum scilicet articulari morbo tanta vi adflictaretur, vt pedibus suis, ad mortem vsque, ire non posset) *cum ferme desperatus ac conclamatus essem, tu nulla in re mihi defuisti, & omni in dies ope, & praesidio subuenisti. Quare cum tot ac tanta mihi abs te collata sint beneficia, adeoque abs te sim promeritus, aliquo cupiens ingenii testimonio beneficiorum prae me ferre memoriam, nonnullamque gratiam quomodocunque possem referre, nec dum tamen adhuc satis ex graui diutinoque morbo confirmatus, hanc, non nouam quidem, nec recentem scriptionem; tibi muneri dare constitui, sed quam pridem in Ingratos homines confeceram, & παραίνεσιν* ad ingratum *inscripseram; hac vero in primis de causa hoc de libello donandum statui, ne scilicet in eum, quem ego pridem enixe, in eo libello redargueram, ingratum ipse impingerem, simulque cum facile viderem, neminem vnum cogitare, ac ne suspicari quidem posse, me tibi id vitii exprobrare voluisse, quod maxime cauendem in libello duxeram, cum tu pene ignotum, & patria diu absentem, tuo me, & quidem insigni beneficio ante prouocaris* &c. Epistolam, e qua, haec protulimus, praecedunt tria *epigrammata*, primum Alphonsi Maianthi *ad Lectorem*, secundum LILII

LILII GREGOR. GYRALDI *ad* Coelium Calcagninum, & tertium Coel. Calcagnini *ad* GYRALDVM. Libellum iam antea, excusum fuisse, patet ex *epistola*, *ad* Herculem, Alphonsi *filium* Troctum, libello, *quomodo quis ingrati nomen & crimen effugere possit*, praefixa, cuius initium tale est: *Miseram pridem librum*, de ingrato, *patri tuo* Alphonso Trocto, *equiti splendidissimo, illumque tradidi* Isingrinio *typographo diligenti, vt exscriptum suis typis ederet. Nunc vero cum superioribus his diebus libellum alterum conscripserim, cui titulum feci*, quomodo ingrati nomen quis effugere, aut euidare possit, *ipsumque sub tuo nomine, vt adpareat, tibi dare constitui; vt sicut patri in equestri dignitate es successurus, ita quoque cum eo pariter publice legaris* &c. Huic etiam *epistolae* LILII GREGOR. GYRALDI *epigramma*, *ad* Herculem Troctum praemissum est. Vterque GYRALDI libellus, insertus fuit *Operum* Collectioni, de qua mox dicemus, T. II. p. 503 sqq. & 530 sqq.

CXV.

LILII GREGORII GYRALDI *Ferrariensis* Operum quae extant omnium non minus Eruditae quam Elegantis literaturae Studiosis & expetitorum hactenus & deinceps expetendorum Tomi duo. Cum Elencho Librorum & locupletissimo Rerum atque Verborum Indice. *Basileae per Thomam Guarinum MDLXXX.* (1580) pp. 666. exceptis praemissis, & indice folior. 20.

Cum LILII GREGORII GYRALDI, *opera* seorsum excusa, rarescere coepissent, Thomas Guarinus reipublicae literariae consultum fore duxit, si illa colligeret, & vno volumine digesta ederet. Istam vero collectionem, quam *magnum, & ingentis pretii volumen*, adpellat Ioannes Pearsonius, episcopus cestriensis, in *prolegomenis* Tom. II. *Operum* Hieroclis praefixis,

fixis, etiam raro inueniri, testatur Io. Ludolph. Bünemanni *Catalog. libror. rar.* p. 54. & 57. *Catalog. Biblioth.* falthenian. p. 333. Ea autem, quae in hac collectione inueniuntur, hoc ordine Tomo I. occurrunt:

I. Cynthii Ioannis Baptistae Gyraldi *praefatio*, *ad* Herculem estensem II. *Ducem* ferrariensem IIII. scripta Ferrariae, *quarto Nonas Martii MDLV.* qua refert, quod LILIVS GREGORIVS GYRALDVS, cum extremum vitae sibi imminere intelligeret diem, postremis tabulis, quibus Cynthium, & Prosperum Pasethum, iuris utriusque consultissimum, haeredes ex asse scripsit, mandauerit, quascunque ipse lucubrationes reliquisset, siue denuo compositas, siue compositis additas, quae adhuc vulgatae non essent, suo ei nomine offerrent. Vt igitur postremae eius voluntati, hac in re facerent satis, *Historiam de Diis gentium* ei offerre sustinuerunt, & vt eam beneuole exciperet rogauerunt.

II. *Operum* LILII GREGORII GYRALDI, *quam Tomo primo continentur*, *elenchus.*

III. LILII GREGORII GYRALDI, *ad* Herculem, *Ducem* Ferrariae *epistola*, qua illi *Deorum historiam* dicat.

IIII. Epigramma *ad Lectorem:*

Si tibi profuerint lector studiose libelli
In medium pridem quos mea Musa dedit.
Gaudeo, non fuerit noster labor irritus omnis
Quod sic accendit nostra lucerna tuam.
Sin secus acciderit, fructus nec carpseris vllos,
Gaudeo sic etiam: nam voluisse sat est.
Hac ratione etiam haec de Dis syntagmata prodo,
Ne podagra ingenium, ceu mea membra secet.

V. *Dialogismus vnicus* (inter Emtorem & Bibliopolam) Laurentii Frizzolii, solianensis, *ad Clarissimum virum* Achillem Bochium, *Equitem* bononien. *de* LILII *Operibus*, *deque eius vita breuiter.* Prodiit Frizzolii *dialogismus*, prima vice cum

LILII

LILII GREGOR. GYRALDI *Dialogismis Venet.* 1553. in 8. p. 161 sqq. Natus fuit LILIVS GREGORIVS GYRALDVS Ferrariae 1479. Idib. Iul. patre Gyraldo, matre Sancta. Puer prima elementa a M. Verganino, & Luca Ripa, grammaticis rhegiensibus didicit, mox adolescens, Baptista Guarino, veronensi, magistro, continuavit literarum studia. Postea se contulit Carpos, ad Albertum Pium, Carporum, & Ioannem Franciscum Picum, Mirandulae Principes, apud quos nactus bibliothecam, multa legendo collegit. Fuit & hoc tempore Mediolani, vbi per annum, sub Demetrio Chalcondyla, graecis literis operam nauauit. Dein Mutinae, apud Rhangonios Comites, versatus est, donec Romam concessit, vbi ipse tantisper fuit, cum Hercule Rhangonio, R. E. Cardinale, dum Caesaris milites, vrbem diriperent, in qua direptione multa passus est. Hercule, immatura morte, exstincto, se, ad Picum recepit, quo, a fratris filio, interfecto, in patriam reuersus, cum Ioanne Manardo, & Coelio Calcagnino, aliquot annos coniunctissime vixit. Mortuus est Ferrariae, postea quam, per sex fere annos, atrocissimo articulorum morbo oppressus decubuerat, omni manuum ac pedum, caeterorumque priuatus ministerio, anno 1552. aetatis anno LXXII. Scriptores, qui de rebus, ad eum pertinentibus exposuerunt, infra nominabimus.

VI. *Auctorum, quibus in opere de Diis Gentium, vtitur* GYRALDVS, *Catalogus.*

VII. *Rerum, quae in Historia de Diis gentium continentur, Catalogus.*

IIX. *Historiae Deorum gentilium Syntagmata XVII.* Mortuo iam GYRALDO, hoc opus anno 1555. a Cynthio Ioanne Baptista Gyraldo editum esse, *epistola* illius, cuius supra fecimus mentionem, luculentum est indicium. Niceron in *Memoires*

Tom.



Tom. XXVIIII. p. 65. vocat *Ouvrage plein d'une erudition fort recherchée.*

VIIII. *De Musis Syntagma.* Puer id scripsit GYRALDVS, & Lucae Ripae praeceptori suo dicavit. Prima editio *Mediolani* anno 1507 euulgata videtur, quo tempore *epistolam* dedicatoriam ad praeceptorem exarauit. Prodiit editio, quam Mathias Schurerius *impressit, non omissis accentibus, in eis, quae* graeca *sunt*, Argentorati *anno 1512. Mense Iulio; regnante Imp. Caes.* Maximiliano *pio foelici Aug.* in 4. vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 340. vbi auctor Ziraldus scribitur. Sine dubio eadam editio est, quam Mich. Maittaire l. cit. p. 225. ex eadem typographica officina anno 1511. in lucem emissam prodidit. Sed id aliis disquirendum relinquimus. Cum aliis GYRALDI *opusculis*, lucem etiam vidit *Basileae* 1640. in 8. Niceron in *Memoires* Tom. XXVIIII. p. 65 sqq. additum esse scribit *Opusculis mythologicis, ethicis, & physicis variorum auctorum* graece & latine, *edente cum notis* Thoma Gale, *Cantabrigiae* 1671. in 8. In istorum *opusculorum* editione *amstelaedamensi* 1688. in 8. nihil tale reperitur.

X. Herculis *vita*, *ad* Angelum Diuitium, Romae *ex* vaticanis *Pont. max. aedibus, mense Octobri* 1514. scripta, cum *praefatione*, & *epigrammate*, *ad* Herculem II. estensem. Iuuenilis aetatis laborem esse scribit, quem Plutarchi Thesea aemulatus, id est veris fabulosa contexens, eoque etiam amplius, interdum addens fabularum, historiarumque interpretationes, quas Graeci allegorias vocant, suscepit. Prodiit cum *syntagmate de Musis Basil.* 1540. in 8.

XI. *De re nautica libellus*, admiranda quadam, & recondita eruditione refertus, qui *epistolam*, & *epigramma*, *ad* Herculem II. estensem, in fronte gerit. Capitibus liber absoluitur XX. & *Basileae* etiam 1540, editus fuit in 8.

XII. *De Sepulchris, & vario sepeliendi ritu, ad* Carolum Milthzienn. (Miltitium) Germanum. *Epistolam* habet praefixam, *ad* Ioannem Franciscum Picum, Mirandulae *principem.* Composuit opusculum, eo, vt ipse ait, tempore, quo illum Picus, ex vrbana tempestate, naufragum, & omni ex parte quassatum, rerumque omnium inopem, in oppidum mirandulanum, quasi in portum collegerit. Quod autem *de sepulchris, & vario sepeliendi ritu*, ad eum mitteret commentarium, illam caussam esse ait, quod Picus iam supergressus septenarii & nouenarii anni ancipipitem climactera, sepulchrum meditaretur. Scripta est *epistola, ex arce* mirandulana, *mense Aprili 1533.* Subscriptioni eiusmodi addidit clausulam: *cuius anni mense Octobri, infelix Princeps, & vita, & oppido, a fratris filio, per nocturnas insidias priuatus est, & ego miser, omni fortuna exutus, vix viuus euasi.* Recusus liber *Basileae* fuit 1539. in 8. Ianus Iacobus Boissardus illum inseruit *Antiquitatibus* romanis, quas VI. Partibus *cum figuris aeri elegantissime incisis, artifice* Theodoro de Bry 1597-1602. & *Francof.* 1627. in fol. euulgauit. Exstat Parte VI. Inuenitur etiam in Gaudentii Roberti *Miscellaneis* italicis *eruditis.* Seorsum *animaduersionibus variis illustratum ac locupletatum* prodire iussit Ioannes Faes. *Helmstad.* 1676. in 4.

XIII. *Index verborum, rerum, & sententiarum, in his operibus memorabilium.*

LILII GREG. GYRALDI Operum quae extant omnium Tomus Secundus. Cum Elencho Librorum, & locupletissimo Rerum atque Verborum Indice. *Basileae per Thomam Guarinum MDLXXX.* (1580) pp. 634. exceptis praemissis, & indice folior. 23.

Iste

Iste Tomus ponit ob oculos:

I. *Eorum, quae in secundo Tomo continentur catalogum.*

II. *Historiae poetarum, tam* graecorum, *quam* latinorum *dialogos decem*, cum *praefatione ad illustrissimam* Ferrariae & Carnuti *Principem*, Renatam, Lud. XII. Gall. *Regis* F. Herculis II. Ferrariae *Ducis coniugem*. Exstat istorum *dialogorum* editio *basileensis* 1545. in 8. pp. 1108. *Animaduersionibus* suis, illos *illustrauit* Paullus Colomesius, rupellensis, quae in noua *Operum* GYRALDI editione, mox a nobis memoranda, *dialogis* additae fuere. Quae dialogo sexto GYRALDVS, *de comoedia, eiusque adparatu omni, & partibus*, commentatus fuerat, excerpsit Iacobus Gronouius, & inseruit Tomo IIX. *Thesaur. antiquitat.* graec. col. 1474 sqq.

III. *Dialogos de poetis sui temporis II.* praemissa *epistola*, & *epigrammate; ad* Renatam modo memoratam. Libellus, in quo totius fere Europae poetas, qui tunc temporis, quo vixit GYRALDVS, editis inclaruerunt poematibus, recenset, lucem iam viderat *Florentiae* 1551. in 8. pp. 110. Isti vero de poetis recentioribus, cum illis, quos de veterum poetis, scripserat, *dialogi*, communi fere virorum doctorum adplausu, excepti fuere, cuius rei luculenta collegit indicia Thomas-Pope Blount, in *Censura celebrium auctorum* p. 577 sqq. Adr. Baillet, in *Jugemens des Savans* Tom. III. P. II. p. 143. Niceron in *Memoires* Tom. XXVIIII. p. 66 sqq. Vnus Iosephus Scaliger, more suo, GYRALDVM perstrinxit, & in *Confutatione Fabulae* Burdonum p. 218. edit. *Lugd. Bat.* 1609. in 8. *neminem infelicius de poetis iudicasse, ait*, LILIO GREGORIO GYRALDO, *qui de poetis scripserit.* Iabobum Gaddium, qui Tom. I. *de Scriptor. non ecclesiast.* p. 211. GYRALDVM plurima ex Iul. Caesaris Scaligeri libris

bris *poetices* desumsisse prodiderat, confutauit Niceron l. cit.

IIII. *Progymnasma aduersus literas & literatos*, *ad* Ioannem Franciscum Picum Mirandulan. *principem.* Adiectum illud fuerat *dialogis de poetis sui temporis Florent.* 1551. in 8. Praeter praefationem ad lectorem, duplex ei praefigitur *dedicatio*; altera *ad* Coelium Calcagninum, scripta *Mense Septemb. 1540.* altera *ad* Bernardinum Adrianum Barbuleium, exarata Ferrariae *1541. mense Iunio.* Cum enim libelli editionem propter ἄδοξον, vt ipse ait, καὶ ἄτοπον ὑπόθεσιν, id est, *turpe argumentum*, vel vt Gellius interpretatur, *infamem ac inopinabilem materiam* differret; & Calcagninus interea moreretur, id communi, vtriusque amico, dicare constituit.

V. *Libellum, in quo aenigmata pleraque antiquorum, non paullo, quam hactenus, ab aliis clarius facilius que sunt explicata*, *ad* Io. Thomam Picum Mirandulanum. Scripta ad eum est *epistola*, *ex* Castro nouo carpensi 1552. Praeter illam, alia praemissa conspicitur *epistola*, *ad* Prosperum Pasethum I. C. & hoc *epigramma*:

Dum maius molimur opus, numerosa Deorum
Dum nomina & cognomina,
Effigiesque insigniaque, & quae patria cuique
Rudi papyro inteximus,
Accipe quae puero puer olim Aenigmata scripsi,
Milesiam *ceu fabulam:*
Et quae Pythagorae *collegi arcana renati*
Interpretata symbola:
Post clamosa fori, & Plebis consulta tribuni
Post lectiones publicas,
De quibus oblectes nugis post seria, Prosper.
Extorsit has Arlenius,
Eque situ, blattisque mihi, vir factus ad vnguam:
Cui debeo vni plurimum.
Ergo, haec si Momus *rabido lacerauerit ore*
Senem clientem protege.



VI. *Interpretationem Symbolorum* Pythagorae.

VII. Pythagorica *Praecepta mystica*, *a* Plutarcho *interpretata*, & *epistolam ad* Arnoldum Arlenium, scripta Ferrariae *Idib. Decembr.* 1543. Tria quae modo memorauimus opuscula, iunctim prodierant *Basileae* 1551, in 8. *Symbolorum* Pythagorae *interpretationem*, Isaac Casaubonus in *Adnotation.* ad Diogenis Laertii Pythagoram, passim, & inprimis ad Segment. XV. p. 501. edit. Marci Meibomii, insigni elogio ornat, vbi ait: *de Symbolis* Pythagorae, *multa multi scripsere, ad quos lectorem reiicimus; in primis ad* LILIVM GYRALDVM, *virum solide doctum, & in scribendo adcuratum.* Ioannes autem Pearsonius, istam *interpretationem* addidit editioni Hieroclis graeco latinae, quam *Londini* 1654. II. Tomis in 8. curauit Tomo II.

IIX. *Libellum aduersus ingratos*, &

VIIII. *Libellum, quomodo quis ingrati nomen & crimen effugere possit*, de quorum editione prima *Florentiae* 1548. in 8. euulgata, supra diximus.

X. *De annis, & mensibus caeterisque temporum partibus, difficili hactenus & impedita materia, dissertationem facilem & expeditam. Vna cum Calendario* romano, *&* graeco, *ad* Renatam Ferrariae *Principem*, cui *epistolam* & *epigramma* anteire iussit. In lucem emissa fuit, *Basileae* 1541. in 8.

XI. *Poemata.* Principem inter illa occupat locum, *epistola ad* Antonium Thebaldaeum, *poetam* ferrariensem, carmine hexametro, in qua agitur de incommodis, quae in direptione romana passus est, vbi item & quasi Catalogus suorum amicorum poetarum, & defletur interitus Herculis Cardinalis Rhangonis. Cum *dialogis de poetis sui temporis*, iam euulgata fuerat haec *epistola*, suadente Didaco Pyrrho, poeta lusitano, *Florentiae* 1551. in 8. Multa in illa leguntur, quae histo-

riae literariae italicae, istorum temporum adfundunt lucem.

XII. *Epistolam de imitatione bonae frugis refertissimam ad* Cynthium Ioannem Baptistam Gyraldum, de qua mentionem fecimus, cum Cynthii I. B. Gyraldi *poemata* describeremus.

XIII. *Indicem Rerum, verborum & sententiarum, in his Operibus memorabilium.* Cum haec *opera* admodum difficilia essent inuentu, nouam & splendidiorem editionem curauit Ioannes Iensius, quae in lucem prodiit hoc titulo: LILII GREGORII GYRALDI *Opera omnia, duobus Tomis distincta, complectentia Historiam de Deis gentium, Musis, &* Hercule, *rem nauticam, sepulchralia & varios sepeliendi ritus, historiam poetarum* graecorum, & latinorum, *kalendarium* romanum, & graecum, *cum libello, de annis, mensibus, ac insuper alia: partim tabulis aeneis & numis, partim Commentario* Io. Faes, *& adnimaduersionibus hactenus ineditis* Paulli Colomesii *illustrata, exhibita a* Ioanne Iensio, *Lugduni Batauorum apud Haackium* 1696. II. Tom. in fol. form. Mai. Auctior est haec noua editio *dialogismis criticis XXX.* de variis rebus, ad antiquitates & bonas literas spectantibus, quae praemisso *dialogismo, de studendi & adnotandi ratione*, qui antea *Venetiis* 1553. cum Laurentii Frizzolii *dialogismo de vita* GYRALDI, in 8. editi fuerunt. Recensio editionis iensianae, vid. in *Actis eruditor.* lipsiens. a. 1696. p. 230 sqq.

Scriptores, qui in exponenda LILII GREGORII GYRALDI vita versati sunt, maxima ex parte sequuti sunt Laurentium Frizzolium, e cuius *dialogismo*, praecipua, supra excerpsimus. Conf. merentur Agostino Superbi *Apparato degli huomini illustri di* Ferrara p. 96 sqq. Iacobi Gaddi *de Scriptoribus non ecclesiasticis* Tom. I. p. 211 sqq. Niceron *Memoires* l. cit. p. 62 sqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. p. 172 sqq. Tom. II. P. II. p. 365. Io-

an. Fabricii *historia bibliothecae* fabricianae P. III. p. 466. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca latina med. & infim. aetatis* L. VII. p. 523 sqq. In *lexico eruditorum* Tom. III. col. 1295. nonnulla emendanda occurrunt. 1. GYRALDVM *dialogum de* sibyllinis composuisse, nemo dixerit; ea quae ad Sibyllarum historiam spectant, exposuit *dialogo II. de poetarum historia.* 2. *Epistolam* metricam *de incommodis*, *quae in direptione vrbana passus est*, non ad Renatam (quid vox adposita *Dia* sibi velit nescimus) Ferrrariae, & Carnuti Principem; sed ad Antonium Thebaldaeum, poetam ferrariensem scripsit. 3. *Tractatum de comoedia*, singularem non scripsit, sed quae Iacobus Gronouius Tom. IIX. *Thesauri Antiquit.* graecar. col. 1474 sqq. inseruit, excerpta sunt, ex eius *dialogo VI de poetarum historia*, vid. Io. Alb. Fabricii *Conspectus Thesauri literar.* Italiae p. 230. 4. Ipse LILIVS GEORGIVS GYRALDVS *interpretationem symbolorum* Pythagorae, primus edidit, quod ex *epistola ad* Prosperum Pasethum, & *epistola ad* Thomam Picum Mirandulanum, & *epigrammate* supra a nobis excerpta, satis dilucide adparet. Pandulphus Collenucius, iam anno 1500. iussu Ioannis Sfortiae, pisaurensium tyranni, in carcere laqueo suffocatus fuerat, & ideo anno 1551. istam *interpretationem* edere non potuit, vid. Scriptores a Io. Alb. Fabricio L. III. *Biblioth. latinae med. & infim. aetat.* p. 1119. productos. Παρόραμα inde enatum videtur, quod GYRALDVS *interpretationi* suae addiderit, pythagorica *praecepta mystica*, *a* Plutarcho, vt creditur, exposita, quae Pandolphi Collenucii manu scripta, inter res suas inuenerat. Ita sane ad Arnoldum Arlenium Tom. II. *Operum* p. 501. scribit: *Ego vtrique vestrum* (Arlenio, & Barbuleio) *remgratam facere cupiens*, *nostra illi comentariola*, *in symbola* Pythagorae *philosophi exscribenda tradidi: quibus cum aliquid addere mecum cogitarem — nonnulla mea antiquarum rerum collectanea in manus sumpsi: quae cum euoluerem, commodum in libellum quendam incidi, cui titulus est:* pythagorica praecepta mystica a Plutar-

cho

cho interpretata. *Libellus est scitu dignus, sed qui minime inter* Plutarchi *scripta* graeca *reperitur, summa sit licet a me cura & diligentia conquisitus. Erat autem perscriptus manu* Pandulphi Collenuti, pisaurensis, *viri omnis antiquitatis studiosissimi.* Scripta est haec a GYRALDO *epistola*, Ferrariae *Idib. Decembr.* 1543. 5. Symeonis Sethi *syntagma de cibariorum facultatibus*, non e graeco in hetruscum, sed in latinum sermonem conuertit GYRALDVS, id quod testatur Laurentius Frizzolus in *Dialogismo de vita* GYRALDI, vbi haec talia legimus: *Transtulit postea e* graeco *in* latinum, *quin corruptum emendauit potius, ac amissum bibliothecis restituit*, Symeonis Sethi, *medici* antiochensis *libellum* περὶ τροφῶν δυνάμεων, *hoc est de facultate cibariorum.* Lucem vidit haec versio, addito textu graeco, *Basileae apud Mich. Isingrinium* 1538. in 8. Omisso textu graeco, GYRALDI versio, *notis* Dom. Monthesauri Illustrata, edita fuit *Basil.* 1561. in 8. Conf. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. V. Cap. XLII. p. 320. Laelii Bisciolae *horar. subsecivar.* Tom. I. *Ingolstad.* 1611. in fol. L. II. Cap. XIIX. col. 139 sqq. vbi nonnulla in GYRALDI versione notantur.

CXVI.

Germania AEGIDII PERIANDRI, **in qua doctissimorum virorum elogia, & iudicia continentur, ex diuersissimorum nostri temporis poetarum monumentis accurate congesta. Quibus addita sunt in singulos authores & viros doctos eiusdem iudicia & encomia. Haec est quasi specimen futuri operis. Ad clarissimum virum, Conradum Weis, Patricium Francofordianum, Mecoenatem suum. Cum Caes. Maiest. Gratia & priuilegio ad annos decem.** *Francofurti ad Moenum, per Petrum Fabricium, impensis Sigismundi Feyrabend* 1567.

 in 8.

in 8. pp. 842. si praemissa, adpendix, & index pp. 44. non numerata fuerint.

Testis est raritatis Ioannes Vogtius in *Catalogo historico-critico libror. rarior.* p. 526. Collegit hoc opere auctor carmina encomiastica, a celeberrimis poetis, in virorum, quos Germania protulit, doctorum laudem composita, quibus ipse elogium vel vno, vel aliquot distichis praeposuit. Nomina virorum doctorum, pro more istorum temporum, secundum alphabeticum praenominum ordinem, disposita sunt. *E praefatiuncula ad lectorem*, & e titulo adparet, Germaniam, specimen tantum modo operis esse, in quo pari ratione, Italiae, Hispaniae, Galliae, Angliae, & Scotiae viros doctos celebrare, eorumque elogia poetica colligere, animo constitutum habuerat. Euentum vero proposito non respondisse admodum verisimile est. Excusat se, praeter ea quod non omnia doctorum poetarum, oratorum, historiographorum, & aliorum professorum adiecerit elogia, cum illa non habuerit comperta, & illum, donec plura aliorum scripta peruoluerit, in hac meta defessum, ob laboris suscepti pondus, claudere ingenium oportuerit. Fatetur etiam, quaedam inter reliquorum celeberrimorum virorum, nomina occurrere, quae forte lectorum auribus nimis dura fuerint, sed illos meminisse iubet, vrticam inter lilia crescere. Ex *epistolae* dedicatoriae *ad* D. Conradum Weis, *Patricium* francofordianum subscriptione adparet, quod auctor XXII. annorum fuerit iuuenis, cum hoc opus anno 1567. in lucem ederet. Quae apud historiae literariae scriptores, de illo reperiuntur, nullius fere momenti & eiusmodi sunt, vt inde discamus, quod is fuerit bruxellensis, & praeceptorem nactus Viluordiae Antonivm Siluium, ad poesin animum potissimum adierit, luseritque *erotica, aliaque extemporanea*, & praeter haec *elogia, Noctuae Speculum*, e teutonico, carmine latino expressum, & *nobilitatem* moguntinae *dioecesis metropolitanaeque ecclesiae capitularis*, carmine elegiaco descriptam reliquerit. Haec sane sunt, quae in *le-*

xico

xico eruditorum Tom. III. col. 1388 sqq. & in Io. Francisci Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. I. p. 32. leguntur, qui tamen addidit, verisimile esse PERIANDRUM circa annum 1560. haesisse Moguntiae in Germania, ibique, beneficium aliquod ecclesiasticum obtinuisse. Ex *epistola* dedicatoria *ad* Conradum Weis, carmine elegiaco, valde prolixo conscripta, & *ex Elegia*, *ad* Aegidium Syluium *Praeceptorem* elucet, eum iam tunc temporis, variis fatis, terra, marique fuisse agitatum. E priore igitur ea, quae ad noscendum auctorem spectant excerpemus, posteriorem autem integram adscribemus. In priore compellat Maecenatem suum his versibus:

Diuerso veni quondam iactatus ab orbe,
Hic vbi Rhenus *atrox moenia bina secat.*
Coeperat in propria me ductus Operinus *aede*
Et dederat mensa splendidiore frui.
Admonitu cuius Brisgois *tendo per oras*
Lataque Lenaea *consita regna manu.*
Per montes, per agros, siluas, pluuiamque frequentem
Venimus ad Moeni *blanda fluenta tui.*
Nemo peregrini cognouerat arma poetae
Quiue salutaret nomine nullus erat.
Huc hospes veni nulli bene cognitus ori,
Quamlibet hic musae magna trophaea ferent.
Quid causae fuerit, dubito, sed forte recenti
Ducta virum nondum grata fuere choro.
Vt tibi nota fuit mea vena, piaeque camoenae
Coepisti grata meque meosque domo.

Decantatis patroni sui, & maiorum eius laudibus, vates hac ratione pergit:

Te rogo suscipias defessae membra Thaliae
Audaci veniam te precor cede mihi.
Vt primum noui doctos de velle fouere,
Dii faciant fautor sit meus iste, dedi.
Audiuit mea vota Deus, sanitque poetae.
Quae via me ducet per tua tecta ferens.

 Cni-

Gnipius *aeternae Musae bona fama secundus*
Hic mihi consilii dulcis asylus erat.
Heu quoties tristem vidit, dantemque querelas,
Cum statio, ventus, flumen, & ara forent.
Heu quoties, quoties instantia spicula vitans.
Exposui, mentem quam graue cogat onus.
Et veluti fauet ipse pio, veroque paetae
Luctantem grauiter commiseratus erat.
Huic non casuro profundo pectine grates,
Cnipi, *doctorum*, Pieridum*que parens.*
Consilio bene iuuisti, nec grande putabas,
Praeclaris monitis detinuisse diem.
Tumque Ductor opis clariae Graiae*que choreae*
Solatus monitu splendidiore fuit.
Dicite Moenicolae, *mea numina dicite diuae*
Quam bona posthabito verba dolore tuli.
Hic Musae fouit Lonicerus Adamus *honorem*,
Ductor opis, clarii Graiugenum*que chori.*
Hi, patria quamuis vates iactares ob vrbe,
Fouerunt monitis pectus vterque suis
Incedit tandem vestri memor esse, magister
Molle per ingenium, qui tibi fecit iter.
Protinus incoepi monitus audire iuuantes
Candida prudenti credere verba stylo.
Tu mihi, tu sedem tutam, fidamque dedisti
Cum gratis aleres meque meamque chelym
Magna quidem res est vatem donare quiete,
Maxima iactatum continuisse domo.
Coepimus omissas vatum renouare camoenas
Aurea veridici ferre trophaea chori
Germanos *animos, te iam tribuente quietem*
Coepimus in facili continuisse stylo.
Maximus iste labor, magnoque dicatus honori,
Vexauit mentem nocte dieque meam.
Vix equidem potui mea credere membra quieti
Cum voluo vates inde, vel inde nouos
Nunc Gallos, Italos, Graios *vel quos tulit ora*
Teutonis: *hi vati cura fuere tuo.*

Exhi-

Exhibet deinde catalogum praecipuorum Germaniae poetarum, eorumque comparationem, cum veterum poetis, graecis, & latinis instituit, seque & suum opus, in quo *Iuricolas*, & *Medicos* omisit, Patrono suo commendat, & pro eius salute vota nuncupat. *Epistola*, cuius supra fecimus mentionem, *ad* Antonium Syluium Dunckelhanum, quem Io. Franc. Foppens, in *Biblioth.* belgica p. 92. Dunkercanum Flandrum adpellat, *praeceptorem* suum, Filuordiae in Brabantia, his versibus concepta est:

Fata vorant omnes, voluit Fortuna rotatus
Tempora tristitiae, quae docuere meae,
Cum sequerer placidum Pimplei *montis honorem,*
Aduersa iuuenis plurima sorte tuli.
Multa tuli, diuersa tuli, sed libera morte
Cum petitur Phoebi *carmine pura soror.*
Arma tuli manibus, rabidum sulcauimus aequor
Liberior clarius quo mihi sternat iter.
Vndas spumantes inter, scopulosque sequaces,
Aspera firmato pectore tela tuli.
Et memini (meminisse iuuat) mihi guttura pleno
Aequore lugubri succubitura nece.
Heu quoties, quoties mihi fata seuera putabam,
Iam rumpent auido pollice fila coli.
Quid mihi ter ternas prodest coluisse sorores.
Blanda medusaei *flumina culta pedis?*
Candida quid pleno lusisse poemata versu?
Currenti primo limite vita cadit.
Dixerat: AEGIDIVS *modo fauerit augur Apollo,*
Splendida Gorgonei *gloria fontis erit.*
Dulcis Apollo *faue, sint omnia vera magistri*
Non veniet vano carmine fama tibi.
Praeceptor inter scopulos vndasque furentes,
Salsa ferens oculo flumina tale dedi.
Tunc quales animos iuuenem tenuisse putabis
Hippocrinei *nauta supreme vadi;*
Crede mihi Sylui, *spoliatus mente iacebam*
Montis apollinei *spes mihi nulla fuit.*



Emensus tandem iactati fulmina Ponti,
Non posuit pugnae saeua nouerca modum.
Ecce premor placidas cito deseruisse puellas,
Cogor in externa viuere lege virum.
Quas ego tunc lachrymas, quae verba coacta peregi
Iudicio Sylui *candidiore dabis.*
Vidisti fessum cum me tua dextra recepit,
Vt tibi discipulus charus & hospes eram
Iam quoque per fatum Moeni *proiectus ad vndas,*
Carmen in extremo gramine triste sono.
Saepe valedixi: Musae tenuere fugentem,
Inque leues lusus carmen inerme fuit.
Hei mihi, iam fateor, iuuenili plurima fluxu
Imisi, quorum spiritus vnus erat.
Vna dies vidit sexcentos promere versus,
Cum Tilus *vati non graue lusit opus.*
Lenis abortiuo manauit nympha calore,
Hei quam lasciuo prodiit illa genu.
Me quicunque leges, vitiosaque carmina dices
Vera dabo donec stamina, parce chely
Non semper potui meliori credere torno,
Quae mea sub bifido, pectine Musa dedit.
Haec quoque doctorum quae pandunt clara virorum
Nomina, non pure cudere, turba tulit.
Quartus hic annus abit, docuit qui nectere fila,
Fila Dionaeo *quae nisi tincta lacu.*
Acceptum nulli refero quod carmina pangam,
Dacholio *quamuis sub duce multa tuli.*
Gloria Daphneae *non interitura coronae*
Est opus vt Sylui *carmina vera sonent.*
Tu mihi vix primos docuisti nectere passus
Laurea queis Delii *lustra petenda forent*
Attamen vsque scio, calcar numenque fuisti,
Intonsi sequerer qua sacra tecta viri.
Te ductore graues Latii *superauimus vmbras*
Nulla mihi patuit qua via, late patet.
Luxuriat mens prima pii per gramina montis,
Multaque diuino flumine fila ferit.

Prae-

Praemia cum iuveni parerent non vana sorores,
Quam procul docto manere lentus agor.
Patria concutitur rapidis proh vndique bellis,
Lataque Vulcani *tecta furore cadunt.*
Nulla quies superest vati, spes parua quieti,
Iactor in extremo littore Pegasidum.
Multa diuque tuli, patientia victa recessit,
Quae toties potuit vincere, victa iacet.
Sicut in aequoreo iactatus fulmine nauta
Quassaque lasciuis fert sua vela notis:
Quicquid habet mens dura facit, viresque propinat,
Donec in extremis viribus alta quatit.
Tandem post varios exantlatosque labores
Spumanti credit vela soluta mari.
Sic ego qui toties, fato iactatus amaro,
Libera, proh, Musae carbasa credo meae
Ecce leues versus, neque credita carmina torno,
Cogor ab infausto fundere corde viris
Qualescunque vides Sylui *cultissime rerum*
Otia qui viridis dulcia ruris habet:
Hos ego composui medio moerore grauatus,
Hei tristem versus composuisse fero.
Quos ego profudi latii *praeceptor amoris*
Cerne, nec inuita tangite quaeso manu
Forsitan inuenies vestris quae digna lituris
Donec erit manui candida, parce, chelys.
Glorior hos saltem me percoluisse poetas,
Augeat vt mentem vestra Thalia *meam.*
Si te digna feram minus: haud mea carmina laedens,
Discipulus dicas, hic quoque noster erat.
Hoc satis est, at nunc iuuenis memor esto poetae,
Cum tibi percbara coniuge, tuque vale.
Francofurti ad Moenum.

In fine libri occurrit 1) *Censura* Thomae Stangeri, Frisii, *Professoris* Moguntiae graecae *linguae*, *de hoc elaborato* PERIANDRI *opere*, *ad* Guilhelmum Schottelerum, ahusianum, carmine elegiaco. 2) Eiusdem Stangeri *elegia* encomiastica. 3) *Carmen* elegiacum *ad* Germaniam, *& autorem huius operis*, *autore*

Laurentio Balista, leodiensi, *Professore ordinario*, Moguntiae. 4) Georgii Schalleri, monacensis, *elegia in* Germaniam AEGIDII PERIANDRI. 5) AEGIDII PERIANDRI, *ad lectorem*, *cum laboraret aduersa valetudine*, carmen, qua adflictus, hoc opus se composuisse scribit, cum *patria bellicis concussa tumultibus*, & ei *nondum resecta* fuerit *barba*. Operi tandem finis imponitur 500. *scriptorum* germanorum, *Catalogo*, quorum elogia collegit. Nonnulla ex AEGIDII PERIANDRI *epigrammatibus*, quae in hoc opere leguntur inseruit, Ianus Gruterus *Deliciis poetarum* belgicorum P. III. *Francof.* 1614. in 12. p. 800 sqq.

Reliqua opera, quibus ille inclaruit, sunt

I. *Noctuae Speculum*, *omnes res memorabiles*, *variasque & admirabiles* Tyli Saxonici *machinationes complectens*, *nouo more*, *ex idiomate* germanico, latinitate *donatum*. *Francofurti*, additis elegantissimis iconibus singularum historiarum, anno 1567. in 8. editum, vid. de insigni libelli raritate Io. Vogtii Viri Cl. *Catalogus libror. rar.* l. cit. *Catalogus Bibliothecae* falthen. p. 480.

II. *Nobilitas* moguntinae *dioecesis*, *metropolitanaeque ecclesiae capitularis*, *vno libello complexa*, *quantum fieri potuit*, *accurato carmine elegiaco*, *veros heroes*, *eorumque laudes complectens*. *Accessit libellus de ea nobilitate canonicorum*, *quae capitularis*, *ad nobilem virum* D. Wolfgangum de Worms *dictum* a Dalberg, *ecclesiae metropolitanae scholasticum*. *In aurea Moguntia*, *apud Casp. Behem* 1568. in 8. Io. Vogtius l. cit. scriptum esse ait, sex plagulis constans, quod quadraginta quatuor insignia, buxo eleganter incisa, totidem nobilium moguntinae dioeceseos continet, additis elogiis, carmine elegiaco expressis. Maximae ceteroquin esse raritatis, & paucissimis visum testatur, id quod caussae sit, vt anxie, & pretio satis magno, a doctis eiusmodi cupediarum amatoribus conquiri soleat. Georgius Christ. Ioannes illud denuo prodire iussit, in *Scriptor.*

ptor. Histor. mogunt. *Tomo nouo* siue tertio *Moguntiae* 1727. in fol.

III. *Horti tres amoris amoenissimi, praestantissimorum poetarum, nostri seculi flosculis, & plantis odoriferis consiti. Quorum primus est* Italorum, *secundus* Germanorum, *tertius* Galliae *poetarum, Francofurti* 1567. in 8. Tantae liber raritatis est, vt neque in *lexico eruditorum*, neque a Ioanne Vogtio, neque a Io. Franc. Foppens memoratus fuerit.

CXVII.

Les Batailles & Victoires du Chevalier Celeste, contre le Chevalier terrestre, l'un tirant à la maison de Dieu, & l'autre à la maison du Prince du monde chef de l'eglise maligne. Avec le terrible & merveilleux assault donné contra la saincte cité de Jerusalem, figurée a nostre mere saincte Eglise enuironné des ennemys de la Foy. *A Paris chez Jehan Ruelle à la quaque de Regnard, Rue sainct Jacques*, 1553. in 12. folior. 175.

Inepti libelli Auctor, nomen suum ipse prodidit fol. 143. vbi eum famosum M. ARTVS DESIRE fuisse invenimus, cuius scripta, vt Niceron in *Memoires* Tom. XXXV. p. 284. ait, *ne sont recherchés des curieux qu'a cause de leur rareté, & que par une action, qui méritoit la corde.* Rem omnem exposuit idem Niceronus hisce verbis: *il paroit que la necessité lui mettoit souvent la plume à la main, & qu'il y cherchoit une resource pour les besoins de la vie. S'il s'étoit borné à cela, on se contenteroit de le traiter de mauvais Ecrivain; mais il s'engagea dans des complots contraires a bien de l'etat. On sçut qu'il étoit chargé par quelques gens mal intentionnés, d'une Requête addressée au Roi d'*Espagne Philippe II. *pour le prier de venir soutenir la Religion catholique, qu'on supposoi être prête à périr en* France,

Iste Tomus ponit ob oculos:

I. *Eorum, quae in secundo Tomo continentur catalogum.*

II. *Historiae poetarum, tam* graecorum. *quam* latinorum *dialogos decem*, cum *praefatione ad illustrissimam* Ferrariae *&* Carnuti *Principem*, Renatam, Lud. XII. Gall, *Regis* F. Herculis II. Ferrariae *Ducis coniugem.* Exstat istorum *dialogorum* editio *basileensis* 1545. in 8. pp. 1108: *Animaduersionibus* suis, illos *illustrauit* Paullus Colomesius, rupellensis, quae in noua *Operum* GYRALDI editione, mox a nobis memoranda, *dialogis* additae fuere. Quae dialogo sexto GYRALDVS, *de comoedia, eiusque adparatu omni, & partibus*, commentatus fuerat, excerpsit Iacobus Gronouius, & inseruit Tomo IIX. *Thesaur. antiquitat.* graec. col. 1474 sqq.

III. *Dialogos de poetis sui temporis II.* praemissa *epistola*, & *epigrammate; ad* Renatam modo memoratam. Libellus, in quo totius fere Europae poetas, qui tunc temporis, quo vixit GYRALDVS, editis in claruerunt poematibus, recenset, lucem iam viderat *Florentiae* 1551. in 8. pp. 110. Isti vero de poetis recentioribus, cum illis, quos de veterum poetis, scripserat, *dialogi*, communi fere virorum doctorum adplausu, excepti fuere, cuius rei luculenta collegit indicia Thomas-Pope Blount, in *Censura celebrium auctorum* p. 577 sqq. Adr. Baillet, in *Jugemens des Savans* Tom. III. P. II. p. 143. Niceron in *Memoires* Tom. XXVIIII. p. 66 sqq. Vnus Iosephus Scaliger, more suo, GYRALDVM perstrinxit, & in *Confutatione Fabulae* Burdonum p. 218. edit. *Lugd. Bat.* 1609. in 8. *neminem infelicius de poetis iudicasse, ait*, LILIO GREGORIO GYRALDO, *qui de poetis scripserit.* Iabobum Gaddium, qui Tom. I. *de Scriptor. non ecclesiast.* p. 211. GYRALDVM plurima ex Iul. Caesaris Scaligeri libris

bris *poetices* desumsisse prodiderat, confutauit Niceron l. cit.

IIII. *Progymnasma aduersus literas & literatos, ad* Ioannem Franciscum Picum Mirandulan. *principem.* Adiectum illud fuerat *dialogis de poetis sui temporis Florent.* 1551. in 8. Praeter praefationem ad lectorem, duplex ei praefigitur *dedicatio*; altera *ad* Coelium Calcagninum, scripta *Mense Septemb. 1540.* altera *ad* Bernardinum Adrianum Barbuleium, exarata Ferrariae *1541. mense Iunio.* Cum enim libelli editionem propter ἄδοξον, vt ipse ait, καὶ ἄτοπον ὑπόθεσιν, id est, *turpe argumentum*, vel vt Gellius interpretatur, *infamem ac inopinabilem materiam* differret, & Calcagninus interea moreretur, id communi, vtriusque amico, dicare constituit.

V. *Libellum, in quo aenigmata pleraque antiquorum, non paullo, quam hactenus, ab aliis clarius faciliusque sunt explicata, ad* Io. Thomam Picum Mirandulanum. Scripta ad eum est *epistola, ex* Castro nouo carpensi 1552. Praeter illam, alia praemissa conspicitur *epistola, ad* Prosperum Pasethum I. C. & hoc *epigramma:*

Dum maius molimur opus, numerosa Deorum
Dum nomina & cognomina,
Effigiesque insigniaque, & quae patria cuique
Rudi papyro inteximus,
Accipe quae puero puer olim Aenigmata scripsi,
Milesiam *ceu fabulam:*
Et quae Pythagorae *collegi arcana renati*
Interpretata symbola:
Post clamosa fori, & Plebis consulta tribuni
Post lectiones publicas,
De quibus oblectes nugis post seria, Prosper.
Extorsit has Arlenius,
Eque situ, blattisque mihi, vir factus ad vnguam:
Cui debeo vni plurimum.
Ergo, haec si Momus *rabido lacerauerit ore*
Senem clientem protege.



VI. *Interpretationem Symbolorum* Pythagorae.

VII. Pythagorica *Praecepta mystica*, *a* Plutarcho *interpretata*, & *epistolam ad* Arnoldum Arlenium, scripta Ferrariae *Idib. Decembr.* 1543. Tria quae modo memorauimus opuscula, iunctim prodierant *Basileae* 1551. in 8. *Symbolorum* Pythagorae *interpretationem*, Isaac Casaubonus in *Adnotation.* ad Diogenis Laertii Pythagoram, passim, & inprimis ad Segment. XV. p. 501. edit. Marci Meibomii, insigni elogio ornat, vbi ait: *de Symbolis* Pythagorae, *multa multi scripsere, ad quos lectorem reiicimus; in primis ad* LILIVM GYRALDVM, *virum solide doctum, & in scribendo adcuratum.* Ioannes autem Pearsonius, istam *interpretationem* addidit editioni Hieroclis graeco latinae, quam *Londini* 1654. II. Tomis in 8. curauit Tomo II.

IIX. *Libellum aduersus ingratos*, &

VIIII. *Libellum, quomodo quis ingrati nomen & crimen effugere possit*, de quorum editione prima *Florentiae* 1548. in 8. euulgata, supra diximus.

X. *De annis, & mensibus caeterisque temporum partibus, difficili hactenus & impedita materia, dissertationem facilem & expeditam. Vna cum Calendario* romano, *&* graeco, *ad* Renatam Ferrariae *Principem*, cui *epistolam* & *epigramma* anteire iussit. In lucem emissa fuit, *Basileae* 1541. in 8.

XI. *Poemata*. Principem inter illa occupat locum, *epistola ad* Antonium Thebaldaeum, *poetam* ferrariensem, carmine hexametro, in qua agitur de incommodis, quae in direptione romana passus est, vbi item & quasi Catalogus suorum amicorum poetarum, & defletur interitus Herculis Cardinalis Rhangonis. Cum *dialogis de poetis sui temporis*, iam euulgata fuerat haec *epistola*, suadente Didaco Pyrrho, poeta lusitano, *Florentiae* 1551. in 8. Multa in illa leguntur, quae histo-

riae literariae italicae, istorum temporum adfundunt lucem.

XII. *Epistolam de imitatione bonae frugis refertissimam ad* Cynthium Ioannem Baptistam Gyraldum, de qua mentionem fecimus, cum Cynthii I. B. Gyraldi *poemata* describeremus.

XIII. *Indicem Rerum, verborum & sententiarum, in his Operibus memorabilium.* Cum haec *opera* admodum difficilia essent inuentu, nouam & splendidiorem editionem curauit Ioannes Iensius, quae in lucem prodiit hoc titulo: LILII GREGORII GYRALDI *Opera omnia, duobus Tomis distincta, complectentia Historiam de Deis gentium, Musis, &* Hercule, *rem nauticam, sepulchralia & varios sepeliendi ritus, historiam poetarum* graecorum, & latinorum, *kalendarium* romanum, & graecum, *cum libello, de annis, mensibus, ac insuper alia: partim tabulis aeneis & numis, partim Commentario* Io. Faes, *& adnimaduersionibus hactenus ineditis* Paulli Colomesii *illustrata, exhibita a* Ioanne Iensio, *Lugduni Batauorum apud Haackium* 1696. II. Tom. in fol. form. Mai. Auctior est haec noua editio *dialogismis criticis XXX.* de variis rebus, ad antiquitates & bonas literas spectantibus, quae praemisso *dialogismo, de studendi & adnotandi ratione*, qui antea *Venetiis* 1553. cum Laurentii Frizzolii *dialogismo de vita* GYRALDI, in 8. editi fuerunt. Recensio editionis iensianae, vid. in *Actis eruditor.* lipsiens. a. 1696. p. 230 sqq.

Scriptores, qui in exponenda LILII GREGORII GYRALDI vita versati sunt, maxima ex parte sequuti sunt Laurentium Frizzolium, e cuius *dialogismo*, praecipua, supra excerpsimus. Conf. merentur Agostino Superbi *Apparato degli huomini illustri di* Ferrara p. 96 sqq. Iacobi Gaddi *de Scriptoribus non ecclesiasticis* Tom. I. p. 211 sqq. Niceron *Memoires* l. cit. p. 62 sqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. p. 172 sqq. Tom. II. P. II. p. 365. Io-



an. Fabricii *historia bibliothecae* fabricianae P. III. p. 466. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca latina med. & infim. aetatis* L. VII. p. 523 sqq. In *lexico eruditorum* Tom. III. col. 1295. nonnulla emendanda occurrunt. 1. GYRALDVM *dialogum de* sibyllinis composuisse, nemo dixerit; ea quae ad Sibyllarum historiam spectant, exposuit *dialogo II. de poetarum historia.* 2. *Epistolam* metricam *de incommodis, quae in direptione vrbana passus est*, non ad Renatam (quid vox adposita *Dia* sibi velit nescimus) Ferrrariae, & Carnuti Principem, sed ad Antonium Thebaldaeum, poetam ferrariensem scripsit. 3. *Tractatum de comoedia*, singularem non scripsit, sed quae Iacobus Gronouius Tom. IIX. *Thesauri Antiquit.* graecar. col. 1474 sqq. inseruit, excerpta sunt, ex eius *dialogo VI de poetarum historia*, vid. Io. Alb. Fabricii *Conspectus Thesauri literar.* Italiae p. 230. 4. Ipse LILIVS GEORGIVS GYRALDVS *interpretationem symbolorum* Pythagorae, primus edidit, quod ex *epistola ad* Prosperum Pasethum, & *epistola ad* Thomam Picum Mirandulanum, & *epigrammate* supra a nobis excerpta, satis dilucide adparet. Pandulphus Collenucius, iam anno 1500. iussu Ioannis Sfortiae, pisaurensium tyranni, in carcere laqueo suffocatus fuerat, & ideo anno 1551. istam *interpretationem* edere non potuit, vid. Scriptores a Io. Alb. Fabricio L. III. *Biblioth. latinae med. & infim. aetat.* p. 1119. productos. παρόραμα inde enatum videtur, quod GYRALDVS *interpretationi* suae addiderit, pythagorica *praecepta mystica, a* Plutarcho, vt creditur, exposita, quae Pandolphi Collenucii manu scripta, inter res suas inuenerat. Ita sane ad Arnoldum Arlenium Tom. II. *Operum* p. 501. scribit: *Ego vtrique vestrum* (Arlenio, & Barbuleio) *rem gratam facere cupiens, nostra illi comentariola, in symbola* Pythagorae *philosophi exscribenda tradidi: quibus eum aliquid addere mecum cogitarem — nonnulla mea antiquarum rerum collectanea in manus sumpsi: quae cum euoluerem, commodum in libellum quendam incidi, cui titulus est:* pythagorica praecepta mystica a Plutarcho

cho interpretata. *Libellus est scitu dignus, sed qui minime inter* Plutarchi *scripta* graeca *reperitur, summa sit licet a me cura & diligentia conquisitus. Erat autem perscriptus manu* Pandulphi Collenuti, pisaurensis, *viri omnis antiquitatis studiosissimi.* Scripta est haec a GYRALDO *epistola*, Ferrariae *Idib. Decembr.* 1543. 5. Symeonis Sethi *syntagma de cibariorum facultatibus*, non e graeco in hetruscum, sed in latinum sermonem conuertit GYRALDVS, id quod testatur Laurentius Frizzolus in *Dialogismo de vita* GYRALDI, vbi haec talia legimus: *Transtulit postea e* graeco *in* latinum, *quin corruptum emendauit potius, ac amissum bibliothecis restituit*, Symeonis Sethi, *medici* antiochensis *libellum* περὶ τροφῶν δυνάμεων, *hoc est de facultate cibariorum.* Lucem vidit haec versio, addito textu graeco, *Basileae apud Mich. Isingrinium* 1538. in 8. Omisso textu graeco, GYRALDI versio, *notis* Dom. Monthesauri illustrata, edita fuit *Basil.* 1561. in 8. Conf. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. V. Cap. XLII. p. 320. Laelii Bisciolae *horar. subsciuar.* Tom. I. *Ingolstad.* 1611. in fol. L. II. Cap. XIIX. col. 139 sqq. vbi nonnulla in GYRALDI versione notantur.

CXVI.

Germania AEGIDII PERIANDRI, in qua doctissimorum virorum elogia, & iudicia continentur, ex diuersissimorum nostri temporis poetarum monumentis accurate congesta. Quibus addita sunt in singulos authores & viros doctos eiusdem iudicia & encomia. Haec est quasi specimen futuri operis. Ad clarissimum virum, Conradum Weis, Patricium Francofordianum, Mecoenatem suum. Cum Caes. Maiest. Gratia & priuilegio ad annos decem. *Francofurti ad Moenum, per Petrum Fabricium, impensis Sigismundi Feyrabend* 1567.

 in 8.

in 8. pp. 842. si praemissa, adpendix, & index pp. 44. non numerata fuerint.

Testis est raritatis Ioannes Vogtius in *Catalogo historico-critico libror. rarior.* p. 526. Collegit hoc opere auctor carmina encomiastica, a celeberrimis poetis, in virorum, quos Germania protulit, doctorum laudem composita, quibus ipse elogium vel vno, vel aliquot distichis praeposuit. Nomina virorum doctorum, pro more istorum temporum, secundum alphabeticum praenominum ordinem, disposita sunt. *E praefatiuncula ad lectorem*, & e titulo adparet, Germaniam, specimen tantum modo operis esse, in quo pari ratione, Italiae, Hispaniae, Galliae, Angliae, & Scotiae viros doctos celebrare, eorumque elogia poetica colligere, animo constitutum habuerat. Euentum vero proposito non respondisse admodum verisimile est. Excusat se, praeter ea quod non omnia doctorum poetarum, oratorum, historiographorum, & aliorum professorum adiecerit elogia, cum illa non habuerit comperta, & illum, donec plura aliorum scripta peruoluerit, in hac meta defessum, ob laboris suscepti pondus, claudere ingenium oportuerit. Fatetur etiam, quaedam inter reliquorum celeberrimorum virorum, nomina occurrere, quae forte lectorum auribus nimis dura fuerint, sed illos meminisse iubet, vrticam inter lilia crescere. Ex *epistolae* dedicatoriae *ad* D. Conradum Weis, *Patricium* francofordianum subscriptione adparet, quod auctor XXII. annorum fuerit iuuenis, cum hoc opus anno 1567. in lucem ederet. Quae apud historiae literariae scriptores, de illo reperiuntur, nullius fere momenti & eiusmodi sunt, vt inde discamus, quod is fuerit bruxellensis, & praeceptorem nactus Viluordiae Antonium Siluium, ad poesin animum potissimum adierit, luseritque *erotica*, *aliaque extemporanea*, & praeter haec *elogia*, *Noctuae Speculum*, e teutonico, carmine latino expressum, & *nobilitatem* moguntinae *dioecesis metropolitanaeque ecclesiae capitularis*, carmine elegiaco descriptam reliquerit. Haec sane sunt, quae in *lexico*

nico eruditorum Tom. III. col. 1388 sqq. & in Io. Francisci Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. I. p. 32. leguntur, qui tamen addidit, verisimile esse PERIANDRVM circa annum 1560. haesisse Moguntiae in Germania, ibique, beneficium aliquod ecclesiasticum obtinuisse. Ex *epistola* dedicatoria *ad* Conradum Weis, carmine elegiaco, valde prolixo conscripta, & ex *Elegia*, *ad* Aegidium Syluium *Praeceptorem* elucet, eum iam tunc temporis, variis fatis, terra, marique fuisse agitatum. E priore igitur ea, quae ad noscendum auctorem spectant excerpemus, posteriorem autem integram adscribemus. In priore compellat Maecenatem suum his versibus:

Diuerso veni quondam iactatus ab orbe,
Hic vbi Rhenus *atrox moenia bina secat.*
Coeperat in propria me ductus Operinus *aede*
Et dederat mensa splendidiore frui.
Admonitu cuius Brisgois *tendo per oras*
Lataque Lenaea *consita regna manu.*
Per montes, per agros, siluas, pluuiamque frequentem
Venimus ad Moeni *blanda fluenta tui.*
Nemo peregrini cognouerat arma poetae
Quiue salutaret nomine nullus erat.
Huc hospes veni nulli bene cognitus ori,
Quamlibet hic musae magna trophaea ferent.
Quid causae fuerit, dubito, sed forte recenti
Ducta virum nondum grata fuere choro.
Vt tibi nota fuit mea vena, piaeque camoenae
Coepisti grata meque meosque domo.

Decantatis patroni sui, & maiorum eius laudibus, vates hac ratione pergit:

Te rogo suscipias defessae membra Thaliae
Audaci veniam te precor cede mibi.
Vt primum noui doctos de velle fouere,
Dii faciant fautor sit meus iste, dedi.
Audiuit mea vota Deus, fauitque poetae.
Quae via me ducet per tua tecta ferens.

 Cni-

Gnipius *aeternae Musae bona fama secundus*
Hic mihi consilii dulcis asylus erat.
Heu quoties tristem vidit, dantemque querelas,
Cum statio, ventus, flumen, & ara forent.
Heu quoties, quoties instantia spicula vitans.
Exposui, mentem quam graue cogat onus.
Et veluti fauet ipse pio, veroque paetae
Luctantem grauiter commiseratus erat.
Huic non casuro profundo pectine grates,
Cnipi, *doctorum*, Pieridum*que parens.*
Consilio bene iuuisti, nec grande putabas,
Praeclaris monitis detinuisse diem.
Tumque Ductor opis clariae Graiae*que choreae*
Solatus monitu splendidiore fuit.
Dicite Moenicolae, *mea numina dicite diuae*
Quam bona posthabito verba dolore tuli.
Hic Musae fouit Lonicerus Adamus *honorem*,
Ductor opis, clarii Graiugenum*que chori.*
Hi, patria quamuis vates iactares ob vrbe,
Fouerunt monitis pectus vterque suis
Incedit tandem vestri memor esse, magister
Molle per ingenium, qui tibi fecit iter.
Protinus incoepi monitus audire iuuantes
Candida prudenti credere verba stylo.
Tu mihi, tu sedem tutam, fidamque dedisti
Cum gratis aleres meque meamque chelym
Magna quidem res est vatem donare quiete,
Maxima iactatum continuisse domo.
Coepimus omissas vatum renouare camoenas
Aurea veridici ferre trophaea chori
Germanos *animos*, *te iam tribuente quietem*
Coepimus in facili continuisse stylo.
Maximus iste labor, magnoque dicatus honori,
Vexauit mentem nocte dieque meam.
Vix equidem potui mea credere membra quieti
Cum voluo vates inde, vel inde nouos
Nunc Gallos, Italos, Graios *vel quos tulit ora*
Teutonis: *hi vati cura fuere tuo.*

Exhi-

Exhibet deinde catalogum praecipuorum Germaniae poetarum, eorumque comparationem, cum veterum poetis, graecis, & latinis instituit, seque & suum opus, in quo *Iuricolas*, & *Medicos* omisit, Patrono suo commendat, & pro eius salute vota nuncupat. *Epistola*, cuius supra fecimus mentionem, *ad* Antonium Syluivm Dunckelhanum, quem Io. Franc. Foppens, in *Biblioth.* belgica p. 92. Dunkercanum Flandrum adpellat, *praeceptorem* suum, Filuordiae in Brabantia, his versibus concepta est:

Fata vorant omnes, voluit Fortuna rotatus
Tempora tristitiae, quae docuere meae,
Cum sequerer placidum Pimplei *montis honorem,*
Aduersa iuuenis plurima sorte tuli.
Multa tuli, diuersa tuli, sed libera morte
Cum petitur Phoebi *carmine pura soror.*
Arma tuli manibus, rabidum sulcauimus aequor
Liberior clarius quo mihi sternat iter.
Vndas spumantes inter, scopulosque sequaces,
Aspera firmato pectore tela tuli.
Et memini (meminisse iuuat) mihi guttura pleno
Aequore lugubri succubitura nece.
Heu quoties, quoties mihi fata seuera putabam,
Iam rumpent auido pollice fila coli.
Quid mihi ter ternas prodest coluisse sorores.
Blanda medusaei *flumina culta pedis?*
Candida quid pleno lusisse poemata versu?
Currenti primo limite vita cadit.
Dixerat: AEGIDIVS *modo fauerit augur Apollo,*
Splendida Gorgonei *gloria fontis erit.*
Dulcis Apollo *faue, sint omnia vera magistri*
Non veniet vano carmine fama tibi.
Praeceptor inter scopulos vndasque furentes,
Salsa ferens oculo flumina tale dedi.
Tunc quales animos iuuenem tenuisse putabis
Hippocrinei *nauta supreme vadi;*
Crede mihi Sylui, *spoliatus mente iacebam*
Montis apollinei *spes mihi nulla fuit.*

 Emen-

Emenſus tandem iactati fulmina Ponti,
Non poſuit pugnae ſaeua nouerca modum.
Ecce premor placidas cito deſeruiſſe puellas,
Cogor in externa viuere lege virum.
Quas ego tunc lachrymas, quae verba coacta peregi
Iudicio Sylui *candidiore dabis.*
Vidiſti feſſum cum me tua dextra recepit,
Vt tibi diſcipulus charus & hoſpes eram
Iam quoque per fatum Moeni *proiectus ad vndas,*
Carmen in extremo gramine triſte ſono.
Saepe valedixi: Muſae tenuere fugentem,
Inque leues luſus carmen inerme fuit.
Hei mihi, iam fateor, iuuenili plurima fluxu
Imiſi, quorum ſpiritus vnus erat.
Vna dies vidit ſexcentos promere verſus,
Cum Tilus *vati non graue luſit opus.*
Lenis abortiuo manauit nympha calore,
Hei quam laſciuo prodiit illa genu.
Me quicunque leges, vitioſaque carmina dices
Vera dabo donec ſtamina, parce cbely
Non ſemper potui meliori credere torno,
Quae mea ſub bifido, pectine Muſa dedit.
Haec quoque doctorum quae pandunt clara virorum
Nomina, non pure cudere, turba tulit.
Quartus hic annus abit, docuit qui nectere fila,
Fila Dionaeo *quae niſi tincta ſacu.*
Acceptum nulli refero quod carmina pangam,
Dacholio *quamuis ſub duce multa tuli.*
Gloria Daphneae *non interitura coronae*
Eſt opus vt Sylui *carmina vera ſonent.*
Tu mihi vix primos docuiſti nectere paſſus
Laurea queis Delii *luſtra petenda forent*
Attamen vsque ſcio, calcar numenque fuiſti,
Intonſi ſequerer qua ſacra tecta viri.
Te ductore graues Latii *ſuperauimus vmbras*
Nulla mihi patuit qua via, late patet.
Luxuriat mens prima pii per gramina montis,
Multaque diuino flumine fila ferit.

Prae-

Praemia cum iuueni parerent non vana sorores,
Quam procul docto munere lentus agor.
Patria concutitur rapidis proh vndique bellis,
Lataque Vulcani *tecta furore cadunt.*
Nulla quies superest vati, spes parua quieti,
Iactor in extremo littore Pegasidum.
Multa diuque tuli, patientia victa recessit,
Quae toties potuit vincere, victa iacet.
Sicut in aequoreo iactatus fulmine nauta
Quassaque lasciuis fert sua vela notis:
Quicquid habet mens dura facit, viresque propinat,
Donec in extremis viribus alta quatit.
Tandem post varios exantlatosque labores
Spumanti credit vela soluta mari.
Sic ego qui toties, fato iactatus amaro,
Libera, proh, Musae carbasa credo meae
Ecce leues versus, neque credita carmina torno,
Cogor ab infausto fundere corde viris
Qualescunque vides Sylui *cultissime rerum*
Otia qui viridis dulcia ruris habet:
Hos ego composui medio moerore grauatus,
Hei tristem versus composuisse fero.
Quos ego profudi latii *praeceptor amoris*
Cerne, nec inuita tangite quaeso manu
Forsitan inuenies vestris quae digna lituris
Donec erit manui candida, parce, chelys.
Glorior hos saltem me percoluisse poetas,
Augeat vt mentem vestra Thalia *meam.*
Si te digna feram minus: haud mea carmina laedens,
Discipulus dicas, hic quoque noster erat.
Hoc satis est, at nunc iuuenis memor esto poetae,
Cum tibi perchara coniuge, tuque vale.
Francofurti ad Moenum.

In fine libri occurrit 1) *Censura* Thomae Stangeri, Frisii, *Professoris* Moguntiae graecae *linguae*, *de hoc elaborato* PERIANDRI *opere*, *ad* Guilhelmum Schottelerum, ahusianum, carmine elegiaco. 2) Eiusdem Stangeri *elegia* encomiastica. 3) *Carmen* elegiacum *ad* Germaniam, *& autorem huius operis*, *autore*

Lau

ptor. Histor. mogunt. *Tomo nouo* siue tertio *Moguntiae* 1727. in fol.

III. *Horti tres amoris amoenissimi, praestantissimorum poetarum, nostri seculi flosculis, & plantis odoriferis consiti. Quorum primus est* Italorum, *secundus* Germanorum, *tertius* Galliae *poetarum, Francofurti* 1567. in 8. Tantae liber raritatis est, vt neque in *lexico eruditorum*, neque a Ioanne Vogtio, neque a Io. Franc. Foppens memoratus fuerit.

CXVII.

Les Batailles & Victoires du Chevalier Celeste, contre le Chevalier terrestre, l'un tirant à la maison de Dieu, & l'autre à la maison du Prince du monde chef de l'eglise maligne. Avec le terrible & merveilleux assault donné contra la saincte cité de Jerusalem, figurée a nostre mere saincte Eglise enuironné des ennemys de la Foy. *A Paris chez Jehan Ruelle à la quaque de Regnard, Rue sainct Jacques*, 1553. in 12. folior. 175.

Inepti libelli Auctor, nomen suum ipse prodidit fol. 143. vbi eum famosum M. ARTVS DESIRÉ fuisse invenimus, cuius scripta, vt Niceron in *Memoires* Tom. XXXV. p. 284. ait, *ne sont recherchés des curieux qu'a cause de leur rareté, & que par une action, qui meritoit la corde.* Rem omnem exposuit idem Niceronus hisce verbis: *il paroit que la necessité lui mettoit souvent la plume à la main, & qu'il y cherchoit une resource pour les besoins de la vie. S'il s'étoit borné à cela, on se contenteroit de le traiter de mauvais Ecrivain; mais il s'engagea dans des complots contraires a bien de l'etat. On sçut qu'il étoit chargé par quelques gens mal intentionnés, d'une Requête addressée au Roi* d'Espagne Philippe II. *pour le prier de venir soutenir la Religion catholique, qu'on supposoi être prête à perir en* France, &



& l'on donna de si bons ordres que le Prevôt de Maréchaux d'Orléans *l'arrêta au commencement du Mois de Mars 1561. comme il étoit sur la* Loire *pour aller plus loin. On envoya en Cour le pacquet dont il étoit charge & on l'amena prisonnier à* Paris. *La crainte de supplice, qu'il meritoit, lui fit addresser deux Requête l'une au Roi, & l'autre à la Reine Mere, pour demander comme une grace, qu'on eût pitié de lui, & qu'on se contentât de le condamner à une prison perpetuelle, ou aux Galeres pour le reste de savie, afin qu'il pût faire pénitence. Il dit dans celle à la Reine, que le Roi* Henry II. *son Mari l'avoit envoyé pendant son vivant faire une Neuvaine a Nôtre Dame de* Lorette. *Le Parlement le traita plus favorablement qu'il n'auroit pû l'esperer. On le condamna seulement à faire amande honorable au Parquet de la Cour, tête & pieds nuds, & ensuite à être conduit au Couvent de Chartreux, pour y faire pénitence pendant cinq ans. Cet Arrêt fut éxecuté quant à l'Amande bonnorable le 14. Juillet de la même année, apres quoi* DESIRE *fut même aux Chartreux. Mais il en sortit secretement peu de tems apres, & l'on n'entendit plus parler de lui jusqu'à l'an 1568. qu'il recommença à publier à* Paris *differens Ouvrages, comme il faisoit auparavant.* Libelli titulum adtulit Niceron l. cit. p. 289. sed *Parisiis* 1557. in 16. editum scribit. Nobis idem esse videtur, quem Niceron p. 287. e la Croix du Maine *Bibliotheque de* France memorauit hoc titulo: *le Combat du fidele Papiste Pelerin* Romain, *contre l'Apostat Antipapiste. Ensemble la Description de la Cité de Dieu assiegée des heretiques Rouen* 1552. Praeter *epigramma* gallicum, ad lectorem, auctor *praefationem*adtulit, qua omne animi virus in protestantes euomit, & fere omnia crudelitatis instrumenta, in eos expedit. Liber omnis rhythmis gallicis compositus, colloquium complectitur *principis caelestis*, & *terrestris*, multisque figuris ligno incisis, non ineleganribus ornatus est, quae maxima ex parte, sacrae scripturae historias referunt. *Princeps terrestris* sermonibus suis dogmata, ritus, & caerimo-

simonias ecclesiae pontificiae ludibrio exponere, & conuellere studet, *princeps* autem *caelestis* id potissimum agit, vt scripturae sacrae, & patrum ecclesiasticorum testimoniis, multisque sanctorum, quae refert, miraculis, illas confirmet. Sic v. c. de quadragesimorum ieiuniorum origine, *Princeps terrestris* fol. 99. haec refert, & *principem caelestem* hac ratione compellat:

Dy moy, qui a faict le Karesme?
Je scay bien qui la inventé,
Se fut un fol Pape esuenté
Qui avoit un de ses Parens
Marchans de carpes & harencs
Qui n'en pouvoit vendre à l'estappe,
Et pour raison le susdict Pape
Ordonna ceste quarantaine
Et que deux jours de la sepmaine
On ne me mangeroit point de chair
A fin de faire vendre cher
Tout ce qu'il avoit de poisson.

Ad haec *Princeps caelestis* respondet

O damné malheureux garson
Calvin *en son yvrognerie*
T'a il dict ceste mocquerie?
Estimes tu que l'abstinence
Soit contre Dieu & conscience
Faicte d'humaine invention?

Le terrestre

Ouy sans dubitation
Je le dy & y fut Sorbonne
Car je le trouve aussi fort bonne
En karesme & au vendre dy
Comme le dimenche ou jeudy
Dont je ne fais aucun scrupule
D'en manger sans congé ne bulle
Ce m'est tout un, mais que je soys
Car ce ne m'est point deshonneur
Et bien, tu dis que le seigneur
Le deffend, ou il est escript!



Le Celeste
Dans le miroir de Jeſus Chriſt
Qui a fait le premiere eſpreuve
Et par lui meſme je te prouve
Que l'abſtinence de chair graſſe
Eſt de merveilleuſe efficace
Quand elle eſt faicte en temps & lieu
Car lui qui eſtoit fils de Dieu
Et redeimpteur de noſtre offenre
Fit au deſert grand abſtinence
Non pour ſoy meſme, mais pour nous,
Et pour ce qu'an malheur de tous
Noſtre grand pere Adam *perdit*
Par gloutonnie ſon credit
Le benoiſt ſauveur fort & jeuſne
Le remiſt au port de ſalut
Et pour nous tous jeusner voulut
Comme il eſtoit prophetiſé,
Et apres qu'il fut baptiſé,
(Ainſi que le ſainct Luc *nous reſcript)*
Il fut mené du ſainct Eſprit
Au dit deſert a celle fin
Qu'il fut du Diable cault & fin
Tenté par adulations
Pour vaincre nos tentations
Et lors pour remettre en franchie
Sa ſaincte & militante egliſe,
Il jeuſna voluntairement
Quarante jours entierement
Et quarante nivets en grand peine
Si qu'au bout de la guarantaine
Il eut fain &c.

In adpendicis, quae p. 144 hac ratione inſcribitur: *les terribles & merveilleux aſſaulx, donnez contre la ſaincte cité de* Hieruſalem, *figurée a noſtre mere ſaincte Egliſe: environnee des ennemys de la foy*, titulo conſpicitur figura arboris, ligno inciſa, his additis verbis *L'arbre des heretiques.* Prominet illa, e corpore diaboli, humi procumbentis. E ramis prodeunt

deunt capita virorum, adpositis nominibus, ita, vt in altera Simon Magus, Nicolas, Arien, Manes, Valentin, Pelagien, Jehan Hus, Junwitcee, (sine dubio Jean Wiclef) Caluin, Luther; in altera parte Donatus, Nouatus, Pricilien, Vigilanc. Abailard Zwinglius, Pharel (Farellus) Abel Bucer, Melanchthon, Colambade (Oecolampadius, qui per omnem librum, plus vna vice Colambade adpellatur) conspiciuntur. Ex apice arboris, prominet *L'antechrist.* Ciuitatem Dei hac ratione describit, vt 1) loquatur rhythmis gallicis *des fondemens de la Cité de Dieu, figurez a vive foy* 2) *de la porte de la Cité de Dieu, qui est le sainct sacrement de Baptesme.* 3) *des fossez de la Cité de Dieu, qui signifient humilité.* 4) *des murailles de la Cité de Dieu, qui signifient chasteté.* 5) *des boulevers de la Cite de Dieu, figurés á patience* 6) *de la grosse tour de defence, qui est charité* 7) *des gensdarmes & souldards, qui sont enfermez en la dicte tou pour defendre la dicte Cité de Dieu* Pagina 154 oppugnationem Ciuitatis Dei, figura, ob oculos posuit. A quatuor mundi cardininibus, quatuor adpropinquant exercitus, scilicet ab Oriente Ariani, a meridie Nouatiani, ab Occidente Priscillanistae, & a septentrione Lutherani. Ante ciuitatem Dei, cuius quatuor anguli, a quatur euangelistis defenduntur, tormenta bellica posita conspiciuntur. Figurae haec adscripta sunt verba: *Icy arrivent les Heretiques d'Orient, d'Occident, de Midy, & Septentrien, qui viennent assieger les quatre coings de la Cité de Dieu, pour la ruyner & abattre.* Pagina 156. occurrit figura, quae copias, in vrbis subsidium adproperantes prodit. Agmen ducit Pontifex romanus, in cuius comitatu sunt Patres purpurati, Episcopi & monachi, omnes equis insidentes. A latere equitat Imperator romanus, & rex Galliae, quos aquila, & lilia in thoracibus, & equorum cataphractis notos reddunt, quos milites cataphractati & galeati comitantur. Verba figurae addita, haec sunt: *Des fideles & catholiques appellez, pour defendre la dicte Cité assiegée des malheureux heretiques.* Rhythmos, qui figurae adscri-

pti sunt, adferre, superuacaneum foret, quoniam ex iis, quae adduximus, auctoris ingenium nugatorivm, & ineptiis contexendis adcommodatum satis cognoscitur. Vltimum in libello occupat locum *la Complainte de l'Eglise, contre les heretiques, qui l'ont assiegée.* Conf. de ARTVS DESIRÉ Iacob. Augusti Thuani *Historiar. sui temporis* ad ann. 1561. L. XXIIX. Tom. II. edit. *francofurtens.* 1614. p. 26. vbi illum ARTVRVM DESIDERIVM *profligati pudoris hominem* adpellat, eaque refert, quae supra Niceroni verbis narrauimus.

CXIIX.

Viri *Clarissimi D.* ANDREAE ALCIATI *Iurisconsultiss. Mediol.* ad D. Chonradum Peutingerum Augustanum Iurisconsultum Emblematum liber. *M. D. XXXI.* (1531) in 8. folior. 43.

Absit a nobis, vt ANDREAE ALCIATI *Emblemata*, inter libros, paullo rariores, referenda esse censeamus, cum innumerabiles fere eorum inueniantur editiones, & versiones, quae iam pauciora, iam plura emblemata complectuntur. Ipsam tamen illam editionem, in censum librorum rariorum venire, nemo in dubium vocauerit, qui, ad omnium primam editionem, illam effictam esse nouerit. Euulgauerat sua *emblemata* primum ALCIATVS *Mediolani* 1522. quam tamen editionem, quum centum tantum modo contineret emblemata, & admodum esset imperfecta, ipse auctor, breui temporis interiecto spatio, studiose conquisiuit, & quoad fieri potuit, e medio remouit, vid. *Bibliotheque françoise de l'Abbe* Goujet Tom. VII. p. 77. Dauid. Clement V. Cl. *Bibliotheque curieuse historique & critique des livres difficiles à trouver* Tom. I. p. 139. Id si compertum habuisset Petrus Baile, non miratus fuisset, quod editio, qua vtebatur 212. emblemata contineret, Paullus autem Freherus in *Theatro viror. eruditione claror.* p. 827. ALCIATI librum

brum centum complecti emblemata dixerit, vid. *Dictionaire historique & critique* Tom. I. p. 139. not. M. Editio, cuius titulum adscripsimus paucis cognita, & proinde a paucissimis conspecta, ipsique Cl. Dauidi Clement minus nota fuisse videtur. Complectitur emblemata 100. e quibus tantum modo 96. icunculis ligno expressis, admodum rudibus & inconcinnis, ornata sunt. In artificis excusationem, haec breuis ad candidum lectorem, ab editore, praemissa est praefatio: *Haud merito* (immerito) *candide lector nostram desiderabis diligentiam, in his tabellis, quae huic operi adiectae sunt, elegantiores namque picturas, & authoris grauissimi authoritas, & libelli dignitas merebantur, quodquidem nos fatemur, cupiebamusque inuentiones has illustriores tibi tradere ita, si eas quam artificiosiss. depictas nate* (ante) *oculos poneremus nihilque* (*quod sciam*) *ad eam rem nobis defuit. Verum cum hoc non tantum magni laboris fuerit* (*quem certe non subterfugimus*) *sed & maximi sumptus, intelligis quidquid huiuscemodi erat, id omne tibi denuo persoluendum fuisse. Vtilissimum itaque nobis visum est, si notulis quibusdam obiter, rudioribus, grauissimi authoris intentionem significaremus, quam docti haec per se colligent, hocque ipso tibi gratificari voluimus, si magnas delicias paruo tibi compararemus, bene vale, nostramque operam boni consule.* In recentioribus praeter ea editionibus, emblematum ordo immutatus, neque ita, vt emblemata heic occurrunt, seruatus fuit. Epigrammata etiam nonnulla, quoad verba quaedam immutata fuere. Sic e. c. illud, quod inscribitur *in adulari inscientem*, in nostra editione hac ratione legitur:

Scire cupis toties dominos cur Insubris *ora*
Mutet & vt regi seruiat vtque duci?
Nescit adulari, cuiquamue obtrudere palpum
Regiaque morum principis omnis habet.
Sed velut ingenuus sonipes dorso excutit omnem
Qui moderandi nesciat hypocomum.

 Iden

CXVIIII.

Symbola diuina & humana Pontificum, Imperatorum, Regum. Acceſſit breuis & facilis Iſagoge IAC. TYPOTII. Tomus primus. Ex Muſaeo OCTAVII DE STRADA *Ciuis Romani* S. C. M. Sculptor Egidius Sadeler Excu. Pragae 1601. *Francofurti apud Godofridum Tampachium Cum Privil. Summi Pontif. & Sac. Caeſ. Mtis.* in fol. pp. 147.

Haec editio, figuris, ab Aegidio Sadeler clariſſimo artifice, aere eleganter expreſſis, ornata, magni aeſtimari ſolet, & rariſſima dicitur in *Actis erudit.* lipſienſib. 1719. p. 201. Conf. *Theſaurus bibliothecalis* Tom. II. p. 81. Illa *ſymbola*, quae ab OCTAVIO STRADA collecta, & vbi nulla inuenit, fortaſſis efficta fuere, primum, non addita IACOBI TYPOTII *iſagoge* fuiſſe euulgata, colligimus ex ſecunda artificis *praefatiuncula*, Tomo primo praemiſſa, vbi lectorem his verbis compellat: *Non me fefellit meum, de ſententia tua, iudicium. Ita vbertim diſtrabuntur Symbola, quae ego contraxi, & quaſi in aceruum, tanto ſtudio atque ſollicitudine coaceruaui. Sed quod multi ſint, qui quae vident, ſcire cupiant, vt in Prothyro magnae beataeque domus, ſcita emblemata, & ingenioſas imagines; nec habeant quem percundentur* (percontentur) *ſemper; inſeruitum eſt, non paucorum, ſed omnium commodis, atque honeſto deſiderio. Reuocato enim ſub incudem operi Iſagogen adiunxi, vt ſemper habeas, cum Myſteriis Myſtagogum, & me ſimul intelligas, tuae beneuolentiae ſtudioſiorem eſſe, quam quaeſtus mei. Iterum vale.* Pragae, *ipſis Dionyſiis Anno primi* (primo) *huius ſeculi.* (1601.) Cum hanc Collectionem *Hierographiae* titulo inſigniuerit IACOBVS TYPOTIVS, iſtius vocis, eiusmodi dedit definitionem: *Hierographia eſt ſignificatio rei, aut perſonae ſacratior: notis, aut literis, non tam expreſſa, quam impreſſa.* Diuiſit *Hierographiam*, in *Hieroglyphicon*,

id est *picturam*, & *symbola*, siue *scripturam*. Haec vero omnia duobus libris, ad Imperatorem Rudolphum II. scripsit. Tomi primi in nostro exemplo, folia vltima, quae *indices* alphabeticos, in quibus *symbola*, & eorumdem explicationes inueniuntur, referunt, recusa esse videntur, cum in eorum calce legitur: *Imprimebat Anno Christi MDCXIII.*(1613) Quodlibet fere folium, sex figuras hieroglyphicas, nitidissime aere expressas, additis *symbolis*, eorumque nominibus, qui illis vsi dicuntur, ob oculos ponit. Extant Tomo primo, praeter *Hierographias*, vel quod idem est, S. *Eucharistiae Symbola* IIX. & S. *Crucis* XIIII. *Hierographiae Pontificum maximorum* XXX. *Caesarum* XXXVIIII. Mahumetanorum IIII. *Regum* Hispaniae XXXVII. *Regum* Galliae XLIIX. *Regum* Angliae XXI. *Regum* Scotiae X. *Regum* Portugaliae XII. *Regum* Siciliae IIX. *Regum* Hierusalem IIII. *Regum* Hungariae *&* Poloniae XIIX. *Regum* Sueciae *&* Daniae VI. *Regum* Nauarrae X. *Regum* Austriae II. *Regum* Cypri II. *Regum* Burgundiae, *& aliarum* IIII.

Symbola varia diuersorum Principum Sacrosanc. Ecclesiae & Sacri Imperii Romani. Cum vberrima Isagoge IAC. TYPOTII *Familiaris Aulae & Historiographi Sacrae Caes. R. O. M.* Tomus Secundus. Ex Musaeo OCTAVII DE STRADA *Civis Romani* Simbola desumpta sunt. S. C. Mtis sculptor Aegidius Sadeler excudit Pragae M. D. C.II. (1602) *Cum Priuil. Summi Ponti: Et Sac. Caes. Mtis.* pp. 187.

Initio Tomi II. conspiciuntur insignia Francisci a Dietrichstein, *Presbyteri Cardinalis* S. Syluestri, *Episcopi* olomucensis, cum eius symbolo, arbore scilicet pomifera, addito lemmate *Inopem me copia facit.* Distichon illi eiusmodi subscriptum est:

Gra-

Gratia quae Caelo, *quae* Roma, *&* Caesare *venit*
Poma arborque tibi, *& symbola clara notant.*

Inueniuntur in isto tomo *Hierographiae Cardinalium* XCVII. *Magistrorum ordinis* S. Ioannis IIII. *Patriarcharum* VII. *Electorum* XIIII. *Archiducum* XXV. *Principum imperii* XCVI. Recusus fuit iste tomus *Arnhemiae* 1679. in 12. quae editio rara dicitur, in *Thesauro bibliothecali* l. cit. & in *Actis eruditor.* l. cit. id quod Iacobum Wilhelmum Heckenauerum, aulae guelferbytanae chalcographum commouit, vt illum denuo, figuris manu sua expressis, in lucem ederet *Guelferbyti* 1719. in 12. In hac editione IACOBI TYPOTII *isagoge* latina, a Gelhudio, brunsuicensi, in patrium sermonem traducta, & in *praefatione* nonnulla de vita, fatis, ac caeteris TYPOTII libris exposita, & *adnotationes* quaedam subiunctae fuere, quibus tenebrae dispelluntur mythologicae. Recensetur ista editio, in *Actis eruditor.* lipsiens. l. cit. Caeterum IACOBI TYPOTII *Isagoge*, siue descriptio, in hoc Tomo, multo prolixior, & vberior illa est, quae Tomo I. occurrit. Ita vero emendari poterit *Lexicon eruditorum*, vbi in Catalogo Operum IACOBI TYPOTII, qui Tomo IIII. col. 1375. exhibetur, haec TYPOTII *isagoge*, bis locum inuenit, cum *symbola diuina & humana*, & *isagogen ad* OCTAVII STRADAE *Symbola* conscripsisse IACOBVS TYPOTIVS memoratur.

TYPOTIO, Iurisconsulto celeberrimo, IACOBI, non Ioannis, vt in *lexico eruditorum* Tom. IIII. col. 1375. legitur, praenomen fuit, qui, e nobili Diestae, in Brabantia genere prognatus, omnem fere Europam, studiorum caussa peragrauerat, & tandem in Sueciam, ad Ioannem III. Regem concesserat, qui eum consiliarium suum, tanta prosequutus est gratia, vt multorum, regni, aulaeque procerum inuidiam atque odivm incurreret. Sed non diu fortuna illo perstitit gradu. Nam cum *historiam rerum in* Suecia *gestarum*, conscriberet, multaque insereret, quae Ponto de la Gardie, ipsique Regi, vehementer displicerent, car-

cere inclusus, & capitis damnatus fuit, quod supplicium vix, regis Daniae facta intercessione, euitare potuit. Ipse sane Ioannes III. nunquam eo perduci potuit, vt eum carcere liberaret, & cum Fridericus II. Daniae Rex, apud quem Matthias, IACOBI frater Typotius, medicus, plurimum gratia valebat, eius caussam; apud Sueciae Regem ageret, & per literas rogaret vt illum e carcere dimitteret, Ioannes III. rescripsit: *quo minus petitioni Maiestatis vestrae, in hac caussa satisfacere possimus, facit magnitudo scelerum, quibus caput suum obstrinxerat idem* TYPOTIVS, *quae si aeque maiestati vestrae, ac nobis nota fuissent, scimus, non tantum tributuram fuisse Maiestatem vestram eius desideriis ac precibus, vt pro ipso intercedere sustinuerit. Etenim is homo est, qui virus mendacis linguae, sine vllo discrimine, in summos imosque passim effundit. Inde est, quod non tetro tantum carceri mancipandum, sed vltimo etiam supplicio, eum afficiendum censuimus, in quem si quid mitius, in posterum decreuerimus, id clementiae nostrae, maiestatisque vestrae intercessioni, non innocentiae suae debebit. Confidimus certo, maiestatem vestram hanc excusationem nostram, vt iustam & idoneam adprobaturum.* Scripta est regis Sueciae, e qua hanc particulam proferimus, *epistola d XVII. Februar.* 1583. Ad posteros illam transmisit Claudius Arrhenius Oernhiälm, in *vita* Ponti de la Gardie, *Lipsiae* 1690. in 4. p. 12 sqq. Quod vero Rex Daniae, nullo modo, a Ioanne III. dum viueret, imperrare poterat, id tandem, eo mortuo, a Successore eius, Sigismundo III. obtinuit, a quo IACOBVS TYPOTIVS, non solum e carcere anno 1593. protractus, sed etiam in gratiam receptus fuit. In *Actis literariis* Sueciae anni 1722. exstat p. 286 sqq. ipsius IACOBI TYPOTII *epistola*, quam e carcere aboënsi, pro sua liberatione, ad Ericum Sparre, regni Sueciae Cancellarium, *d. XXX. April. anno* 1584. scripsit. Vitae in Suecia pertaesus transiit in Germaniam, an. 1595. non *cum infamia*, vt Claudius Arrhenius Oernhiälm l. cit. prodidit, *regno expulsus*, sed honeste dimissus,

in

in aulam Rudolphi II. Imperatoris se contulit, a quo inter *aulae* suae *familiares* adlectus, & historiographi caesarei titulo ornatus fuit. Illum anno 1601. exeunte, vel initio anni 1602. mortuum esse, probauit Ioannes Mollerus, in *Hypomnematibus, ad* Ioannis Schefferi Sueciam *literatam*, in *Bibliotheca Septentrionis eruditi* Tom. I. p. 444. ex *epistola* dedicatoria scripta *d. XV. Martii* 1602. Tomo II. *Symbolorum Pontificum, Regum, Principum* OCTAVII DE STRADA praemissa, quae vero in nostro exemplari, cum Iessenii a Iessen, Archiatri Caesarei, *monumento*, quo teste Wilh. Ernesto Tenzelio in *Monathlichen Vnterredungen* an. 1690. p. 862. in fine II. Tomi *Symbolorum*, IACOBO TYPOTIO parentauit, desideratur, vbi *fatis concessisse* dicitur, *cum vix ad huius Tomi* secundi *hieroglyphica Mystagogum suum absoluisset.* Emendatione igitur indiget, si in *lexico eruditorum* an. 1600. & anno 1604. mortuus dicitur. Conf. P. Baile *Dictionaire historique & critique* Tom. IIII. p. 2750 sqq. qui omnium optime, res ad eum pertinentes exposuit, Ioan. Mollerus l. cit. Wilhelm. Ernest. Tenzelii *monathliche Vnterredungen* an. 1690. p. 859. sqq. Io. Francisc Foppens *Bibliotheca* belgica T. I. p. 540 sqq. Librum, qui illi tot molestias in Suecia contraxit, bis euulgatum fuisse in Suecia, liquet e Claudii Arrhenii Oernhialm l. cit. p. 11 sqq. vbi ait: *quae paullo liberaliore manu, adduci a me oportuit, vt famosum libellum* IACOBI TYPOTII, *venenati conuincerem mendacii, quo ille suggerente veteri quodam congerrone*, Aegidio, *vt ipse fatetur, homine ignoto ac terrae filio, natalibus, vitae, famaeque* Ponti *adspergere voluit labem, quam foedissimam sibi consciuit ipsi, typis committens fuco dictionis pictas liuorisque plenas, calumnias; sed quid mirum est, allatrasse eum genus & famam* Ponti, *qui ne Regibus quidem, aut vlli* suecicae *gentis honesto viro satis fuit aequus, Etenim in monstroso illo ingenii foetu, recuso nuper a maleuolis, nefandi in bonorum famam sceleris consciis, atque ideo nec loci, nec editoris nomen proferre ausis, debaccha-*

 tur

tur in Ericum *ipsum*, *&* Iohannem *Reges*, *adeo non parcit aliis viris illustribus, ex ordine equestri, quorum gloriosa semper fuit, ac deinceps erit, apud posteros memoria. Quin imo, in religionem, & nationem ipsam, cuius, vt pontificius, e* Belgio, *sacrificulus, flagrabat odio, stolide nonnunquam inuehitur.* Editionem in Germania curauit Georgius Bartholdus Pontanus a Braitenberg, metropolitanae Ecclesiae pragensis Praepositus, olomucens. & budissin. Canonicus, Comes palatinus, & Protonotarius apostolicus, qui eam, cum *epistola* dedicatoria *ad* Guilielmum a Sancto Clemente, *Equitem* S. Iacobi de Spada, *Regis* Hispan. Philippi III. *ad* Roman. *Imperatorem* Rudolphum II. *Oratorem*, in lucem exire iussit hoc titulo: *Relatio historica de Regno* Sueciae, *& bellis ciuilibus, atque externis, non Regis* Sigismundi *tantum, & Principis* Caroli, *sed & maiorum, si quos nosse iam refert historiae plenioris caussa. Accesserunt varia diuersi generis carmina. Auctore* IACOBO TYBOTIO. *Cum privilegio Caesareo. Francofurti ex officina Typogr. Wolfgangi Richteri, sumptibus Nicolai Steinii* an. 1605. in 8. Librum ipsum non vidimus, sed eum esse, qui Auctori aduersa fata in Suecia peperit, adfirmat auctor *Thesauri bibliothecalis* Tom. II. p. 81. E titulo dubitatio quaedam nobis orta fuit, cum liber in Suecia euulgatus, & IACOBVS TYPOTIVS, iam in carcerem detrusus, eo tempore fuit, quo regni sceptra tenebat Ioannes III. hic vero, praecipue Sigismundi III. qui Ioanni, in regno succedabat, & fratris Caroli, Ducis Sundermanniae res gestas exponere, in titulo proditum est. Sed forte IACOBVS TYPOTIVS, relictis Sueciae finibus, librum suum denuo sub incudem reuocauit, & historia Sigismundi III. & fratris Caroli auxit, id quod aliis disquirendum relinquimus. Anno 1678. istam *relationem historicam*, cuius raritatem & Ioannes Vogtius in *Catalogo historico-critico libror. rarior.* p. 692. & *Catalogus Bibliothecae* Salthen. p. 410. & 439. confirmarunt, denuo prelo subiectam fuisse in 12. testis est *Thesaurus Bibliothecalis* l. cit. Fecit libri

bri mentionem Iacobus Augustus Thuanus in *Historia sui temporis* Libr. CXXXI. Tom. V. p. 999. edit. *francofurtens.* in 8. sed errorem admittere videtur, cum ab ipso TYPOTIO, istam *relationem*, ad Guilielmum a S. Clemente, Regis Hispaniarum apud Caesarem legatum, scriptam esse perhibet, quam mortuo iam TYPOTIO, vti iam retulimus, Georgius Bartholdus Pontanus a Braitenberg, editor, tantum modo legato hispano dicauit. Caeterum Thuanus, librum *multo candore, ac prudentia* scriptum esse existimat.

Symbola varia diuersorum Principum cum facili Isagoge D. ANSELMI DE BOODT *Brugensis, Sac. Caes. Mai. Aulae Medici.* Tomus Tertius. Cum grat, & priuilegio Summi Pontificis. & Sac. Caes. Mai. S. C. Mtis Sculptor Aegidius Sadeler Excudit Pragae M. D. C. III. (1603) pp. 179. exceptis foliis tribus prioribus.

Tertiae huic Parti praemittuntur *serenissimi Principis* Marini Grimani, Venetiarum *Ducis* insignia, cum Aegidii Sadeler *epistola* dedicatoria, in qua caussam exponit, quae illum permouerit, vt hunc *Symbolorum* Tomum ei inscriberet. *Existimaui me non male facturum*, inquit, *si Serenitati tuae haec mea Symbola humillime offerrem ac dedicarem. Praesertim quod Resp.* Veneta (*sub qua aliquot annos degi, ac initia artis calcographicae, & educationis meae habui*) *gratitudinis aliquod testimonium, a me desiderare videatur: ac nisi ingratus haberi velim, meorum laborum fructus aliquos, licet exiguos illi offerre debebam* &c. In ANSELMI DE BOODT *praefatione*, caussae narrantur, quibus Aegidius Sadeler adductus, alii quam Typotio, qui praeter ea tunc temporis, iam mortuvs erat, huius Tomi *isagogen* conscribendam commiserit: *Priores duos Tomos Isagoge illustrauit Doctissimus Vir* Iacobus Typotius *Sac. Caes. Maiestatis Historicus. Verum quia orationis grauitas non minus interpretem requi-*

requirit, quam Hierographiae Oedipo *indigebant, atque hac ratione neque lectori, qui auide interdum explicationem cupit, neque Sculptori, qui propter orationis obscuritatem emptores ab emptione voluminum deterreri arbitratur, satisfactum sit: studui vt vtrique facillimo ac perspicuo orationis genere satisfacerem; eoque magis quod res ipsa per se obscurissima, non obscuram sed claram, vt intelligatur, orationem desideret. Si interdum videbor Mystae mentem non assequi, id mihi a viro bono & candido vitio non vertetur. Cum nulla ratione fieri possit, vt animi concepta semper assequi liceat. Dedi in primis operam, vt nulli Hierographiae deesset explanatio, qua nullam tam obscuram esse, quin explicari possit, ostenderetur. Si nonnunquam stylus coactus, aut tectus videbitur; id scias lector figuram ac allusionem orationis ad gnomem postulare: Obscura enim non semper perspicue exponi possunt. Vno etiam tantum modo singulae explanatae sunt Hierographiae, licet multifariam explicari possint. Id studio feci; tum ne nimis curiose Principum arcana indagare velle viderer, tum vt tibi lectori aliqua exercendi ingenii ratio superesset. Scio multos fore, quibus oratio mea non placebit, sed nec* Iuppiter *omnibus placet. Non fuit mihi propositum* Typotii *stylum imitari, ac Grammaticis Oratoribus, vel Poetis solis haec scribere; sed omnibus & vel parum linguae latinae peritis; vt cuilibet vsui mea esse possent. Scripsit* Typotius *grauissimo stylo sibi non aliis, ac studiose non nisi studio intelligi voluit. Ego legentis mentem & ingenium haerere nolui. Haec itaque nostra candide lector qualiacunque sint aequo ac beneuolo animo, suscipe & in aeternum vale.* Pragae, *anno Christi 1603. Hierographias, & Symbola* hic Tomus complectitur, *Ducum, Marchionum, Comitum, & Principum* Italiae variorum, quorum prolixius in fine, index additus est.

De ANSELMO DE BOODT, siue vt nonnunquam adpellatur, BOETIO, brugensi, Rudolphi II. Imperatoris, caesareaeque aulae interioris Archiatro, vid.

vid. Io. Francisc. Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. I. p. 65.

CXX.

PHILOTHEI Symbola Christiana Quibus Idea Hominis Christiani Exprimitur. *Francofurti Apud Ioannem Petrum Zubrod. Anno MDCLXXVII.* (1677) in 4. form. maior. pp. 204. si folia 5. priora eximuntur.

Insignis raritatis testes sunt Melchior Hurterus, apud Danielem Gerdes in *Florilegio historico-critico libror. rarior. Groening. & Bremae* 1747. in 8. p. 225. *Analecta* nostra *literaria* p. 682. *Catalogus Bibliothecae* salthenianae p. 244. & 544. Auctor centum *Symbolorum*, quae satis eleganter aere expressa exhibentur, serenissimus est Princeps CAROLVS, tunc temporis, quo illa composuit, princeps dignitatis electoralis palatinae haeres, post obitum vero patris Caroli Ludovici, Elector palatinus, qui praematura morte, anno 1685. viuis ereptus fuit, vid. Vincent. Placcii *Theatrum Pseudonymor.* p. 505. Melchioris Hurteri, apud Gerdesium l. cit. *obseruatio*, *Nou-antiqua* anni 1727. p. 582. Edidit illa PAVLLVS HACHENBERGIVS, Professor quondam publicus, in Academia heidelbergensi, qui & *praefationem* composuit, & cuilibet *symbolo*, eiusque explicationi latinae, aliquot disticha latina subiecit. In *praefatione*, de ratione disseruit veterum, sapientiam tradendi pictis rerum imaginibus, & de insigni, quam eiusmodi prae se fert docendi ratio, vtilitate.

De PHILOTHEO, *symbolorum christianorum* auctore, haec habet: *Vix centesimus quisque est, qui iustum atque probum Emblema componat: at vix millesimus quisque est, qui de eo rectum, verumque ferre iudicium possit. Sed horum procax ignorantia, sicut* PHILOTHEVM, *virum summum, non absterruit, quo minus*

nus



nus, quoties ab altissimae fortunae meditamentis, ad diuerticula amoenioris ingenii secedere libuit, diuinum ingenium in hoc sapientiae genere exerceret; ita me perpulit magis, & inflammauit, vt caelestes, illos ingenii lusus in publicum proferre, ambitioso studio contenderim. Postquam enim iste sanctissima haec symbola doctissimis explicata commentariis, mihi communicasset, sollicitaui precibus modestiam eius, & tandem expugnavi, ne clarissimum opus inuideret erudito orbi, tantoque munere posteritatis spem defraudaret. Delectabat me illo ingeniosissima inuentio, acuminis & solertiae plena: in qua nec ornatui facilitatem, nec facilitati ornatum deesse animaduertebam. Ac quum alii plerumque ciuilem Prudentiam, arcanis dominationum venerandam, maiore audacia, quam veritate, Emblematibus intexant, aut vanos amores, profusasque cupiditates illis celebrent, ea in primis PHILOTHEI *placebat pietas, quod sancto & insolito ante caeteros conatu, hoc sapientiae genus ad sanctiores meditationes transferret, caeloque suo intentus, vitam christiani hominis, moresque emendaret — Quae cum primum legerem, caelestem aliquem mihi intueri genium visus sum qui inferiora haec, in quibus volutamus miseri, supergressus se totum caelo suo tradit, & quum maxima mortalium pars terrenis luctetur votis, sperandoque & optando consenescat, solus nihil praeter animi tranquillitatem optat, caetera Deo committit — Sed & mihi in hoc castissimo opere magnam praebebat voluptatem tersa illa atque ornata dictio, quam ad interpretandas imagines has pulcherrimas Auctor attulit, in qua me detinebat liquida ac profluens, & in nullas obscuritatis salebras incidens Eloquentiae copia, in qua naturalis, non fucatus nitor inest. Ac admirabili illa suauitate, puritateque sermonis recreatus, sentiebam mihi tenerius obsequium addi, vt piae ac diuinae mentis dotes in* PHILOTHEO *venerarer, praesertim quum non tardis lucubrationibus, longoque tempore processisset hoc orationis flumen, sed inexhausto quodam & rapido fonte celeriter prosiliisset; vt & ipse citius*

manum.

manum scribendo, quam ingenium excogitando inueniendoque fatigatum fateretur. — Mihi quidem facultatem eam esse praebitam vehementer gaudeo, qua ex doctissimis his symbolis, eorumque commentariis exstruere licuit carmen, quod tam pulchro operi subiunctum, simul ad aeternitatem suam canesceret. Ita enim de hoc clarissimo PHILOTHEI *monumento augurari lubet, illud omni aere perennius fore, dum & olim posteri linguas, in Magni Auctoris laudes soluent, & animos in exemplum component, & illum rerum ac verborum splendorem, illam dignitatem sermonis, illos caelestes impetus, & tot augustas sententias, tot virtutis praecepta, tot oracula admirari gestient. Ac quamuis ipse in tanto culmine collocatus, nostri haud indigus sit praeconii: quamuis singulari modestia praeditus, fortunae suae magnitudinem, ingeniique gloriam tegat; haec tamen vitae sanctitas, haec erudita pietas, hi mores castissimi, hic inusitatus virtutum omnium fulgor, ostendent illum, & posterorum ingenia laudibus eius fatigabunt* &c. Scripta est *praefatio* Heidelbergae *ad Kal. April. An. 1677.* Vt vero lectoribus nostris, quibus ratiorem librum, euoluendi, nulla potestas facta fuerit, innotescat, qua ratione doctissimus, pientissimusque princeps, hominis christiani officia, *symbolis* inuoluta tradiderit, vnum, ex tanta copia heic adscribemus *symbolum*, quo, a Christiano homine requiri, vt beneficus, & indulgens sit, docuit. Est illud XXV. p. 49. speculumque ob oculos ponit, quod incidentes solis radios reddit, adpositis verbis: *Lumenque a lumine reddit.* Explicatio, quam serenissimus Princeps dedit, talis est: *Nunquam Solis radii speculum perlustrarunt, vt non statim redderet luminis splendorem, & tam a latere, quam a fronte, omnia insigni claritate perstringeret. Deus immortalis, ineffabili amore in humanum genus ductus, pectora nostra incendit, donaque largitur eximia, vt nos gratuito erga ipsum animo, omnem nomini diuino attribuamus gloriam, actionibusque nostris reddamus honorem, quem nobis benignissime communicauit. Id praestabimus, si & benignitatem eius laudibus extollamus, & illa faciamus,*

mus, quae tam ad nominis illius propagandam excellentiam, quam ad proximi nostri vtilitatem pertineant. Quid enim, improbe, caelestium munerum iactas splendorem, si Creatorem tuum despectas, si quotidiana excitatus arrogantia, iniquissime maiestatem diuinam polluis, si rebus prosperis occoecatus, ad luxuriam raperis, & proteruam ambitionem modestiae & humilitati anteponis? Reddendum illi est lumen, a quo accepisti: cuius magnitudinem dum casto veneraris animo, dum cuncta nomini tanto tribuis, id tibi concilias, vt maiore lumine fulgeas. Sed & proximo communicandum est, quod in Te eximium est, seu prudentiae ingeniique laudibus insignis inclarescis, seu manu promptus, fortitudinis famam obtinuisti, seu opum potentiaeque magnitudine caeteros antecedis. Proximus Deo est, qui in mortales beneficus, munera sua grato animo dispensat, & liberalitate indulgentiaque humanum genus sibi demeretur. PAVLLVS HACHENBERGIVS illa eiusmodi versibus expressit:

Clara repercusso reddit sua lumina Phoebo,
Et nitidum speculi spargit imago iubar;
Acceptosque refert ignes, radiisque coruscis
Assimilat frontem, pulcer Apollo *tuam.*
Hoc fragilis faciat vitri quum vilior orbis,
Quid mea non facient pectora, magne Deus?
Quod radio placeoque, tuum est. Nec pulchrior ignis
Me lustrat, quam qui redditur ipse tibi.

* * *

Immissos speculum radios a Sole retorquet,
Lumenque ex ipso lumine vibrat ouans.
Non splendet fulgore suo, sed debet honorem
Huncce suum Soli, qui dedit omne decus.
Si, Deus alme, meam lustrat tua gratia mentem,
Illa refert radios irradiata tuos.
Redde, tibi reddam: sine de mens frigida torpet;
Illustrata tua luce potenter agit.

Melchior Hurterus l. cit. & Auctores *Nou-antiquorum* l. cit. librum *in folio* euulgatum esse scribunt, id quod illis facile concesserimus, quamuis editionem no-

noſtram in 4. excuſam, ab illis exemplaribus, quae *in folio* excuſa ſunt, non niſi chartae magnitudine, differre; & vnam eamdemque eſſe editionem crediderimus. Repetita exſtat editio *Lugduni Batauorum* 1691. in 12. & in ſermonem conuerſa teutonicum, titulo: *chriſtliche Sinnbilder* prodierunt *Francofurti* 1679. in 12. vid. *Catalogus Bibliothecae* ſalthen. p. 544.

CXXI.

ROEMER *Viſſchers* Zinne Poppen; alle verziert met Rymen, en ſommighe met Proze; door zyn Dochter ANNA ROEMERS. *T'Amſterdam By Willem Jansz. opt' water inde Sonnewyſer met privillegie voor vyf Jaaren* in 12. folior. 185.

Et haec collectio *Emblematum* figuris nitidiſſimis condecorata, raro extra Belgium prodire ſolet. Auctor eorum ROEMERVS, *vir*, vt a Caſpar. Barlaeo *Epiſtol.* CCCCXL. p. 867. adpellatur, *argutiſſimi ingenii*, ſeculo XVI. exeunte, Amſtelodami, exemplo poetae bilbilici *epigrammatibus* ſuis inclaruit, Martialisque bataui cognomen obtinuit. E. viuis exceſſit die XI. Februar. 1620. Sunt inter viros doctos, qui illum *piſcatorem*, ſiue *Viſſcher* nominatum fuiſſe exiſtimant, propter ea, quod piſcatu vixerit, v. c. Io. Caſp. Ebert in *eroeffneten Cabinet des gelehrten Frauenzimmers Francof, & Lipſ.* 1706. in 8. p. 301. Auctor S, R. *lexici eruditor.* Tom. III. col. 1171. id quod eo facilius nobis perſuademus, cum filiae eius ANNA, & Teſſala, cognomento ROEMERIAE, a ſcriptoribus adducantur. Si enim patri cognomen *Viſſcher* fuerit, vt Io. Franciſc. Foppens in *Bibliothheca* belgica Tom. II. p. 1083. Io. Ludolph. Benthem in holländiſchen *Kirchen- vnd Schulen-Staate* P. II. Cap. IIII. §. 70. & Auctor S. R. *lexici eruditor.* Tom. IIII. col. 1647. exiſtimare videntur, filiae etiam ſine dubio *Viſſcheriae* non ROEMERIAE adpellatae fuiſſent.

Inueniuntur in hac collectione 185. *emblemata,* cum explicationibus partim poeticis, partim proſaicis, cum

a ROEMERO, tum ab eius filia, ANNA, de qua mox dicemus, compositis. Illae, quae filiam ANNAM auctorem habent, literis initialibus A. R. in fine notantur. Originem libri, & vocis *Zinne-Poppen*, in *praefatione Tot den goetbertighen Leser* exposuit hisce verbis: *Gunstighe Leser, het sal u mogelijc vreemt gheven, dat wy dit werck Sinnepoppen noemen: ik beken wel, dat het in den eersten aensien hart valt: dan overleggbende dat het principael bestaet half in een Poppe ofte Beelt, en de ander Helfft by een sententie, spreckwoordt of gheggetjen so siet hier in't woort, Sinnepop, de bedeeckenisse van't voorstel, immer soo wel ghetroffen te wesen, als in't* Italiaensch, *die't* Impresa, *ofte in't* Griecx *en* Latijn, *die't* Emblema *intituleren, die daermede nit so volkomen de zin en roeren, als het woort of tytel die wy ghestelt hebben, en bysonder om dat het onse suyvere Moeders tael is, die wy gheneghen zijn te vbolghen, en nae ons vermogen de verrijcken: hebben voort ghevolgt de regelen die* Paulus Iovius *daer afgheft, te weten, datter geen menschelijcke forme en behoort ghebruyckt de worden, het welck wy oock gedaen en ghevolght hebben in de eerste twee Schocken, dan het derde Schock is wat uyt den bandt gesprongen: behaeght het u, soo ist goedt: soo niet, so acht het voor vuyl pampier, ende slaet het over. Dit werck had ick doen conterfeyten of malen in seecnere pampieren bladen, doch sonder eenighe uytlegghinghe oft glose, om tot vermaeckelijckheyt, ende voort die altemet een goedt vriendt te vertoonen, met de mondt beduydende wat mijn meninghe was: dan om dat de Drucker daer wel toe ghesint was, om die voor alleman ghemeen te maecken, heeft sommighe goede vrienden opghemaeckt, die my ghebeden, jae gheboden hebben, eenighe kleyne glosekens of bedietselen daer op te willen geven, het welck ick met onlust ghedaen hebbende, mijn self niet heb konnen vernoegen: dan't is soo het is, Bancket voor goede vrienden wort nimmermeer ghelaeckt of mispresen; de hongherige die is sly, laet hem met grove kost en swart broodt haest vernoegen: en vor de leckere tonghen ofte dertele kiessche*

sche ooren ist nit ghesehottelt, dan voor de Boeren die haer garen in dusdanige weyden gaen verlustighen, daer de vogelkens singhen Latijnsche *melodie, met platte botte* Hollandsche *tonghe* &c. In fine editionis, quae sine die, vt aiunt, & consule, in lucem exiit, eiusmodi ROEMERI legitur epitaphium:

Graffschrift.
ROEMER Visscher *rust hier binnen,*
Moegespeelt met Hollandschs *jock,*
Want by Quicken by de Schock
Schreef, en Popte met de Sinnen,
Siend' als wereld's wetenschap
Aen, voor vulsel van de kap.

In *Catalogo Bibliothecae* hulsianae P. IIII. p. 49. occurrit editio *Amstelodami* 1614. in 4. excusa, & p. 102. editio *amstelodamensis* 1678. in 8.

ANNAM ROEMERIAM, ob ingenii & poeseos celebritatem, viri suae aetatis doctissimi, summis prosequuti fuere laudibus, & in felicitatis parte, quasi collocarunt, si cum ea, amicitiam contrahere potuerunt. Testes illius rei sunt *carmina* encomiastica Iacobi Cats, & Iusti van den Vondel, *emblematibus* Patris praemissa, vbi Palladis, & Sapphus batauae elogio passim ornatur. Testis praeter ea est Caspar. Barlaei *epistola*, qua illam Eryco Pateano commendat: *Qui eruditam*, inquit, *iuuentulem saepe literis meis prosequutus sum, Vir clarissime, iam matronam, ingenii & poeseos fama, apud* Batauos *celebrem Tibi commendo. Nibil petit, nisi vt alloquio, hoc est, ipso* romanae *facundiae ore frui possit, dum* Louanii *est. Scis aquilas solis conspectum ferre; etiam haec doctissimorum virorum in* Belgio *vultibus se intrepida offert. Nam & ea loqui potest, quae a doctrina & humanioribus literis, aliena non sunt, & ea scribere, quae sexum anteueniunt. Inclaruit hic apud nos multis retro annis,* belgica *poesi, grata maximis patriae viris, quos nominis, & eruditionis fama eruditiorum vulgo secreuit. Est illi soror* Tessala, (vt a Io. Francisco Foppens in

Biblioth. Belgica Tom. II. p. 1083. adpellatur, Tesſelſchada) *dicta*, *quae poema* belgicum *pangit*, *in ſummorum poetarum inuidiam. Huic nomen eſt* ANNAE ROEMERIAE. *Pater argutiſſimi ingenii vir plurima edidit epigrammata ſenſus acutiſſimi*, *ad exemplum* bilbilici *poetae*, *vt non vno nomine*, *fauore tuo digna videatur. Geſtit illa arcem tuam*, Grudiorum *nempe* Helicona *conſcendere*, *vt ingenii ſui monumentum aliquod eiusdem arcis laudatione apud Te deponat. Religionis veſtrae eſt*, *filiosque duos diſciplinae* Ieſuitarum, *apud vos commiſit. Illi iam ad academiam adſpirant*, *& propediem dimittendi e triuio. Quidquid officiorum praeſtiteris laudatiſſimae matronae*, *mihi praeſtitum putabo*, *& humanitatem tuam diffundes in plures*, *apud quos illa in pretio eſt.* Epiſtola haec ſcripta eſt, Amſtelod. *IIII. April.* 1642. & legitur in Collectione *Epiſtolarum* Caſparis Barlaei P. II. *Amſtelod.* 1667. in 8. p. 866 ſqq. Conf. Io. Caſp. Eberti l. cit.

De ſorore Teſſela vid. Caſpar. Barlaei *Epiſtolae* paſſim. Eiusd. *Dialogi nuptiales* p. 9. Io. Caſp. Eberti l. cit. p. 354. Daniel Georg Morhofs *Vnterricht von der deutſchen Sprache vnd Poeſie*, *Lübeck* 1700. in 8. Cap. V. p. 248. Chriſtian. Iunckeri *Centuria feminar. illuſtrium* p. 128.

CXXII.

Brabbeling van ROEMER *Viſſcher* Byhem ſelven overſien, en meer als de helft vermeerdert. *t'Amſterdam By Willem Jansz. op't Water*, *in de Sonne-Wyſer* 1614. in 12. pp. 206.

Priorem hic libellus raritate aequat; Plura ex iſtis *poematibus*, inſcio auctore, fuiſſe excuſa, refert in *praefatione*, id quod illum commouit, vt ipſe de editione eorum ſollicitus eſſet. Pagina 10. hoc legitur epigramma:

Vraecht yemant, *is* ROEMER *uyt zün ſin*
Dat hy met brabbeling maeckt vuyl zijn papier:

So vraecht hem weder meer noch min.
Wat sal dan doen? sal hy gaen te bier?
Wat leydt daer an, alsmen moet rasen,
Tis so goet in't papier, als in de glasen.

Poemata, quae heic leguntur, in varias distribuuntur classes. Sic occurrunt *Seven Schock van de Quicken; twe Schock van de Rommelsoo; Raetselen: Tuyters: Jammertiens; Tepel-wercken; & sommighe ghedichten van* HENDRICK LAVRENTSZ SPIEGHEL. Is HENRICVS LAVRENTII (Laurenszoon) SPIEGHEL, mercator fuit amstelodamensis, & poeta celebris, cuius & hodie magni aestimantur *poemata*, in primis luculentum illud carmen ethicum, quod titulo *Hert-spiegel* composuit, cuiusque editio haud ita pridem *opgeheldert door* F. Vlaming, *Amstelodami* 1723. in 8. cum figuris aeneis euulgata fuit. Fatis concessit anno 1612. vid. Io. Ludolph Benthems holländischen *Kirchen- vnd Schul-Staat* P. II. Cap. IIII. §. 69. Io. Francisc. Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. I. p. 455.

CXXIII.

*Officii Misse sacrique canonis expositio. & signorum que inibi quotidie fiunt mistice representacionis declaracio. cum periculorum contingere potentium obuiatione. in alma vniuersitate lipczensi edita. Incipit feliciter. in fol.

Hac ratione inchoatur liber, qui tantae raritatis est, vt non solum Ludouicus Ellies du Pin, inter deperdita opera eum numerauerit, sed alii scriptores etiam, qui auctoris VINCENTII GRVNERI fecerunt mentionem, illum MS. tantum modo, in bibliotheca paullina lipsiensi exstare adnotauerint. Nos ipsi opus non vidimus, sed notitiam quamdam illius, beneuole nobiscum communicauit, qui illud, in instructissima libris rarissimis bibliotheca adseruat Reu. Pat. C. Maior, Canonicus apud Mechlinienses, ecclesiae S. Ro-

mual-



mualdi cathedralis, & Protonotarius apostolicus. Exscriptum est *literis*, vt verba C. Maioris ferunt, *semigothicis, sine chartarum ciferis, literis bibliopegorum, nec reclaminibus. Literae initiales, satis pulchrae adpictae sunt*, & praefatio hisce verbis inchoatur: *Reuerendi patres & domini. Cogitanti mihi crebrius ac diligenti indagine diebus multis & noctibus, in armario mentis mee reuoluente quid laboris quidue vtilitatis, pro felici incremento nouelle plantationis, illustrium principum dominorum marchionum* missenensium, *videlicet alme nostre vniuersitatis* Libczensis *facere possem & exbibere cum effectu* &c. Initio libri primi *capituli* primi tractatus secundi, *literis* legitur *rubricis: Incipit tractatus de sacramento Eucharistie in alma vniuersitate* lipczensi *compositus.* Quo vero tempore, quo loco, & a quo typographo excusum fuerit opus, nec vola, nec vestigium exstat. Persuadet sibi Possessor, *Lipsiae* editum esse, circa annum 1470. vel 1472. ad quam eius sententiam accedere non possumus. Extra omnem dubitationem enim positum est, artem typographicam anno demum 1480. Lipsiae innotuisse, & Conradum Kachelofen primum fuisse, qui eximiam artem, in istam vrbem intulit. Confirmat istam opinionem, quod nullus, ad hunc, quo viuimus, diem, repertus fuerit liber, de quo certissime adfirmari possit, quod ante annum 1480. excusus Lipsiae fuerit. Vetustissimus sane libellus est Ioannis Widmanni *de numerorum doctrina*, quem teutonice, a *Conrado Kachelofen*, anno 1480. editum nouimus. Illius rei indicium fecit Paullus Pater in *Dissert. de typis literarum Lips.* 1710. in 4. p. 29. & 59. Conf. Io. Henrici Leichii *de origine & incrementis typographiae* lipsiensis *liber singularis* Cap. I. p. I sqq. & eiusd. *Annales typograph.* lipsiens. p. 63. Sin igitur VINCENTII GRVNERI opus notas annorum 1470. & 1472. prae se fert characteristicas, non *Lipsiae*, sed alio loco impressum sit, necesse est.

VINCENTIVS GRVNERVS, non Lipsiae, vt Petrus quidem Albinus, in der meisnischen *Landchronica*

ca

ca, *Dresd.* 1589. in fol, Tit. XXV. p. 335. Matth. Dresserus in *isagoge historica Lips.* 1587. in 8. P. V. *de praecipuis* Germaniae *vrbibus* p. 371. & Ioannes Friderichus, in *panegyrico seculari*, *de origine*, *incrementis*, *& fortuna academiae* lipsiensis, *an.* 1609. *publice recitato* p. 22. editionis, quae in calce *Lipsiae* Dauidis Peiferi *Francof.* 1700. in 8. occurrit, prodiderunt, sed Cygneae prognatus fuit. Illi inprimis Lipsia acceptam refert originem academiae florentissimae, quam moenibus suis fouet. Is enim artium in academia pragensi magister, & theologiae baccalaureus; illo tempore, quo Germani, in tres nationes distincti, tum ob husitica dogmata, magis ac magis inualescentia, tum ob tria suffragia sibi denegata, academia pragensi, anno 1409 sponte abirent, cum reliquis magistris, doctoribus, baccalaureis, & studiosis, in Saxoniam se contulisse, & Fridericum Bellicosum, sua permouisse facundia traditur; vt profugis Musis, sedem & hospitem, in vrbe lipsiensi concederet. Quare etiam factum est, vt primus in noua academia theologiae professor, & primus facultatis theologicae Decanus, magna omnium consensione constitueretur. Errat vero Ludouicus Ellies du Pin, cum in *Bibliotheque des Auteurs ecclesiastiques* VINCENTIVM GRVNERVM, primum Academiae lipsiensis Rectorem adpellat. Nam fasti academiae lipsiensis, satis superque docent, primum, qui illam gessit dignitatem, fuisse M. Ioannem Ottonem de Monsterberg, & secundum M. Helmoldum Glaedenstaedt de Soltwedel. vid Io. Friderichi *Panegyricus secularis* l. cit. p. 26. Dauid. Peiferi *Lipsia* L. III. p. 308. Zachar. Schneideri *chronicon* lipsiense *Lips.* 1655. in 4. L. VI. p. 311. Anonymi *Centuria Scriptorum insignium*, *qui in celeberrimis praesertim* lipsiensi, wittenbergensi, francofordiana ad Oderam *academiis*, *a fundatione ipsarum*, *vsque ad annum Christi 1515. floruerunt. Helmstad.* 1660. in 4. p. 1. das *Leben* Io. Ottonis a Münsterberg in *Vergnügung müßiger Stunden* P. I. *Lips.* 1713. in 8. p. 67 sqq. aliique, quos silentio transmittimus scriptores. VIN-

CENTIVM GRVNERVM tertium fuisse Academiae rectorem, anno 1410. die S. Galli creatum, patet e matricula apud Zachar. Schneiderum l. cit. p. 312. Tandem circa annum 1415, in Cistercienfium monasterium cellense se contulit, & ibidem, anno nescimus quo, e viuis discessit, ibique sepultus fuit. Vid. Michaelis Müris, Galliculi, monachi cellensis, *Epistola* dedicatoria, qua Claudiani Mamerti *de statu animae* librum *Lipsiae* 1519. excusum Martino de Lochaw S. Theologiae Professori, & Coenobii cellensis Abbati dicauit. Legitur illa in Christiani Schlegelii *ἀποσπασματίῳ de* Cella veteri, *ditionis ac dioeceseos* misnensis, *inclyto quondam* cistercienfis *ordinis monasterio*, *ac illustri Marchionum* misnensium *conditorio*, *Dresdae* 1703. in 4. p. 113 sqq. Praeter opus, quod descripsimus, quodue in membrana scriptum, exstare in bibliotheca paullina lipsiensi, retulit Ioachimus Fellerus in *Catalogo Codicum MS. Bibliothecae* paullinae lipsiensis, *Lips.* 1704. in 12. p. 180. composuisse dicitur VINCENTIVS GRVNERVS *de quaestionibus disputatis Libr. I. Compendium artium pro Baccalaureandis grammaticae scilicet logicae, physices, & astronomiae Libr. I.* & *rhetoricae siue de compositione epistolari libr. I* vid. Ioach. Felleri *Catalogus codicum MS. bibliothecae* paullinae lipsiensis p. 324. & p. 360. Legi de VINCENTIO GRVNERO merentur praeter scriptores citatos, Ioan. Trithemius *de Scriptor. eccles.* Cap. DCCXXVI. p. 168. edit. Io. Alb. Fabricii, Iosias Simlerus in *Bibliotheca* p. 679. Anonymus in *Centuria Scriptorum insignium,* quam supra memorauimus, num. XXVII. qui ei tale scripsit elogium: VINCENTIVS GRVNER *natione* Misenensis, *patria* Zuickauiensis, *disciplina* Lipzensis, *Collegii maioris inibi Collegiatus, vir in liberalibus & tota philosophia vndecunque doctissimus. Hic post translationem* Pragensis *studii in* Lipzs *multos per annos cum magno scholarium prouentu in Philosophia desudauit: atque cum pene totam vitam in aliorum eruditione absumsisset, reliquit praeter caetera quaedam ingenii sua praeclara monumenta*

pro

pro pueris edita, quibus se memorandum mandauit: ex quibus superexstant adhuc apud Lipzenses:

Grammaticae liber I.
Rhetoricae lib. I.
Quaestionum disputatarum lib. I.
Super canonem missae lib. I.

Et quaedam alia, quae temporis intercapedo interrupit. Claruit autem A. D. 1410. Rector studii. Conf. etiam Ioachimi Felleri *Cygni Quasimodogeniti, h. e. clari aliquot* Cygnei, *quorum in chronico* cygneo, *aut nulla, aut superficaria facta est mentio, ab obliuione vindicati Lipſ.* 1686. In 4. Cap. I. Christiani Schlegeli *de* Cella veteri ἀποσπασμάτιον §. 82. p. 100 sqq. & quod data, vt aiunt, opera GRVNERI exponit vitam, Ioannis Teuchleri *Schediasma de* VINCENTIO GRVNERO *Martiis.* 1709. in 4.

CXXIIII.

*PETRI DE MONTE, *Episcopi Brixiensis*, Repertorium. *Pataui* 1480. II. Tom. in fol. form. max.

Ipsi librum rarissimum non vidimus, sed ea tantum modo heic referimus, quae de illo Eminentissimus atque reuerendissimus Princeps ANGELVS MARIA, R. E. Cardinalis Bibliothecarius, QVIRINVS scripsit ad Virum Clariss. Iosephum Aurelium de Ianuario, in neapolitano Athenaeo Iuris feudalis Professorem, Senatorémque ac Consiliarium regium, Brixiae d. IIX. Maii an. 1754.

— *Opus* PETRI DE MONTE *in bina maxi-„mae molis volumina dispertitum* Pataui *impressum „fuit an. 1480. quumque pro certo habeam penes vos „nusquam extare (post editionem illam**) *quod qui-„dem ego sciam minime recusum, atque omnino ra-„rum vel in hisce nostrarum regionum Bibliothecis) „mihi persuadeo, Te muneris loco acceptaturum eius-„dem*

*) vid. Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 412.

„*dem, quam ex MS.* Vatic. *Codice hausi*, praefatio-
„nem. *Ea enim vel ex se sola certum Te faciet,*
„PETRVM DE MONTE *eum fuisse, de quo iure di-*
„*cere valeam*,

„Huic meliore luto fingens praecordia legum
„Diuą parens, generoso incoxit pectus honesto.

„*ac proinde iis labibus vacasse, quarum tuo, & alio-*
„*rum iudicio expertes minime fuisse* Accursium, Bar-
„tolum, *&* Baldum, *ac quotquot istos sequuti sunt,*
„*tuum illud opus a) nos edocet. Certe ipsemet titu-*
„*lus, quem suis illis stupendae, vt dixi, molis Volu-*
„*minibus* PETRVS DE MONTE *apposuit, purus*
„*nimirum, putus, & ingenuus* Repertorium, *statim*
„*tibi declarabit, hominem illum in Opere suo elu-*
„*cubrando ostentationi nihil dedisse, sed solidam do-*
„*ctrinam vnice adamasse. Non quantam bilem tibi*
„*moneant superbae nimis, & ambitiosae librorum in-*
„*scriptiones, ab effraeni arbitrio inuentae, quas iu-*
„*ste reputas inanes pompas, futilia ornamenta, obscu-*
„*ra aenigmata, vno verbo, Vmbram pro corpore.*
„*Titulorum quorundam, quos recitas, portenta iure*
„*reiicis, damnas, & derides, professus si quis Tibi*
„*detur liber, cui sit appictus huiuscemodi adulteri-*
„*nus, & meritricius apparatus, statim, ne tibi lectio*
„*nauseam creet, Te clausurum, atque e manibus*
„*abiecturum. Contra igitur, si tibi innotuisset Vo-*
„*luminum* PETRI DE MONTE *simplicissimus ille*
„*titulus, is ipse scribentis animum ad saniora vni-*
„*ce intentum Tibi commendasset. Quae autem eidem*
„praefationi *initium facit Virtutis commendatio, adeo*
„*abundat praeceptis, institutisque philosophiae ethi-*
„*cae, vt nemo dixerit* PETRVM DE MONTE *iis*
„*accensendum, qui, vt scribis, tanti non esse hu-*
„*meros suos fatentur, vt vtrumque valeant onus subi-*
„*re, totos se Iurisprudentiae tradere, sed inter illos*
„*denumerandum qui optime norint, Iurisconsulti ma-*
„*xime interesse causas tenere omnes de Religione, de*
„*pietate, de caritate patriae, de bonis rebus, &*
„*malis*

a) *de Republica Iureconsultorum.*

„*malis, de virtutibus ac vitiis. Adeo etiam abfuit* „*a libidine, quae, vt ais ipfe quoque, forenfes quamplures Scriptores inuafit, palam edendi fuos commentarios, in quibus pudendum furtiuarum rerum* „*aceruum inueniet quisque, indeque primam iuris doctrinam, pudicam, & virgineo quodam flore nitentem, aut ineptiffimo, aut fenticofo difputationum* „*aceruo ridicule confpurcandi, adeo inquam abfuit,* „*ab hac labe, & ignominia* PETRVS DE MONTE, „*vt fideliter omnino haufer it ex puris legum fontibus* „*quaecumque in fua illa volumina congeffit, idemque* „*ad veterum Interpretum dicta legentes fide remiferit,* „*quoties horum auxilio opus effe putauit ad tollendam* „*dubiarum rerum obfcuritatem. Demum praeclara* „PETRI DE MONTE *laus fuit veterum hiftoricorum* „*memorabilia in numerato habere, quin politioris literaturae genus omne tenere, vt ftatim manifeftum faciet eadem* praefatio. *Eam libentius fubiungam,* „*quod praeter Operis illius, quam dixi, raritatem,* „*nomen ipfum* PETRI DE MONTE *latere deprehenderim* Annal. Typogr. *parentem, quippe qui inter libros an. 1476. typis vulgatos recenfens a)* Repertorium PETRI Epifcopi Brixienfis, duob. Voluminibus per Andream Frifner Bunfidelenfem, & Ioannem Senfenfchmid Ciuem Nuremburgenfem fol. *iftud tribuendum putet* Berthorio, *fiue* Berchorio Priori Monafterii S. Eligii Parifienfis, *cuius Opus dicitur* Morale Repertorium *fiue* Dictionarium vtriusque Teftamenti *b)* Orlandus *quoque in libro* de origine & progreffu Typographiae *c) non aliud* PETRI DE MONTE Repertorium *nouiffe videtur, nifi theologicum.*„ Ex *praefatione* PETRI DE MONTE quam ex MS. codice Bibliothecae vaticanae inferuit

a) Tom. I. p. 358. Si Ioanni Alberto Fabricio fides habenda fuerit in *Bibliotheca latina med. & infim. aetatis* L. XV. p. 794. eodem anno 1476. PETRI DE MONTE *Repertorium* lucem vidit *Romae* in fol.

b) vid. *Analecta* noftra *literaria* p. 93.

c) p. 29.

ſeruit eminentiſſimus QVIRINVS, oppido prolixa, ea tantum modo excerpemus, quae ad notitiam operis faciunt, cum illam integram adſcribere inſtituti noſtri ratio minime pati videtur

Quoniam neque a natura, inquit PETRVS DE MONTE, *tantam memoriae vim conſecuti ſumus, vt omnia complecti valeamus, ars quoque ipſa memorandi haud quaquam ſufficere videatur, quidam libros, quos* Summas *adpellant, ediderunt, in quibus breui, & compendioſo ſermone, ſuis quasque titulis legum, Canonumque ſanctiones complexi ſunt; quo profecto labore in inueniendis definiendisque caſibus non parum adiumenti attulerunt. Plerique id non ſatis ſufficere arbitrantes,* Repertoria *quaedam, ſic enim eos libros a reperiendo vocant, conſcripſerunt; & horum quidam per titulos, quos* Rubricas *dicimus, vt illi ſuperiores, quidam per editiones quaecunque ſparſim in tot voluminibus diffuſa ſunt, veluti in auguſtum quemdam locum coarctarunt, ita vt quid quisque de quacunque re, & quo in loco ſcripſerit, recenſentes, compendioſe, breuiterque perſtrinxerint. Et quoniam ad res facilius inueniendas, inuentasque memoriae commendandas maximum praeſtare ſolet ordo adiumentum, idcirco priſci illi doctiſſimi viri omnes omnino dictiones, ſub quibus vniuerſam iuris, legumque materiam complexi ſunt, ſecundum Alphabeti ordinem texuerunt, ita vt quae prior in Alphabeto litera fuerit, earum dictionum, quae ab ea incipiunt, materiam prius, tractatumque poſuerint. Vnde cum* A. *litera primum locum ſibi inter literas vendicet, ab ea primum inchoant, eiusque naturam, ac ſignificationem, prout Iuris periti de ea ſcripſerunt, quam breuiter ſubiiciunt. Poſt hanc ſequitur dicti* AB, *deinde* Abbas, Abbatiſſa, *& ſic de reliquis, quae ab hac litera* A. *incipiunt dictionibus, interque eas ordinem ſeruant, vt prius de his, quae ab his* A. B., *quam de his, quae ab* A. C. *initium habent, tractare incipiant.*

Prius

Prius ergo de hac dictione Abbas, *quam de dictione* Actio *tractatum esse inuenies. Tunc expedito tractatu earum dictionum, quae ab* A. *inchoant, de litera* B. *suisque dictionibus prosequuntur, huncque ordinem in omnibus aliis literis & dictionibus seruant, ita vt facile sit, si de quacunque re dicere, tractare, aut disputare volueris, per quos, in quo loco, quidue de ipsa plene scribatur, illico, & ad manum reperire. Horum doctissimorum hominum libros, cum Iuri operam daremus, libenter & studiose perlegimus, vtpote quos ad hanc infinitarum pene rerum memoriam adiuuandam plurimum vtiles ac necessarios esse cognouimus, eorumque Auctores, qui pro communi studiosorum omnium vtilitate labores maximos susceperunt, dignos semper censuimus laude & gloria immortali. Verum hos singulos singulis in rebus, ac disciplinis elaborasse comperimus, neque vnum omnia fuisse complexum. Quidam enim, quod ad Ius ciuile attinet, tantum tractantes, sacrorum Canonum libros summis, vt aiunt, labiis tetigerunt, plerique sacris solum Canonibus intendentes, Ius ciuile intactum reliquerunt. At quidam vtriusque iuris eruditissimi vtrumque abunde copioseque amplectentes, Theologorum tamen sententias penitus praetermiserunt, quod profecta, pace, tantorum Virorum dixerim, labores eorum mancos reddit, & diminutos, cum plerumque aliter leges, aliter Canones, aliter Theologi de eadem re statuant, ac definiant. Nos vero post multorum annorum studium, labores, vigilias, plurimorumque librorum assiduam lectionem, cum ex infinita rerum congerie, multa excerpserimus, quae ab aliis vel non visa, vel oblita, seu neglecta fuerant, decreuimus tandem* Repertorium *nouum componere, vt nostra opera quantulacumque sit, eorum, quos haec studia delectant, difficultati, aut necessitati subueniamus. Coelesti itaque adiuti praesidio opus omni ex parte, vt credimus, absolutum, atque perfectum èdidimus, in quo seruato eo, quo supra dixi,*

xi,

xi, ordine, quidquid sparsim & in magnis, multisque codicibus dictum est, facile poterit reperiri. Sed & quae ab aliis istiusmodi Repertoriorum *scriptoribus aut diminute aut parum ordinate sunt posita, in ordinem debitum reduximus, &, vbi necessarium visum est, supplere curauimus, adiunximus quoque, quod praecipue nostrum est, prout cuique tractatui conuenire putauimus, Theologorum, & praecipue* S. Thomae Aquinatis *sententias, vt ad veritatem abunde, copioseque cognoscendam nihil studiosis deesse possit. Qua quidem in re quantum profecerimus, quantumque vtilitatis nostris hominibus attulerimus, aliorum volumus esse iudicium. Neque in hoc opere quisquam a nobis expectet omnium dubitationum, & quaestionum veram, perfectamque definitionem, atque sententiam. Id enim in iure est perdificile, ac pene impossibile, cum multis interdum distinctionibus, multisque diuisionibus opus sit, vt veritatem certam, ac solidam attingamus. Quando igitur simplex, aut facilis dubitationis est solutio, vel clara, & concors Sapientum decisio, tunc non quaerendo tantum, sed difiniendo procedimus. De his vero quae longiorem inuestigationem, ac distinctionem requirunt, ad eos, qui late scripserunt, quaestiones formando remittimus. Illud autem pollicemur, nihil in vtroque iure memoratu dignum (communia enim & vulgata interdum omisimus) fuisse a quoquam dictum, quod non a nobis recensitum, ac suo loco, suoque ordine descriptum sit, ita vt vel in hoc nostro opere, vel in eorum libris, ad quos remittimus, veram decisionem quisque diligens valeat invenire. Monemus autem omnes, qui hoc nostrum opus in manus sumpserint, ne illud superbo, aut arroganti animo legant, vel accusent, lacerent, aut nobis quomodolibet detrahant, aut hunc multorum annorum laborem assiduum reprehendant. Nos enim neminem ad legendum compellimus, sed quibus placuerit Veterum libri, quos omnes scimus laude*

&

& gloria extollendos, illos habeant, in illis versentur &c.

„*Haec in operis sui limine*, pergit eminentissimus „QVIRINVS, *edisserens* PETRVS DE MONTE, „*cui non se praebeat Iurisconsultum omnino promeritum, ne sibi inter Optimatum tuorum subsellia locus denegetur? Tria scriptorum iuris, vti reliquorum omnium, vitia praecipua paucis bisce verbis a* „*Te comprehendi reperio*, Aut quod minute nimis, „ac inutiliter, aut quod plus aequo subtilior, ac „obscure, aut denique quod barbare, & inuolute „res pertractent. *Vitia ista sedulo* PETRVM DE „MONTE *in suo illo* Pepertorio *euitasse, methodus* „*ab ipso suscepta res pertractandi, quamque exposuit* „*in ipsa* praefatione, *fidem abunde facit.* — *Atque haec quidem satis esse reor, vt certo Tibi constet, nihil me largitum fuisse caritati erga patriam,* „*nihil amori erga cathedram episcopalem, cui insideo,* „*dum* PETRO DE MONTE *Optimatis locum, in* „Republica *a Te instituta deberi contendo*.„

PETRVS DE MONTE, siue MONTANVS, venetus, artium Doctor, Seculo XV. inclaruit, & in primis ob eximiam theologiae, iuris ciuilis, & canonici peritiam, & propter plures, quas pro sede romana obiit legationes, celeberrimus ea aetate factus fuit. Eum in gymnasio patauino, studiis literarum elegantioribus dedisse operam, patet ex *oratione inuectiua, aduersus ridiculum quemdam oratorem*, quam Hermolai Barbari, Episcopi veronensis, Francisci, ex Zacharia fratre nepotis, auctoritate permotus, ad Andream Iulianum, Venetum, *patricium virum* conscripsit, & in illa Guarinum veronensem, Franciscum Barbarum, Andream Iulianum, aliosque viros doctissimos, ab inepti oratoris, & improbi detractoris criminationibus vindicauit. Exordium istius *orationis inuectiuae*, typothetarum characteribus nondum exscriptae, e codice bibliothecae vaticanae inseruit eminentissimus Princeps A. M. QVIRINVS, quam semel atque iterum honoris causa nominauimus *Diatribae praelimina-*

ri

ri ad Francifci Barbari, *& aliorum ad ipfum epiftolas Brixiae* 1741. in 4. form. mai P. I. Cap. IIII. §. IIX. p. 185 fqq. Conf. Eiusdem *Epiftola ad* Iofephum Aurelium de Ianuario V. Cl. p. 17 fqq. vbi etiam ex duabus aliis *orationibus*, quas in academia patauina, recitauit PETRVS DE MONTE, fegmenta quaedam adferuntur. Detexit iftas *orationes*, typis nondum vulgatas, eminentiffimus Princeps, in Codice Bibliothecae vaticanae. Altera illarum, ad controuerfiam illam fpectat celeberrimam, infigni animorum feruore inter Poggium Bracciolinum, & Guarinum veronenfem agitatam, num Caefar Scipioni, an hic illi foret praeferendus. PETRVS DE MONTE Poggium pro Scipione pugnantem, *oratione* fua tueri fuftinuit. In altera *oratione* eloquentiam exferuit fuam, pro ludis iocisque retinendis, quibus ftudiofa iuuentus, diebus Cereri & Baccho dicatis, indulgere confueuerat. Infignis autem, qua, prae ceteris aetatis fuae hominibus, enitebat PETRVS DE MONTE doctrina, atque prudentia cauffa fuit, vt non folum in virorum, qui in fumma dignitate conftituti erant, v. c. Eugenii IIII. Pontificis rom. Ludouici Fufcareni, Gabrielis Cardinalis Condulmerii, Francifci Barbari, aliorumque fe infinuaret gratiam, fed hifce etiam praeclaris, excelfioris animi, dotibus effecit, vt Epifcopatui praeficeretur brixienfi, cui ab anno 1442. ad annum vsque 1457 praefuit. Illum concilio etiam interfuiffe bafileenfi, & in eo, a partibus Eugenii IIII. pontificis rom. ftetiffe, prodit liber, quem in eodem concilio, titulo *Monarchiae* confcripfit, & Cenfurae Eugenii IIII. qui circa annum 1438. a Concilio dignitate pontificia exutus fuit, fubiecit. Hanc PETRI DE MONTE *Monarchiam*, in qua agitur *de generalibus Conciliis, de poteftate praecellentia atque excellentia* Romani *pontificis, ac de dignitate* Romani *Imperatoris*, ex ipfo authographo, qui erat apud Felinum Sandaeum, defcriptam, *Romae* primum anno 1537. in 16. Sandaei etiam additionibus auctam, prodiiffe *apud Antonium Bladum* retulit Cafimir Oudinus, in *Commentario de Scripto-*

Scriptoribus & scriptis ecclef. Tom. III. col. 2378. Sed antiquiores *romana* exstare editiones, testis est *Catalogus Bibliothecae* tellerianae, vbi p. 189. & p. 197. editio *lugdunensis per Vincentium de Portonariis* 1512. in 8. excusa inuenitur. Insertus postea liber fuit *Tractatui tractatuum* Tom. XIII. P. I. p. 144 sqq. Conf. Anton. Posseuini *Adparatus sacer* Tom. III. p. 61. Iof. Simleri *Bibliotheca* p. 554. & 561. Ferdinandi Vghelli Italia *sacra* Tom. IIII. p. 558. Leonard. Cozzando *Libraria* brefciana p. 291. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca latina med. & infim. aetatis* L. XV. p. 794. In *lexico eruditorum* Tomo III. ter locum inuenit, nimirum sub PETRI DE MONTE nomine bis col. 631. & sub PETRI brixiensis nomine col. 1457.

CXXV.

POLYDORI VERGILII *Vrbinatis* de Rerum Inuentoribus Libri Octo. Eiusdem in dominicam precem Commentariolus. *Lugduni apud Seb. Gryphium* 1546. in 8. pp. 528. exceptis foliis 24. prioribus.

Christianus Schoettgenius in Continuat. *Bibliothec.* fabric. *latinae med. & infim. aetatis* L. XVI. p. 5 sqq. nullam huius editionis fecit mentionem, sed librum eodem anno 1546. *Basileae* editum esse scribit. Quis editionem *lugdunensem* curauerit non constat. In secunda tituli pagina, hoc legitur *in* POLYDORVM Simonis Grynaei *epigramma:*

Qui more & ritu argutae apis
Campos Thespiadum *peruolat,*
Amicis pacem floribus
Caute os impressus, insidet,
Succos miros, miras opes
Genere omni auctorum conuehit,
Diuite mox aluearia

Fauos & mella dulcia
Subinde praebet omnibus
POLYDORI *non intelligo*
Merito qui non summo sibi
Nomen venerandum vendicet.

In fine *praefationis* POLYDORI VERGILII, *ad* Ludouicum Odaxium, duplex occurrit *index*, alter *capitum in libros de inuentoribus rerum*, alter *rerum & verborum toto opere contentorum. Commentariolum in dominicam* precem conscripsit POLYDORVS VERGILIVS in Anglia, & Ioanni roffensi Episcopo dicauit, Londini *Nonis Nouembris* 1524.

CXXVI.

POLYDORI VERGILII *Vrbinatis* de Rerum Inventoribus Libri Octo. Eiusdem in orationem dominicam Commentariolus. Omnia nunc demum ab ipso autore perfecte aucta, recognita, atque elaborata. Cum Indice & rerum & verborum locupletissimo. *Basileae per Thomam Guarinum* 1575. in 8. pp. 578. exceptis praemissis, & indice folior. 62.

Et haec editio, notitiam & adspectum Christiani Schoettgenii effugisse videtur, id quod illam minus frequentem esse indicat. Praeter Simonis Grynaei *epigramma*, epistolion *ad lectorem* in fronte gerit, in quo liber, a Gallis, Germanis & Italis, in suam linguam vernaculam, & vulgarem conuersus, haecque editio, *caeteris multo locupletior* esse dicitur, quod tamen cum veritate non congruit, cum illis, quae in *lugdunensi gryphiana* iam exstant, nihil additum fuerit, praeter *catalogum de inuentoribus rerum diuersarum, ex optimis ac vetustissimis auctoribus conquisitum,* atque in ordinem alphabeticum digestum. *Index* praeter ea *rerum & verborum*, in fine voluminis conspicuus

cuus, illo, qui in editione *gryphiana* reperitur, multo prolixior est.

CXXVII.

POLYDORI VERGILII *Vrbinatis* de rerum inventoribus Libri Octo; in quibus omnium scientiarum, omniumque fere rerum principium quoddam quam breuissime continetur. *Nouiomagi Batauorum. Ex typographia Reineri Smetii* 1671. in 12. pp. 682. si praemissa, & index folior. 28. non numeratus fuerit.

Miramur etiam hanc editionem, quae reliquas omnes, quas quidem euoluere nobis licuit, nitore superat, a Christiano Schoettgenio, silentio esse praetermissam. Praeter titulum, quem excerpsimus, alio ornatur aere expresso: POLYDORVS VERGILIVS, *&* ALEXANDER SARDVS *de rerum inuentoribus.* Neomagi *Typis* R. Smetii. Libro initium facit POLYDORI VERGILII *ad* Ludouicum Odaxium *praefatio*, & *index Capitum in libros de Rerum inuentoribus. Rerum autem & verborum, in toto opere contentorum, index*, in fine additus fuit.

ALEXANDRI SARDI libello, nouus praefigitur titulus: ALEXANDRI SARDI Ferrariensis, *de rerum inuentoribus libri duo, de iis maxime, quorum nullam* POLYDORVS VERGILIVS *mentionem fecit.* Neomagi *ex officina* Reineri Smetii *Ao. 1671.* Omnis libellus pp. absoluitur 63. si *indicem capitum* pp. 5. exceperis.

Conf. quae de POLYDORO VERGILIO Tomo II. *Adparat. literar.* p. 1244 sqq. diximus.

De ALEXANDRO SARDO, ea, quae nobis innotuerant, memorauimus, cum librum *de ritu, & moribus gentium* describeremus.

mualdi cathedralis, & Protonotarius apoſtolicus. Exſcriptum eſt *literis*, vt verba C. Maioris ferunt, *ſemigothicis*, *ſine chartarum ciferis*, *literis bibliopegorum*, *nec reclaminibus. Literae initiales*, *ſatis pulchrae adpictae ſunt*, & praefatio hiſce verbis inchoatur: *Reuerendi patres & domini. Cogitanti mihi crebrius ac diligenti indagine diebus multis & noctibus, in armario mentis mee reuoluente quid laboris quidue vtilitatis, pro felici incremento nouelle plantationis, illuſtrium principum dominorum marchionum* miſſenenſium, *videlicet alme noſtre vniuerſitatis* Libczenſis *facere poſſem & exhibere cum effectu* &c. Initio libri primi *capituli* primi tractatus ſecundi, *literis* legitur *rubricis: Incipit tractatus de ſacramento Euchariſtie in alma vniuerſitate* lipczenſi *compoſitus.* Quo vero tempore, quo loco, & a quo typographo excuſum fuerit opus, nec vola, nec veſtigium exſtat. Perſuadet ſibi Poſſeſſor, *Lipſiae* editum eſſe, circa annum 1470. vel 1472. ad quam eius ſententiam accedere non poſſumus. Extra omnem dubitationem enim poſitum eſt, artem typographicam anno demum 1480. Lipſiae innotuiſſe, & Conradum Kachelofen primum fuiſſe, qui eximiam artem, in iſtam vrbem intulit. Confirmat iſtam opinionem, quod nullus, ad hunc, quo viuimus, diem, repertus fuerit liber, de quo certiſſime adfirmari poſſit, quod ante annum 1480. excuſus Lipſiae fuerit. Vetuſtiſſimus ſane libellus eſt Ioannis Widmanni *de numerorum doctrina*, quem teutonice, a *Conrado Kachelofen*, anno 1480. editum nouimus. Illius rei indicium fecit Paullus Pater in *Diſſert. de typis literarum Lipſ.* 1710. in 4. p. 29. & 59. Conf. Io. Henrici Leichii *de origine & incrementis typographiae lipſienſis liber ſingularis* Cap. I. p. 1 ſqq. & eiusd. *Annales typograph.* lipſienſ. p. 63. Sin igitur VINCENTII GRVNERI opus notas annorum 1470. & 1472. prae ſe fert characteriſticas, non *Lipſiae*, ſed alio loco impreſſum ſit, neceſſe eſt.

VINCENTIVS GRVNERVS, non Lipſiae, vt Petrus quidem Albinus, in der meiſniſchen *Landchronica*

ca, *Dresd.* 1589. in fol, Tit. XXV. p. 335. Matth. Dresserus in *isagoge historica Lipſ.* 1587. in 8. P. V. *de praecipuis* Germaniae *vrbibus* p. 371. & Ioannes Friderichus, in *panegyrico ſeculari*. *de origine*, *incrementis*, *& fortuna academiae* lipſienſis, *an.* 1609. *publice recitato* p. 22. editionis, quae in calce *Lipſiae* Dauidis Peiferi *Francof.* 1700. in 8. occurrit, prodiderunt, ſed Cygneae prognatus fuit. Illi inprimis Lipſia acceptam refert originem academiae florentiſſimae, quam moenibus ſuis fouet. Is enim artium in academia pragenſi magiſter, & theologiae baccalaureus; illo tempore, quo Germani, in tres nationes diſtincti, tum ob huſitica dogmata, magis ac magis inualeſcentia, tum ob tria ſuffragia ſibi denegata, academia pragenſi, anno 1409 ſponte abirent, cum reliquis magiſtris, doctoribus, baccalaureis, & ſtudioſis, in Saxoniam ſe contuliſſe, & Fridericum Bellicoſum, ſua permouiſſe facundia traditur, vt profugis Muſis, ſedem & hoſpitem, in vrbe lipſienſi concederet. Quare etiam factum eſt, vt primus in noua academia theologiae profeſſor, & primus facultatis theologicae Decanus, magna omnium conſenſione conſtitueretur. Errat vero Ludouicus Ellies du Pin, cum in *Bibliotheque des Auteurs eccleſiaſtiques* VINCENTIVM GRVNERVM, primum Academiae lipſienſis Rectorem adpellat. Nam faſti academiae lipſienſis, ſatis ſuperque docent, primum, qui illam geſſit dignitatem, fuiſſe M. Ioannem Ottonem de Monſterberg, & ſecundum M. Helmoldum Glaedenſtaedt de Soltwedel. vid Io. Friderichi *Panegyricus ſecularis* l. cit. p. 26. Dauid. Peiferi *Lipſia* L. III. p. 308. Zachar. Schneideri *chronicon* lipſienſe *Lipſ.* 1655. in 4. L. VI. p. 311. Anonymi *Centuria Scriptorum inſignium*, *qui in celeberrimis praeſertim* lipſienſi, wittenbergenſi, francofordiana ad Oderam *academiis*, *a fundatione ipſarum*, *vsque ad annum Chriſti 1515. floruerunt.* *Helmſtad.* 1660. in 4. p. 1. das *Leben* Io. Ottonis a Münſterberg in *Vergnügung müſſiger Stunden* P. I. *Lipſ.* 1713. in 8. p. 67 ſqq. aliique, quos ſilentio transmittimus ſcriptores. VIN-

CENTIVM GRVNERVM tertium fuiſſe Academiae rectorem, anno 1410. die S. Galli creatum, patet e matricula apud Zachar. Schneiderum l. cit. p. 312. Tandem circa annum 1415, in Ciſtercienſium monaſterium cellenſe ſe contulit, & ibidem, anno neſcimus quo, e viuis diſceſſit, ibique ſepultus fuit. Vid. Michaelis Müris, Galliculi, monachi cellenſis, *Epiſtola* dedicatoria, qua Claudiani Mamerti *de ſtatu animae* librum *Lipſiae* 1519. excuſum Martino de Lochaw S. Theologiae Profeſſori, & Coenobii cellenſis Abbati dicauit. Legitur illa in Chriſtiani Schlegelii *ἀποσπασμάτιῳ de* Cella veteri, *ditionis ac dioeceſeos* miſnenſis, *inclyto quondam* ciſtercienſis *ordinis monaſterio*, *ac illuſtri Marchionum* miſnenſium *conditorio*, *Dreſdae* 1703. in 4. p. 113 ſqq. Praeter opus, quod deſcripſimus, quodue in membrana ſcriptum, exſtare in bibliotheca paullina lipſienſi, retulit Ioachimus Fellerus in *Catalogo Codicum MS: Bibliothecae* paullinae lipſienſis, *Lipſ.* 1704. in 12. p. 180. compoſuiſſe dicitur VINCENTIVS GRVNERVS *de quaeſtionibus diſputatis Libr. I. Compendium artium pro Baccalaureandis grammaticae ſcilicet logicae, phyſices, & aſtronomiae Libr. I.* & *rhetoricae ſiue de compoſitione epiſtolari libr. I* vid. Ioach. Felleri *Catalogus codicum MS. bibliothecae* paullinae lipſienſis p. 324. & p. 360. Legi de VINCENTIO GRVNERO merentur praeter ſcriptores citatos, Ioan. Trithemius *de Scriptor. eccleſ.* Cap. DCCXXVI. p. 168. edit. Io. Alb. Fabricii, Ioſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 679. Anonymus in *Centuria Scriptorum inſignium*, quam ſupra memorauimus, num. XXVII. qui ei tale ſcripſit elogium: VINCENTIVS GRVNER *natione* Miſenenſis, *patria* Zuickauienſis, *diſciplina* Lipzenſis, *Collegii maioris inibi Collegiatus, vir in liberalibus & tota philoſophia vndecunque doctiſſimus. Hic poſt translationem* Pragenſis *ſtudii in* Lipzs *multos per annos cum magno ſcholarium prouentu in Philoſophia deſudauit: atque cum pene totam vitam in aliorum eruditione abſumſiſſet, reliquit praeter caetera quaedam ingenii ſua praeclara monumenta*

pro

pro pueris edita, quibus se memorandum mandauit: ex quibus superexstant adhuc apud Lipzenses:

Grammaticae liber I.
Rhetoricae lib. I.
Quaestionum disputatarum lib. I.
Super canonem missae lib. I.

Et quaedam alia, quae temporis intercapedo interrupit. Claruit autem A. D. 1410. Rector studii. Conf. etiam Ioachimi Felleri *Cygni Quasimodogeniti, h. e. clari aliquot* Cygnei, *quorum in chronico* cygneo, *aut nulla, aut superficaria facta est mentio, ab obliuione vindicati Lips.* 1686. In 4. Cap. I. Christiani Schlegeli *de* Cella veteri *ἀποσπασμάτιον* §. 82. p. 100 sqq. & quod data, vt aiunt, opera GRVNERI exponit vitam, Ioannis Teuchleri *Schediasma de* VINCENTIO GRVNERO *Martiib.* 1709. in 4.

CXXIIII.

*PETRI DE MONTE, *Episcopi Brixiensis*, Repertorium. *Patauii* 1480. II. Tom. in fol. form. max.

Ipsi librum rarissimum non vidimus, sed ea tantum modo heic referimus, quae de illo Eminentissimus atque reuerendissimus Princeps ANGELVS MARIA, R. E. Cardinalis Bibliothecarius, QVIRINVS scripsit ad Virum Clariss. Iosephum Aurelium de Ianuario, in neapolitano Athenaeo Iuris feudalis Professorem, Senatoremque ac Consiliarium regium, Brixiae d. IIX. Maii an. 1754.

— *Opus* PETRI DE MONTE *in bina maxi-* „*mae molis volumina dispertitum* Patauii *impressum* „*fuit an. 1480. quumque pro certo habeam penes vos* „*nusquam extare (post editionem illam**) *quod qui-* „*dem ego sciam minime recusum; atque omnino ra-* „*rum vel in hisce nostrarum regionum Bibliothecis*) „*mihi persuadeo, Te muneris loco acceptaturum eius-*

*) vid. Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 412.

„*dem, quam ex MS.* Vatic. *Codice hausi*, praefatio-
„nem. *Ea enim vel ex se sola certum Te faciet*,
„PETRVM DE MONTE *eum fuisse, de quo iure di-*
„*cere valeam*,

„Huic meliore luto fingens praecordia legum
„Diuą parens, generoso incoxit pectus honesto.

„*ac proinde iis labibus vacasse, quarum tuo, & alio-*
„*rum iudicio expertes minime fuisse* Accursium, Bar-
„tolum, & Baldum, *ac quotquot istos sequuti sunt*,
„*tuum illud opus a) nos edocet. Certe ipsemet titu-*
„*lus, quem suis illis stupendae, vt dixi, molis Volu-*
„*minibus* PETRVS DE MONTE *apposuit, purus*
„*nimirum, putus, & ingenuus* Repertorium, *statim*
„*tibi declarabit, hominem illum in Opere suo elu-*
„*cubrando ostentationi nihil dedisse, sed solidam do-*
„*ctrinam vnice adamasse. Noui quantam bilem tibi*
„*moueant superbae nimis, & ambitiosae librorum in-*
„*scriptiones, ab effraeni arbitrio inuentae, quas iu-*
„*ste reputas inanes pompas, futilia ornamenta, obscu-*
„*ra aenigmata, vno verbo, Vmbram pro corpore.*
„*Titulorum quorundam, quos recitas, portenta iure*
„*reiicis, damnas, & derides, professus si quis Tibi*
„*detur liber, cui sit appictus huiuscemodi adulteri-*
„*nus, & meritricius apparatus, statim, ne tibi lectio*
„*nauseam creet, Te clausurum, atque e manibus*
„*abiecturum. Contra igitur, si tibi innotuisset Vo-*
„*luminum* PETRI DE MONTE *simplicissimus ille*
„*titulus, is ipse scribentis animum ad saniora vni-*
„*ce intentum Tibi commendasset. Quae autem eidem*
„praefationi *initium facit Virtutis commendatio, adeo*
„*abundat praeceptis, institutisque philosophiae ethi-*
„*cae, vt nemo dixerit* PETRVM DE MONTE *iis*
„*accensendum, qui, vt scribis, tanti non esse hu-*
„*meros suos fatentur, vt vtrumque valeant onus subi-*
„*re, totos se Iurisprudentiae tradere, sed inter illos*
„*denumerandum qui optime norint, Iurisconsulti ma-*
„*xime interesse causas tenere omnes de Religione, de*
„*pietate, de caritate patriae, de bonis rebus, &*
„*malis*

a) *de Republica Iureconsultorum.*

„*malis, de virtutibus ac vitiis. Adeo etiam abfuit „a libidine, quae, vt ais ipse quoque, forenses quamplures Scriptores inuasit, palam edendi suos commentarios, in quibus pudendum furtiuarum rerum „aceruum inueniet quisque, indeque primam iuris do- „ctrinam, pudicam, & virgineo quodam flore nitentem, aut ineptissimo, aut senticoso disputationum „aceruo ridicule conspurcandi, adeo inquam abfuit, „ab hac labe, & ignominia* PETRVS DE MONTE, „*vt fideliter omnino hauserit ex puris legum fontibus „quaecumque in sua illa volumina congessit, idemque „ad veterum Interpretum dicta legentes fide remiserit, „quoties horum auxilio opus esse putauit ad tollendam „dubiarum rerum obscuritatem. Denium praeclara* „PETRI DE MONTE *laus fuit veterum historicorum „memorabilia in numerato habere, quin politioris li- „teraturae genus omne tenere, vt statim manifestum fa- „ciet eadem* praefatio. *Eam libentius subiungam, „quod praeter Operis illius, quam dixi, raritatem, „nomen ipsum* PETRI DE MONTE *latere deprehenderim* Annal. Typogr. *parentem, quippe qui inter li- „bros an. 1476. typis vulgatos recensens a)* Repertorium PETRI Episcopi Brixiensis, duob. Voluminibus per Andream Frisner Bunsidelensem, & Ioannem Sensenschmid Ciuem Nuremburgensem fol. *istud tribuendum putet* Berthorio, *siue* Berchorio Priori Monasterii S. Eligii Parisiensis, *cuius Opus dicitur* Morale Repertorium *siue* Dictionarium vtriusque Testamenti *b)* Orlandus *quoque in libro* de origine & progressu Typographiae *c) non aliud* PETRI DE MONTE Repertorium *nouisse videtur, nisi theologicum.*„ Ex *praefatione* PETRI DE MONTE quam ex MS. codice Bibliothecae vaticanae inseruit

a) Tom. I. p. 358. Si Ioanni Alberto Fabricio fides habenda fuerit in *Bibliotheca latina med. & infim. aetatis* L. XV. p. 794. eodem anno 1476. PETRI DE MONTE *Repertorium* lucem vidit *Romae* in fol.

b) vid. *Analecta* nostra *literaria* p. 93.

c) p. 29.

seruit eminentissimus QVIRINVS, oppido prolixa, ea tantum modo excerpemus, quae ad notitiam operis faciunt, cum illam integram adscribere instituti nostri ratio minime pati videtur

Quoniam neque a natura, inquit PETRVS DE MONTE, *tantam memoriae vim consecuti sumus, vt omnia complecti valeamus, ars quoque ipsa memorandi haud quaquam sufficere videatur, quidam libros, quos* Summas *adpellant, ediderunt, in quibus breui, & compendioso sermone, suis quasque titulis legum, Canonumque sanctiones complexi sunt; quo profecto labore in inueniendis definiendisque casibus non parum adiumenti attulerunt. Plerique id non satis sufficere arbitrantes,* Repertoria *quaedam, sic enim eos libros a reperiendo vocant, conscripserunt; & horum quidam per titulos, quos* Rubricas *dicimus, vt illi superiores, quidam per editiones quaecunque sparsim in tot voluminibus diffusa sunt, veluti in augustum quemdam locum coarctarunt, ita vt quid quisque de quacunque re, & quo in loco scripserit, recensentes, compendiose, breuiterque perstrinxerint. Et quoniam ad res facilius inueniendas, inuentasque memoriae commendandas maximum praestare solet ordo adiumentum, idcirco prisci illi doctissimi viri omnes omnino dictiones, sub quibus vniuersam iuris, legumque materiam complexi sunt, secundum Alphabeti ordinem texuerunt, ita vt quae prior in Alphabeto litera fuerit, earum dictionum, quae ab ea incipiunt, materiam prius, tractatumque posuerint. Vnde cum* A. *litera primum locum sibi inter literas vendicet, ab ea primum inchoant, eiusque naturam, ac significationem, prout Iuris periti de ea scripserunt, quam breuiter subiiciunt. Post hanc sequitur dicti* AB, *deinde* Abbas, Abbatissa, *& sic de reliquis, quae ab hac litera* A. *incipiunt dictionibus, interque eas ordinem seruant, vt prius de his, quae ab his* A. B., *quam de his, quae ab* A. C. *initium habent, tractare incipiant.*

Prius

Prius ergo de hac dictione Abbas, *quam de dictione* Actio *tractatum esse inuenies. Tunc expedito tractatu earum dictionum, quae ab A. inchoant, de litera* B. *suisque dictionibus prosequuntur, huncque ordinem in omnibus aliis literis & dictionibus seruant, ita vt facile sit, si de quacunque re dicere, tractare, aut disputare volueris, per quos, in quo loco, quidue de ipsa plene scribatur, illico, & ad manum reperire. Horum doctissimorum hominum libros, cum Iuri operam daremus, libenter & studiose perlegimus, vtpote quos ad hanc infinitarum pene rerum memoriam adiuuandam plurimum vtiles ac necessarios esse cognouimus, eorumque Auctores, qui pro communi studiosorum omnium vtilitate labores maximos susceperunt, dignos semper censuimus laude & gloria immortali. Verum hos singulos singulis in rebus, ac disciplinis elaborasse comperimus, neque vnum omnia fuisse complexum. Quidam enim, quod ad Ius ciuile attinet, tantum tractantes, sacrorum Canonum libros summis, vt aiunt, labiis tetigerunt, plerique sacris solum Canonibus intendentes, Ius ciuile intactum reliquerunt. At quidam vtriusque iuris eruditissimi vtrumque abunde copioseque amplectentes, Theologorum tamen sententias penitus praetermiserunt, quod profecta, pace, tantorum Virorum dixerim, labores eorum mancos reddit, & diminutos, cum plerumque aliter leges, aliter Canones, aliter Theologi de eadem re statuant, ac definiant. Nos vero post multorum annorum studium, labores, vigilias, plurimorumque librorum assiduam lectionem, cum ex infinita rerum congerie, multa excerpserimus, quae ab aliis vel non visa, vel oblita, seu neglecta fuerant, decreuimus tandem* Repertorium *nouum componere, vt nostra opera quantulacumque sit, eorum, quos haec studia delectant, difficultati, aut necessitati subueniamus. Coelesti itaque adiuti praesidio opus omni ex parte, vt credimus, absolutum, atque perfectum èdidimus, in quo seruato eo, quo supra dixi,*



xi, ordine, quidquid sparsim & in magnis, multisque codicibus dictum est, facile poterit reperiri. Sed & quae ab aliis istiusmodi Repertoriorum *scriptoribus aut diminute aut parum ordinate sunt posita, in ordinem debitum reduximus, &, vbi necessarium visum est, supplere curauimus, adiunximus quoque, quod praecipue nostrum est, prout cuique tractatui conuenire putauimus, Theologorum, & praecipue* S. Thomae Aquinatis *sententias, vt ad veritatem abunde, copioseque cognoscendam nihil studiosis deesse possit. Qua quidem in re quantum profecerimus, quantumque vtilitatis nostris hominibus attulerimus, aliorum volumus esse iudicium. Neque in hoc opere quisquam a nobis expectet omnium dubitationum, & quaestionum veram, perfectamque definitionem, atque sententiam. Id enim in iure est perdificile, ac pene impossibile, cum multis interdum distinctionibus, multisque diuisionibus opus sit, vt veritatem certam, ac solidam attingamus. Quando igitur simplex, aut facilis dubitationis est solutio, vel clara, & concors Sapientum decisio, tunc non quaerendo tantum, sed difiniendo procedimus. De his vero quae longiorem inuestigationem, ac distinctionem requirunt, ad eos, qui late scripserunt, quaestiones formando remittimus. Illud autem pollicemur, nihil in vtroque iure memoratu dignum (communia enim & vulgata interdum omisimus) fuisse a quoquam dictum, quod non a nobis recensitum, ac suo loco, suoque ordine descriptum sit, ita vt vel in hoc nostro opere, vel in eorum libris, ad quos remittimus, veram decisionem quisque diligens valeat inuenire. Monemus autem omnes, qui hoc nostrum opus in manus sumpserint, ne illud superbo, aut arroganti animo legant, vel accusent, lacerent, aut nobis quomodolibet detrahant, aut hunc multorum annorum laborem assiduum reprehendant. Nos enim neminem ad legendum compellimus, sed quibus placuerit Veterum libri, quos omnes scimus laude*

&

& gloria extollendos, illos habeant, in illis versentur &c.

„*Haec in operis sui limine*„ pergit eminentissimus „QVIRINVS, *edisserens* PETRVS DE MONTE, „*cui non se praebeat Iurisconsultum omnino promeri*-„*tum, ne sibi inter Optimatum tuorum subsellia lo*-„*cus denegetur? Tria scriptorum iuris, vti reliquo*-„*rum omnium, vitia praecipua paucis bisce verbis a* „*Te comprehendi reperio*, Aut quod minute nimis, „ac inutiliter, aut quod plus aequo subtilior, ac „obscure, aut denique quod barbare, & inuolute „res pertractent. *Vitia ista sedulo* PETRVM DE „MONTE *in suo illo* Pepertorio *euitasse*, *methodus* „*ab ipso suscepta res pertractandi, quamque exposuit* „*in ipsa* praefatione, *fidem abunde facit.* — *At*-„*que haec quidem satis esse reor, vt certo Tibi con*-„*stet, nihil me largitum fuisse caritati erga patriam,* „*nihil amori erga cathedram episcopalem, cui insideo,* „*dum* PETRO DE MONTE *Optimatis locum, in* „Republica *a Te instituta deberi contendo*.„

PETRVS DE MONTE, siue MONTANVS, venetus, artium Doctor, Seculo XV. inclaruit, & in primis ob eximiam theologiae, iuris ciuilis, & canonici peritiam, & propter plures, quas pro sede romana obiit legationes, celeberrimus ea aetate factus fuit. Eum in gymnasio patauino, studiis literarum elegantioribus dedisse operam, patet ex *oratione inuectiua, aduersus ridiculum quemdam oratorem*, quam Hermolai Barbari, Episcopi veronensis, Francisci, ex Zacharia fratre nepotis, auctoritate permotus, ad Andream Iulianum, Venetum, *patricium virum* conscripsit, & in illa Guarinum veronensem, Franciscum Barbarum, Andream Iulianum, aliosque viros doctissimos, ab inepti oratoris, & improbi detractoris criminationibus vindicauit. Exordium istius *orationis inuectiuae*, typothetarum characteribus nondum exscriptae, e codice bibliothecae vaticanae inseruit eminentissimus Princeps A. M. QVIRINVS, quam semel atque iterum honoris causa nominauimus *Diatribae praelimina*-

ri

ri ad Francisci Barbari, *& aliorum ad ipsum epistolas Brixiae* 1741. in 4. form. mai P. I. Cap. IIII. §. IIX. p. 185 sqq. Conf. Eiusdem *Epistola ad* Iosephum Aurelium de Ianuario V. Cl. p. 17 sqq. vbi etiam ex duabus aliis *orationibus*, quas in academia patauina, recitauit PETRVS DE MONTE, segmenta quaedam adferuntur. Detexit istas *orationes*, typis nondum vulgatas, eminentissimus Princeps, in Codice Bibliothecae vaticanae. Altera illarum, ad controuersiam illam spectat celeberrimam, insigni animorum feruore inter Poggium Bracciolinum, & Guarinum veronensem agitatam, num Caesar Scipioni, an hic illi foret praeferendus. PETRVS DE MONTE Poggium pro Scipione pugnantem, *oratione* sua tueri sustinuit. In altera *oratione* eloquentiam exseruit suam, pro ludis iocisque retinendis, quibus studiosa iuuentus, diebus Cereri & Baccho dicatis, indulgere consueuerat. Insignis autem, qua, prae ceteris aetatis suae hominibus, enitebat PETRVS DE MONTE doctrina, atque prudentia caussa fuit, vt non solum in virorum, qui in summa dignitate constituti erant, v. c. Eugenii IIII. Pontificis rom. Ludouici Fuscareni, Gabrielis Cardinalis Condulmerii, Francisci Barbari, aliorumque se insinuaret gratiam, sed hisce etiam praeclaris, excelsioris animi, dotibus effecit, vt Episcopatui praeficeretur brixiensi, cui ab anno 1442. ad annum vsque 1457 praefuit. Illum concilio etiam interfuisse basileensi, & in eo, a partibus Eugenii IIII. pontificis rom. stetisse, prodit liber, quem in eodem concilio, titulo *Monarchiae* conscripsit, & Censurae Eugenii IIII. qui circa annum 1438. a Concilio dignitate pontificia exutus fuit, subiecit. Hanc PETRI DE MONTE *Monarchiam*, in qua agitur *de generalibus Conciliis, de potestate praecellentia atque excellentia* Romani *pontificis, ac de dignitate* Romani *Imperatoris*, ex ipso authographo, qui erat apud Felinum Sandaeum, descriptam, *Romae* primum anno 1537. in 16. Sandaei etiam additionibus auctam, prodiisse *apud Antonium Bladum* retulit Casimir Oudinus, in *Commentario de Scripto-*

Scriptoribus & scriptis eccles. Tom. III. col. 2378. Sed antiquiores *romana* exstare editiones, testis est *Catalogus Bibliothecae* tellerianae, vbi p. 189. & p. 197. editio *lugdunensis per Vincentium de Portonariis* 1512. in 8. excusa inuenitur. Insertus postea liber fuit *Tractatui tractatuum* Tom. XIII. P. I. p. 144 sqq. Conf. Anton. Posseuini *Adparatus sacer* Tom. III. p. 61. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 554. & 561. Ferdinandi Vghelli Italia *sacra* Tom. IIII. p. 558. Leonard. Cozzando *Libraria* bresciana p. 291. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca latina med. & infim. aetatis* L. XV. p. 794. In *lexico eruditorum* Tomo III. ter locum inuenit, nimirum sub PETRI DE MONTE nomine bis col. 631. & sub PETRI brixiensis nomine col. 1457.

CXXV.

POLYDORI VERGILII *Vrbinatis* de Rerum Inuentoribus Libri Octo. Eiusdem in dominicam precem Commentariolus. *Lugduni apud Seb. Gryphium* 1546. in 8. pp. 528. exceptis foliis 24. prioribus.

Christianus Schoettgenius in Continuat. *Bibliothec.* fabric. *latinae med. & infim. aetatis* L. XVI. p. 5 sqq. nullam huius editionis fecit mentionem, sed librum eodem anno 1546. *Basileae* editum esse scribit. Quis editionem *lugdunensem* curauerit non constat. In secunda tituli pagina, hoc legitur *in* POLYDORVM Simonis Grynaei *epigramma:*

Qui more & ritu argutae apis
Campos Thespiadum *peruolat,*
Amicis pacem floribus
Caute os impressus, insidet,
Succos miros, miras opes.
Genere omni auctorum conuehit,
Diuite mox alueario

cuus, illo, qui in editione *gryphiana* reperitur, multo prolixior est.

CXXVII.

POLYDORI VERGILII *Vrbinatis* de rerum inventoribus Libri Octo; in quibus omnium scientiarum, omniumque fere rerum principium quoddam quam breuissime continetur. *Nouiomagi Batauorum. Ex typographia Reineri Smetii* 1671. in 12. pp. 682. si praemissa, & index folior. 28. non numeratus fuerit.

Miramur etiam hanc editionem, quae reliquas omnes, quas quidem euoluere nobis licuit, nitore superat, a Christiano Schoettgenio, silentio esse praetermissam. Praeter titulum, quem excerpsimus, alio ornatur aere expresso: POLYDORVS VERGILIVS, *&* ALEXANDER SARDVS *de rerum inuentoribus.* Neomagi *Typis* R. Smetii. Libro initium facit POLYDORI VERGILII *ad* Ludouicum Odaxium *praefatio*, & *index Capitum in libros de Rerum inuentoribus. Rerum autem & verborum, in toto opere contentorum, index*, in fine additus fuit.

ALEXANDRI SARDI Libello, nouus praefigitur titulus: ALEXANDRI SARDI Ferrariensis, *de rerum inuentoribus libri duo, de iis maxime, quorum nullam* POLYDORVS VERGILIVS *mentionem fecit.* Neomagi *ex officina* Reineri Smetii *Ao. 1671.* Omnis libellus pp. absoluitur 63. si *indicem capitum* pp. 5. exceperis.

Conf. quae de POLYDORO VERGILIO Tomo II. *Adparat. literar.* p. 1244 sqq. diximus.

De ALEXANDRO SARDO, ea, quae nobis innotuerant, memorauimus, cum librum *de ritu, & moribus gentium* describeremus.



CXXIIX.

Orationes numero X. Funebres, quarum vna cum Illustrissimi Ducis Saxoniae Princ. Elect. Mauricii funus per Vrbem Lipsiam duceretur, caeterae anniuersariae memoriae diebus habitae sunt, nec dum quaedam expressae. Addita XI. complectente lugubris mortis Illustriss. Princ. El. Augusti F. Ducis Saxon. Alexandri mentionem. Compositae a IOACHIMO CAMERARIO *Papeberg. Lisiae MDLXIX.* (1569) in 8. pp. 373. foliis 5. prioribus exceptis.

Inualuerat olim in academia lipsiensi mos, vt incomparabilis herois, Mauricii, Electoris Saxoniae memoria, eo die, quo ex hac vita discesserat, solemni *oratione*, quotannis, in templo paullino recoleretur. Eiusmodi *orationes nouem* IOAHIMVS CAMERARIVS, quae anno 1555. 1556. 1558. 1560. 1563. 1565. 1566. 1568. & 1569. publicae recitatae fuerunt, conscripsit. Vix autem credas fieri posse, vt idem argumentum, idem auctor, toties, eo ingenii perspicacissimi acumine, ea sermonis comptissimi elegentia atque varietate in cathedram adducere possit, vt nulla *Oratio* alteri similis videatur, & ne formula quidem vlla, in omnibus bis adhibita deprehendatur. Tantus vir fuit IOACHIMVS CAMERARIVS, vnus nempe dignus, qui immortales Mauricii virtutes, grauissimis *Orationibus* celebraret. Ne autem plane interirent, illas in vnum volumen congessit Ludouicus IOACHIMI F. Camerarius, & nomine inscripsit Christophori a Karlebitz: *ad rubram domum, imperatorii consiliarii*, Liptiae *d. XXV. mensis Sextilis*, *Anno Chr.* 1569. Praemisit illis *Orationem* a IOACHIMO CAMERARIO ann. 1553. d. XVII. Kal. Augusti pronunciatam, cum Lipsiae traduceretur illustrissimi Mauricii funeris lugubris pompa. Illi subiunguntur *versus* graeci & latini, qui *epitaphii* loco, in Mauricium a IOACHIMO

CHIMO CAMERARIO, & Georgio Fabricio compositi fuerant. Seorsum illa *oratio* edita fuerat *Lipsiae* 1553. in 4. & Simon Schardius eam inseruit *Scriptoribus rerum* germanicar. Tom. II. p. 569 sqq. edit. Hieron. Thomae *Giessae* 1673. *Oratio*, quae in collectione occurrit *vndecima*, eodem auctore composita, & recitata fuit *brumali tempore*, anno 1565. quo Alexander, Augusti Electoris filius princeps, diem supremum obierat. *Orationi tertiae* inseruit *Epitaphium* Tizmanni, monumento sepulchrali, in aede paullina lipsiensi, inscriptum, & vt peruulgata est opinio, a Dante Aligherio, poeta hetrusco compositum: nec non *carmen* elegiacum, a IOACHIMO CAMERARIO *memoriae illustrissimae Principis* Agnae, *gente Lantgrafiae ex* Hassia, *Coniugis* Mauricii, & Ioannis Friderici, *cum has terras relinqueret anno 1555. dicatum.* In *orationis quartae* calce, nonnulla *epigrammata* graeca & latina, in Mauricii laudem confecta leguntur. *Quintae orationi* subiectum est *programma academicum*, quo ad audiendam *orationem*, inuitatum fuit. *Oratione sexta* describitur monumentum sepulchrale, cum suis inscriptionibus, quod eo loco, vbi Mauricii corpus humatum fuit, frater ponendum curauit. *Orationi octauae* addidit versionem latinam *precationis*, quae olim in templis Saxonicis, concionibus peractis, lingua vernacula recitari solebat, cuius vero in locum, nostra aetate, alia substituta est. *Orationi vndecimae* inseruit *carmen* elegiacum, *in obitum* Alexandri, Saxoniae *Principis*, qui aetatis anno XI. & dimidio, viuis ereptus fuit. Bina illi adiecta sunt *programmata academica*; alterum, quo academiae ciuibus, a. 1553. significatum fuit, futurum esse, vt funus traducatur Mauricii: alterum anno 1555. propositum, quo ad audiendam *orationem*, in Mauricii memoriam, ciues academici iuitantur. In fine voluminis typographus Ioannes Rhamba, nomen suum subscripsit. Insertae fuere *orationes*, cum propter raritatem, tum ob res, quas complectuntur non omnibus notas, & ob incomparabilem illam dicendi vim, a Ioanne Burchardo

Menckenio *Scriptoribus rerum* germanicarum, *praecipue* faxonicarum Tom. II. *Lipfiae* 1728. col. 1257-1390. *Oratio* vero cum *programmatibus academicis*, quam noftrae editioni paffim infertam effe diximus, omiffa fuit.

CXXVIIII.

Opufcula quaedam moralia, ad vitam tam publicam quam priuatam recte inftituendam vtiliffima: quorum index eft in verfa pagina. Edita ftudio IOACHIMI CAMERARII *Medici Norimbergenfis. Francofurti apud haeredes Andreae Wecheli, Anno MDLXXXIII.* (1583) in 8. pp. 227.

Niceron in *Memoires* Tom. XVIIII. p. 117. libri titulum minus adcurate adtulit, & Georg. Summerus, in *Catalogo omnium fcriptorum & librorum* IOACHIMI CAMERARII eius editionem ad ann. 1578 retulit, cum tamen *epiftolae* dedicatoriae fubfcriptio, Norimbergae *Cal. Quintil. Anno falutiferi partus* 1583. fatis aperte demonitret, antiquiorem minime exftare editionem. Scripferunt *epiftolam* dedicatoriam Ioachimus Medicinae, & Philippus Iuris D D. I. F. (Doctores, Ioachimi Filii) Camerarii, *ad* Bernhardum *&* Georgium Ludouicum ab Hutten, *Equites* Francos. In collectione talia inueniuntur Opufcula

I. *Oratio* SYNESII *ad* Arcadium *Imperatorem, de regno, id eft de officio Imperatoris, fiue regis, continens praecepta falutaria de rebus communibus, & priuatis. Interprete* IOACHIMO CAMERARIO Papebergenfi. Dicta haec *oratio* περὶ βασιλείας, dicitur a SYNESIO cyrenaeo, Conftantinopoli circa An. Chr. 397. cum ad Arcadium Imperatorem, vndeviginti annos natum, biennio poft Theodofium M. exftinctum, Cyrenis miffus effet, ad coronae aureae munus illi offerendum.

Ar-

Argumentum *orationis* expofuit Io. Alb. Fabricius L. V. *Biblioth. Graec.* Cap. XXII. p. 222 fqq. IOACHIMVS CAMERARIVS fuae verfioni, quae iam anno 1555. addita *hiftoriola de* SYNESIO, *Lipfiae* in 8. euulgata fuerat, *ex officina Valentini Papae*, *notata* quaedam addidit, vid. Georg. Summeri *Catalog. omnium fcriptor. & libror.* IOACH. CAMERARII ad ann. 1555. Niceron l. cit. p. 103.

II. PLVTARCHI *praecepta gerendae reipublicae ad* Menemachum, *interprete* Guil. Xilandro. In fine verfionis leguntur nonnullae interpretis *Adnotationes.*

III. Τποθῆκαι, *fiue praecepta de Principis officio*, *ad praefulem* aureatenfem Mauricium Huttenum, *auctore* IOACH. CAMERARIO Pabenperg.

IIII. Παραινέσεις, *fiue admonitiones*, *ad praecipuae familiae adolefcentem*, *familiari genere orationis confcriptae*, *a* IOACHIMO CAMERARIO Pabenperg.

V. *Epiftolae duae ad nobiliffimum adolefcentem*, Georgium Ludouicum ab Hutten, Vilhelmi *filium*, eodem auctore. In priore, fcripta *die XXII. Februarii*, anno, quo nefcimus, gratias ei egit, ob contractam cum Philippo filio amicitiam, quam eo gratiorem fibi effe adfirmat, cum ipfe patris, & patrui beneuolentiam, & amicitiam expertus fuerit. Suadet praeter ea illi, vt fi in Italiam perrexerit, Petri Victorii, florentini, fummi & multis praeclaris laudibus celebris viri, familiaritatem, fibi conciliare ftudeat. In fecunda *d. XXI. Febr.* fcripta, cauffas exponit, quae illum impedierint, quo minus ad eum vsque diem, in patriam redierit.

VI. *Gnomae*, *fiue fententiae generales*, *fenariis verfibus comprehenfae*, eodem auctore, quibus quaedam *gnomae feptenariae* fubiiciuntur.

CXXX.

PHILALETHIS, *Ciuis Vtopienſis*, Dialogus de Facultatibus Rhomanenſibus nuper publicatis. Henno ruſticus. in 8. fol. 28.

Quamuis hoc ſcriptum ſatyricum, ſine loci, anni, & temporis indicio, in lucem prodierit, & editor nomen ſuum addere dubitauerit, illud tamen ab VLRICO AB HVTTEN compoſitum eſſe, nemo eſt, qui noſtra aetate dubitet. Argumentum eius, eo potiſſimum ſpectat, vt indulgentiarum nundinationem, tempore exorientis reformationis, per omnem Germaniam, a legatis romanis inſtitutam, omnium ludibrio exponat. Fingit igitur, ruſticum Hennonem vendere vnam, quam poſſidebat, vaccam, vt inceſtus, quo ſe filius Bruno inquinauerat, remiſſionem, a legato romano, impetrare queat. Satyra methodo ſocratica conſcripta eſt, & colloquii interlocutores ſunt 1) Henno ruſticus, 2) Polypragmon negotiator, 3) Bruno puer, 4) Bartolinus Curtiſanus, & 5) Legatus romanus. In fine lectorem Auctor his verbis compellat: *Siquid te Lector offenderit, aequus iudicato, pro atrocitate rei adhuc nihil ſatis eſt. Effuſa haec ſunt modo, breui maiora grauioraque expectato: neque deſiſtent mei reliqui ciues magno numero hoc modo graſſari, niſi tandem his non ferendis malis* Chriſti *liberetur eccleſia, ac* Germania *ſuum retineat aurum, ac veram ab iis religionem diſcat. Tu interim haec legens, riſum contineto, fleto potius.* Vltimam paginam haec verba complent: *Plaude lector oculos iam recepit* Germania. Melchior Goldaſtus ab Haiminsfeld Satyram inſeruit *Monarchiae S. R. Imperii, ſeu tractat. de iurisdictione imperiali & pontificia* Tom. III. VLRICVM autem AB HVTTEN, cuius ſcripta omnia, noſtra aetate, rara eſſe, diximus in *Analectis literariis* p. 474. auctorem ſatyrae fuiſſe, adfirmarunt Melchior Adami in *vitis* germanor. *Iureconſultorum & politicorum* p. 12. Ioſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 308. qui ſcribit: *nec dubitauerim,* dialogum *illum* Philalethis, ciuis vtopienſis, de facul-

facultatibus romanensibus nuper publicatis, HVLDRICHO HVTTENO *auctore conscriptum esse.* Iacobus Burckhard in *Commentario de* VLRICHI DE HVTTEN, *& animi & ingenii viribus illustris maxime equitis, fatis ac meritis, Commentar.* P. II. p. 304 sqq. Niceron in *Memoires* Tom. XV. p. 297. Paul. Freherus in *Theatro viror. eruditione claror.* p. 807. P. Baile in *Dictionaire historique & critique* Tom. II. p. 1527. not. M.

CXXXI.

Hoc in libello haec continentur. VLRICHI DE HVTTEN, *Equitis germani*, ad Carolum Imperatorem, aduersus intentatam sibi a Romanistis vim & iniuriam, conquestio. Eiusdem alia ad Principes ac viros Germaniae de eadem re conquestio. Eiusdem ad Albertum Brandenburgens. & Fridericum Saxonum ducem, Principes Electores, aliaeque ad alios Epistolae. Iacta est Alea. Πᾶς ἐῤῥίφθω κύβῳ. in 8. folior. 28.

Hoc VLRICI AB HVTTEN Opusculum, in *Nou. antiquis* an. 1716. p. 221. inter scripta istius auctoris fere deperdita relatum fuit. Conf. de insigni illius raritate *Catalogus Biblioth.* salthenianae p. 147. Caussa, ob quam hasce *epistolas* anno 1520. conscripsit, talis est: Cum anno 1520. in Brabantiam se contulisset, in Caroli V. Imperatoris rom. aulam, & dies aliquot, in ea versatus esset, ab amicis, quos ibi habebat, admonitus fuit, vt si seruatum se vellet, statim discederet, capiti enim ipsius perniciem imminere, quandoquidem subornati essent, qui siue ferro, siue veneno fieri id posset, de medio ipsum ob euulgata, contra Curiam romanam, scripta satyrica, tollerent. Aula igitur Imperatoris, in discrimine, quod praesentissimum imminere existimabat, relicta, non solum certior ab aliis factus fuit, Leonem pontificem rom. & a Carolo Imperatore, & a Principibus qui-

busdam Germaniae, literis petiisse, horumque nonnullis imperasse, vt vinctum ipsum Romam mitterent, verum etiam ab eodem Pontifice, legato, quem in Germaniam tunc temporis miserat, demandatum esse comperit, vt vbi in VLRICVM AB HVTTEN incideret, comprehensum hunc adgrederetur. In istis igitur *epistolis*, de eiusmodi atroci iniuria sibi inlata grauiter conquestus est. Ita vero istae *epistolae* conscriptae sunt, vt VLRICVM AB HVTTEN merito ab Erasmo roterodamo, *latinae linguae delicium* adpellatum fuisse, documento esse queant. Prima sine dubio editio est, quae non addito anni & loci indicio, euulgata fuit in 4. Illam anno 1520. lucem vidisse, ideo verisimile est, quod omnes eodem anno *epistolae, ex arce* Ebernburgo, asylo in quod VLRICVS AB HVTTEN se receperat, scriptae fuere. Arx ista Francisci de Sickingen propugnaculum fuit, in rupe praerupta exstructum, tantisque munitionibus circumseptum, vt ne omnibus quidem imperii romani viribus, expugnari posse, diu crederetur. Situm est in Palatinatu inferiore ad Nauam fluuium (*Nahe*) haud procul Crucinacio (*Creutznach*). Descriptionem eius inuenies in Huberti Thomae Leodii *historiola de* Francisci a Sickingen, *Equitis rebus gestis, seu potius ausis & calamitoso obitu*, quam inseruit Marquardus Freherus Tomo III. *Scriptorum rerum* germaniar p. 299. edit. *Argentinens.* 1717. Conf. Iacobi Burckhardi *Commentarius de* VLRICHI AB HVTTEN *fatis ac meritis* P. II. p. 125. not. k. *Epistolarum*, quibus, praeter illas, quae in titulo nominantur, vna tantum modo ad Sebastianum a Rotenhan, inserta est, prolixa recensione ideo supersedemus, quod omnes inseruit Iacobus Burchardus *Commentario de* VLRICI AB HVTTEN *fatis ac meritis* l. cit. p. 68 sqq. qui in *Elencho Scriptorum* huttenicorum Parti II. addito, praeter primam editionem, aliam in 4. non addito anni & loci indicio excusam, se vidisse adfirmat, & P. III. *Commentar.* p. 184. not. q. editionis in 8. euulgatae, quae sine dubio ea est, cuius in fronte exhibuimus titulum,

tulum, mentionem facit. Illius in fine, vt in editionibus aliis omnibus haec leguntur verba: *Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus a nobis Iugum ipsorum.* Conquestionem primam ad Carolum Romanorum, & Hispaniarum Regem integram inseruit Caspar Lerch a Dürnstein, libro, quem teutonico sermone, *de S. R. Imperii nobilitatis caesareae immediatae antiquitate, dignitate, libertate, & iuribus* edidit *Moguntiae* 1625. in fol. vbi legitur in II. Grundsätz n. 150. hoc titulo insignita: VDALRICI VON HVTTEN *memorabilis, diserta, & animosa epistola, ad* Carolum *Imperatorem* quintum, *vnter fürgehabter Freyheits Defension gegen besorgte Verhafftung.* Ob insignem raritatem Casp. Lerchii a Dürnstein opus, in sua *bibliotheca equestri. seu de nobilitate & ordine equestri Scriptoribus Vlmae* 1720. II Tom. in fol. recudendum curauit Io. Stephanus Bügermeisterus, vbi P. I. p. 1 sqq. occurrit. In *epistola ad Inuictissimum Principem*, Friderichum, Saxonum *Ducem, Electorem*, inter alia scribit: *An non audisti vinctum* Romam *peti me? & id quale sit, quamque iis dignum vides? Nunc autem in* Lutherum, *qualem, bone Deus, quam violentam, quamque crudelem contorserunt bullam. Dicas plane, Leonis hunc esse rugitum: quem audientes miserae* Christi *oues, non vt piam pastoris vocem agnoscant, sed vt insidiatoris feri sanguinariam contremiscant. Est aliquod ibi enim christianae mansuetudinis vestigium? aliquod est apostolicae indicium modestiae? Sic fremit ille, sic furit! Sed tunc magis elucescit eius feritas, quando, vt saepe in ea bulla, alium se fingit, & beneuolentiam callide simulat. Quale illud est, vbi blande* Romam *inuitat* Lutherum. *Quasi vero ignoremus, quemadmodum habiturus nos sit, siue persuasus ille vltro veniat, siue raptus ego vi cogar.* Lutherus *itaque si me audiet, nunquam ibit ad certum supplicium; de me autem valde miror, quis persuaserit* Decimo (Leoni) *tam facile & capi posse, & captum e media* Germania, *per transitu difficiles* Alpes Romam *duci* &c. Excerpta, ex illa *epistola* leguntur Tom. II. *Operum* Lutheri *latinor. wittebergens.* fol. 50. b. In *indice* isti To-

mo subiecto, illa hoc titulo designantur: *Pictura curiae* romanae. In sermonem teutonicum ab ipso sine dubio VLRICHO AB HVTTEN, conuersa fuit hoc titulo: VLRICHS VON HVTTEN *verteutscht Clag an Herzog* Friderich *zu* Sachsen, *des hayligen* Roemischen *Reichs Ertzmarschalk vnd Churfürsten, Landgrauen in* Thüringen *vnd Marggrauen zu* Meissen. Vltima istius versionis, cuius duae exstant editiones, sine loci, anni, & typographi nota impressae in 4. verba sunt: *Geben zu* Eberburg *an der dritten Idus des Septembers; das ist am Dinstag nach vnser lieben Frawen Geburttag. Im Iar nach der Geburt vnsers Hern Tausend fünffhundert vnd im zwenzigsten* (1520) *Vntertaeniger diener* VLRICH VON HVTTEN. Quamuis in *epistola* vltima, quae in hac collectiuncula occurrit, *ad Omnes omnis ordinis ac status in* Germania *Principes, nobilitatem, ac Plebes* scripserit: *semper tumultum fugi: seditionis auctor esse nolui: atque vt intelligatis quam non fuerit meum consilium, publicam istic statim euersionem moliri,* Latine *scripsi, quasi secreto admonens: neque vulgum habere statim conscium volui: aut populares mox contingere aures: quamuis cur hoc facerem, plus satis caussae haberem,* consilio tamen mutato, paullo post, ipse, hanc *epistolam*, in sermonem teutonicum conuertit, & vigiliis S. Michaelis anno 1520. in 4. edidit, tali titulo insignitam: *Ein Clagschrifft des hochberümten vnd eernuesten Herrn* VLRICHS VON HVTTEN *gekroeneten Poeten vnd Orator an alle stend* deutscher *Nation, wie vnformlicher weise vnd gantz geschwind, vnersucht oder erfordert einiges rechtens, Er mit eignem tyrannischen gewalt von den* Romanisten *an leib, eer, vnd gut beschwert vnd benoetiget werde. Ein grosses dingk die warheit, vnd starck über alle.* III. Edrae 4. Praemisit praefatiunculam ad lectorem, in qua, se inuito & inscio, quaedam luci exposita fuisse publicae conqueritur: *Sintemal ich auch verstanden hab, wie das etliche mir zum Nachtheil, meine bücher vnd geschrifft, bey den vnverstendigen übel auslegen vnnd anders dann die an jn selbst*

ver-

verstanden werden moegen, verteutschen *damit ich mich dann bey yedermann alles verdachts entledige, vnd auch gemeinem mann, wie billich oder vnbillich ich gehandelt, vnd ob ich den Bapst oder seinen* Romanisten, *ye Vrsach geben hab, mich oben angezeigter weiß zu veruolgen, erkentlich sey: so hab ich mir fürgenommen, alle meine bücher, die ich bisher in* Latin *geschrieben, vnd drucken hab lassen, darinnen dann, (als ich nun erstlich) dem Bapst seines gefallens, nit von mir gelebt, in* teutscher *Sprach, so best ich jmmer mag, vnd sich das schicken will zu transferieren vnd auslegen. Dann ich gantz kein abschew trage, sonder beger von hertzen, das ydermann wissen hab, welches die braut sey, darumb man mir tantzen zugemut.* So *zweiffel ich nit, wo dieselbige meine geschrifft ins* teutsch *kommen (alsdann ob Gott will, bald geschehen sol,) man werd erfinden, das ich anders nit, dann erbarlich, eerlich, vnd als eim frummen von Adel nit vngebürlich, geschriben. Das hab ich meiner notdurfft nach zuuor anzeigen vnd verkünden wollen.* VLRICH VON HVTTEN, *qui supra.* Omnes vero quinque *conquestiones*, sermone patrio expressae, & vno volumine comprehensae, prodierunt in 4. Cum neque typographi, neque loci, nec anni indicium additum habeat editio, nemo facile pro certo sustinere poterit, vtrum viuo, & volente VLRICO AB HVTTEN, in lucem exierit, an ipsa illa sit, quam contra voluntatem suam protrusam esse HVTENVS modo conquestus est. Si coniecturae locus, fuerit illam ab amico VLRICI AB HVTTEN, curatam esse, existimauerimus, quoniam praefatiuncula, prolixam satis in eum voluntatem declarat: *Ein vnbekanter Liebhaber der goettlichen Warheit, vnd des Vaterlands, entbeut allen freyen* Teutschen *Heyl. Wolauff, lieben frommen* Teutschen, *es ist zeyt, das wir vnsere yetzo lang haer verlorne Freyheit widerumb zu erlangen vntersuchen. Hye habt ir den rechten anreitzer, der vns ob Gott wil, die grossen Hoepter, als Keiser, Fürsten vnd den adel zu hilff in diser Sachen erwecken sol. Dorzu, vnd anderem seinem loblichen für-*



fürnemen, geb jm Glück vnd Heyl, der allmechtig Gott, welchem zu eeren, vns allen zu nutz vnd gut, er dises on zweyfel vorgenommen hat. Vmb gemeynes nutzs willen hab ich etliche seiner Schrifften als mir die zu benden kommen, aus dem Latin *ins* teutsch *transferiert, so viel als die zyer* Latinischer *sprach (die in ettlichen nit zu* verteutschen *ist) hat leyden moegen. Gott geb euch allen vil heyles, vnd ein bestendig vest Gemut, christliche warheit, und Freyheit des Vatterlands zu verfechten. Hyeneben lassent euch den frommen* HVTTEN *befolhen seyn. Trotz* Romanist. Quae huc pertinent, adcuratius pleniusque cognosci poterunt e Iacobi Burckhardi l. cit. P. II. p. 117 sqq. not. f. cuius etiam verbis narramus, quod VLRICO AB HVTTEN, cum Iacobo a Hoochstraten actum fuerit, cum illi in itinere, e Brabantia, in arcem ebernburgensem, is ex improuiso obuius venerit: *Quum scilicet* HVTTENVS ait Burckhardus l. cit. p. 121. *vt ex praemissis* epistolis *adparet, amicis, a quibus diligenter admonitus fuerat, de capite ipsius agi, & paratas esse insidias morem gessisset, & ex* Brabantia *in superiorem* Germaniam *sese reciperet, accidit, vt* Hochstratus *improuiso* (Halae Menapiorum, non procul Louanio) *in* HVTTENVM, *equitibus aliquot stipatum incideret, & agnitus comprehenderetur. Tum ita hic excandescens illico:* heus te, *inquit*, sceleratissimum & perditissimum mortalium! incidisti tandem in optatas manus, qua nunc nece conficiam te crudelissime nebulo? *& ense exitium minitans:* Sta, *ait*, hominum pestilentissime, inimico bonorum, hostis veritatis! non polluam meum mucronem tuo nequissimo sanguine. *Tum miser cucullio desperans de salute, & exanimis, procidens ad genua:* ignosce, *inquit*, ignosce, optime & strenuissime HVTTENE! Scriptores, qui rem paullo aliter retulerunt, memorantur in *notis* subiectis ff. g. h. Conf. Niceron *Memôires* Tom. XV. p. 252 sqq.



CXXXII.

CXXXII.

Trias Romana.

Addita eſt M. VRANII epiſtola, Romanae curiae ὑπογραφὴν continens. *M. D. LXXXVIII.* (1588) in 8. fol. 19.

Conſcripſerat VLRICVS AB HVTTEN initio anni 1520. cum ex aula Alberti, moguntini Archiepiſcopi, in ſpeculam ſuam Steckelbergk conceſſiſſet *dialogum Trias* romana, & Vadiſcus, inſcriptum, quem iam Moguntiae inchoauerat, & Sebaſtiano de Rotehan, *Equiti aurato*, *Adfini* ſuo, dedicauerat. In iſto *dialogo*, quem Petrus Baile in *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. II. p. not. *d'ue' invention tout à fait jolie*, eſſe ait, & quo ipſe VLRICVS AB HVTTEN, nec vehementius, nec liberius quidquam vsque ad id tempus, contra romanam curiam editum exiſtimauit, Ernholdo narrat, quae ex Vadiſco quodam, ſe audiuiſſe ſimulat, qui Moguntiam tranſiens, contumelioſe admodum, quae Romae viderit, propalauerit; magnum nationi iſti, apud Germanos concitans odium. Quum vero illa, quae in Romaniſtas, vt ab VLRICO AB HVTTEN vocitantur, dici poſſe videbantur, in terniones redegerit Vadiſcus; id agens videlicet, vt, omnia quae peſſime ac perninioſiſſime Romae tum fiebant, in ternarium colligeret, *Trias*, alio nomine, romana, idem *dialogus* nuncupatus eſt ab HVTTENO; qui, quin ipſe, ſub Vadiſci perſona latitet, nemo facile dubitauerit, quamuis Vadiſci ſermonem, non ſuum inſtituiſſe, & ea duntaxat, quae ex illo audiuerit, retexuiſſe adfirmauerit. Conf. Adrian Baillet *Jugemens des Savans* Tom. V. P. II. quae complectitur *les Auteurs déguiſez* p. 579. vbi diſertis verbis VLRICVS AB HVTTEN ſub Vadiſci latere nomine dicitur. Vincent. Placcii *Theatrum Pſeudonymor.* p. 599. Iacobi Burckhardi *Commentar. de* VLRICI AB HVTTEN *fatis & meritis* P. I. p. 237. P. II. p. 11

p. 11 sqq. p. 150 sqq. p. 158. P. III. p. 177 sqq. vbi non solum *dialogi* argumentum exponitur, sed variae etiam illius editiones, & versiones enumerantur. Prima sine dubio omnium est editio, quae cum aliis quatuor VLRICI AB HVTTEN *dialogis*, quorum tituli sunt *Fortuna*, *Inspicientes*, *prima & secunda febris*, *Moguntiae ex officina libraria Ioannis Schoeffer*, *mense Aprili an. 1520.* in 4. in lucem protrusa fuit, & eximiae raritatis est. Conf. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 604. Niceron *Memoires* Tom. XV. p. 284 sqq Ex hoc VLRICI AB HVTTEN *dialogo*, non nemo *epitomen*, cuius titulum exhibemus, lingua vernacula consarcinauit. Editionem, quae ante oculos versatur, curauit sine dubio, de cuius mox loquemur *epistola*, M. MICHAEL VRANIVS, In fine illius, typographus nomen suum, prodidit hisce verbis: Smalcaldiae Michael Schmuck *imprimebat*. Non e re nostra esse censemus, istas terniones, quinquaginta octa numero, recensere.

Conf. Iacobi Burchardi *Commentar.* l. cit. p. 177 sqq. vbi simul adnotauit, non solum VLRICI AB HVTTEN *dialogum* latinum, sed hancce etiam *epitomen* vernaculam Tomo II. *Pasquillorum* p. 192 sqq. insertam esse. Nostro exemplari additur

I. Adpendix Calliopi rhythmis germanicis conscripta.

II. M. MICHAEL. VRANII *epistola*, quae in titulo memoratur, latina, *ad* Ludouicum a Beuneburg, D. Henricum Megabachum, *in* meinungensi *ciuitate medicinam facientem*, & Ioachimum Marquardum. *in ea curia*, *caussarum patronum.* Vehementer inuehitur *epistolae* auctor in profusam Romanorum luxuriam, libidinem, vesaniam, auaritiam, atque nundinationem, quibus tunc temporis, in Germania, valde exosos se reddiderant. Quis MICHAEL ille fuerit VRANIVS ignoramus, quandoquidem libri, quos euoluimus, hac de re certiores, nos haud reddiderunt. Ea, quae in *epistola* memorata, de se ipse

ipse prodidit, haec sunt: *non silentio praeterire possum* (Ludouicum a Beuneburg compellat) *nisi ingratitudinis argui velim, eximiam humanitatem tuam, qua cum ad nobilem adolescentem* Iacobum Hund *filii mei ἀνάδοχον viserem, praeter familiarem & liberam collocutionem, accipiens me liberaliter ac prolixe prosequutus es. Secundo loco ad te conuertor,* Henrice D. *cuius egregiam indolem cum singulari modestia coniunctam* Hersfeldiae *cognoui, cum ego oppidanae scholae praeessem, tu in illustri gymnasio versareris, vbi progressu laudabili facto itidem patrui aemulus* Italiam *adiens, Doctoris in arte medicinae titulum es adeptus. Accedit etiam altera necessitudo, quae me arctius tibi deuincit, vxoris meae cum familia tua cognatio & propinquitas, cuius ratione habita Cl. V.* Guilielmus Rodolphus Megabachus *commodis meis optime prospicere contendebat, vt ad ecclesiae* rulanae *administrationem adsciscerer, quanquam aut nefasto die susceptam, aut sinistro fato obitam τῶν μανομαχούντων ἀθλιώτερος abdicare cogebar. Te vero* Ioachime *& ciuitatis & scholae patriae consortem habeo, in qua fundamentis doctrinae iactis,* Italiam *spectandi cupiditate incensus, eam in iure scientiam tibi comparasti, vt ad causarum patrocinium aduoceris.* Praeter haec nonnunquam Ioannem Rosam nominat, *praeceptorem* suum, de quo, praeter alios, vid. poterit Io. Casp. Zeumerus, in *vitis Professorum theologorum* ienensium p. 28 sqq. E scriptis MICHAELIS VRANII nobis innotuerunt 1. *Septuaginta* Christi *discipulorum nominum ἀποσημείωσις, & curriculi singulorum in Euangelii praeconio historiolae, e monumentis ecclesiasticis depromtae. Smalkaldiae* 1589. in 8. 2. *de morbo pestilenti, Smalcald.* 1582. in 8. 3. *Grudfest des Heil. Catechismi darinnen christlicher vndt gründtlicher Vnterricht zu finden, wie die fürnembsten Hauptstück christlicher Lehr, in massen sie in vnserm Catechismo verfasset, in heiliger*

Schrifft des alten vnd newen Testaments gegründet seyn. Leipzig 1587. in 4. 4. *Zweyerley Erinnerung vom Geburthstag, was ein jeder an dem betrachten soll, für welche Wohlthaten zu dancken* &c. *Smalkalden* 1589. in 8.

CXXXIII.

Donationis quae Constantini dicitur priuilegium BARTHOL. PINCERNO DE MONTE ARDVO ad Iulium II. Pontif. Max. interprete. LAVRENTII VALLAE, *patritii Romani* contra ipsum vt falso creditum & ementitum priuilegium declamatio, cum VLRICI HVTTENI *equitis Germani* ad Leonem X. Pont. Max. praefatione. NICOLAVS DE CVSA *Tit. Sancti Petri ad Vincula*, de donatione Constantini. ANTONINVS *Archiepiscopus Florentinus* de eadem re. R. P. D. HIERONYMVS PAVLVS CATTHALANVS *iuris vtriusque Doctor*, *ac Cubicularius Alexandri VI. Pont. Max.* de eadem donatione. in 8. folior. 74.

In *Analectis* nostris *literariis*, *de libris rarioribus* p. 294 sqq. collectionis oppido rarae, & quidem editionis, omnium, vt videtur, primae in 4. excusae fecimus mentionem, & collectiones indicauimus, quibus, illa inserta fuit, auctoresque nominauimus, qui eius dederunt descriptionem. Conf. Iacobi Burckhardi *Commentarius de fatis & meritis* VLRICI AB HVTTEN P. I. p. 119 sqq. & *Analecta ad Partem* I. quae in fine Partis II. occurrunt p. 11 sqq. vbi etiam editionis in 8. sine omni impressionis euulgatae mentionem fecit. P. III. p. 80 sqq.

Donatio Imperatoris Constantini, nostra aetate, variis monumentorum publicorum collectionibus inserta fuit. Sic v. c. locum inuenit in Iohannis Hardui-

Hardui *Actis Conciliorum & epistolis decretalibus ac Constitutionibus summorum Pontificum ab A. C. XXXIIII. ad MDCCXIIII.* Tom II. P. I. p. 1 in Jean Rousset *Supplement au Corps universel diplomatique du Droit des gens* Tom. I. *Amsterd. & à la Haye* 1739. in fol. P. I. p. 1. in Ioan. Chr. Lünigii *Spicilegio Eccl.* Contin. p. 151. Ex alio exemplari descriptam illam inseruit Petrus Georgisch *Regestis chronologico-diplomaticis* Tom. I. p. 1. Habemus huius *donationis* editionem peruetustam, literis Gothicis in 4. fol. 6. impressam sine loci, anni, & typographi indicio, titulo: *Priuilegia Sacerdotum*, Initium eius tale est: *Bulla* Constantini *Imperatoris qualiter fidem & baptismum* Christi *recepit & a lepra per beatum* Syluestrum *curatus fuit atque* romanam *ecclesiam dotauit & eam in multis priuilegiauit. Pape. Episcopis. Et omnibus Clericis in temporalibus copiose prouidit. & multa priuilegia dedit. In nomine sancte & indiuidue Trinitatis* &c. In vocula *In* littera initialis I. omissa fuit. Caeterum ista editio, quam plurimis in locis a reliquis impressis exemplaribus, quae Bartholomaei Pincerni de Monte arduo versionem referunt, mirifice discedit, cuius rei specimen, heic Clausulam *donationis* adscribimus: Ibique eidem *dei apostolo* spondentes *nos* cuncta inuiolabiliter *conseruare & nostris successoribus Imperatoribus conseruanda* in mandatis relinquimus. beatissimo *Patri nostro Syluestro* Summo pontifici & vniuersali *pape eiusque* post cunctis *successoribus pontificibus domino deo & saluatore nostre ihesu christo annuente* tradidimus perhenniter atque *feliciter* possidenda. Et subscripcio imperialis diuinitus *vos conseruet* per multos annos sanctissime ac beatissime pater. Data *Rome tercio kalendas Aprilis* A *Constantino Augusto* quarto Consule & *gallicano* 4to concilio. *Explicit Epistola Constantini imperatoris qualiter ecclesiam romanam dotauit. Ipsamque & omnes clericos in multis priuilegiauit.* In editionibus sane recentioribus hanc clausulam tali ratione expressam legimus: Illic *dei Apostolo* promittentes illibata *nos* haec omnia *conseruare & nostris successoribus* & *Imperatoribus*

 ribus

ribus per nostra mandata *conseruanda* relinquere beato *Patri nostro Syluestro & catholico Papae* & ipsum omnibus *eius successoribus pontificibus, dom* & *Deo & Saluatore nostro Iesu Christo* placide *annu te;* aeterne & *feliciter* his haec in possessione futu imperiali subscriptione: Diuinitas *vos conseruet* in m tis annis sanctissimi & beatissimi Patres Datum *Rom Cal. Apr.* domino nostro Flauio *Constantino Augusto Gallicano* viris Consulibus & clarissimis.' De temp suppositițiae istius *donationis* legi in primis mere Iust. Henning Boehmeri *Ius canonicum* Tom. I. 285 sqq.

Praefatio quam VLRICVS AB HVTTEN LA RENTII VALLAE *declamationi* praefixit, *ad* Leon X. *Pontif. max.* scripta, *ex arce* Steckelbergk *Cale Decembr. anno supra millesimum & quingentesimum cimo septimo*, audacem & intrepidum, ne dicamus merarium eius animum prodit, cum tanta acerbit in Leonis X. Pontificis antecessores inuectus sit, nihil fere hoc genere acerbius vehementiusque exco tari potuerit. Neque vero tantam libertatem, potius procacitatem Leonem X. quem vt demulcer fictis blanditiis, *orbis amorem, humani generis delici restauratorem pacis, bellorum exstinctorem, auctor securitatis, turbarum sedatorem, patrem studior fomitem literarum, optimarum artium, felicis ingen rum cultus reparatorem*, adpellat, grauiter laturu neque consilium istum LAVRENTII VALLAE lib lum, ex tenebris in lucem proferendi improbaturu sperabat vel potius simulauerat VLRICVS AB HV TEN cum scriberet: *tibi vero gratissimum facere confidam, qui reiectum nuper & damnatum hac de* VALLAE *libellum, veluti ex tenebris in lucem, interitu ad vitam reuocem. Quin etiam ipsum tibi lum dedico, vt testatum sit, quam te Pontifice ren libertate, verum dicere licuerit omnibus, verumque scri re. Quod etsi non dubitem, quin valde tibi place tamen vbi hoc publico aliquo aliquo testimonio adpro tum abs te intellexero, dabo operam, vt saepe aliq*

Digitized by Google

tale inueniam. LAVRENTIVM praeterer ea VALLAM, quod illam *declamationem* conſcripſerit, ſummis effert laudibus. *Ergo*, ait, *non maledicit Pontificibus* VALLA, *ſed in tyranno vera dicit, ob idque tibi valde placere putari debet, tibi inquam, boc genere, bis maioribus edito, bac eruditione, boc etiam nomine praedito. Non debet ex* Medicibus *vni conuenire mendacium. Et in tantam doctrinam peruerſitas non admittitur. Nec fraudis bumilitatem ad ſeſe accipit* Leonina *magnitudo, quae banc verſat in ore graeci poetae ſententiam* ψεύδεσθαι ἀνελεύθερον, ἀλήθεια γενναῖον. *Praeterea boc in libello, ſi vsquam, oſtendit* LAVRENTIVS, *qui vir quanto praeditus animo fuerit, qui maximo etiam propoſito, vt illa tempeſtate, periculo, veritatem deſerere noluit, quanto rectius, & chriſtianae magis, quam ille nuper aſinus, qui* Iulio ſecundo, *pulcrae illius donatinonis priuilegium, quod e* graeco *tranſtuliſſe dicit ſecum nos* graece *ſcriptum eſſe ignoraremus, non citra doctiſſimi viri, & ſe per omnia melioris contumeliam dedicauit. Adſentabatur ille enim vt vni placeret, bic verum dixit, vt multis prodeſſet.* Qua vero ratione VLRICVS AB HVTTEN, hac re ſe probauerit Leoni X. ex illis colligi poterit, quae ſupra de eius *conqueſtionibus ad* Carolum Germaniae *Imperatorem, & alios* Germaniae *Principes* in medium a nobis prolata exſtant.

LAVRENTII VALLAE *Declamatio de falſo credita, & ementita* Conſtantini *donatione*, inſerta etiam fuit eius *Operibus in vnum volumen collectis, & exemplaribus variis collatis, emendatis Baſileae apud Henricum Petrum* 1540. in fol. p. 761-795.

HIERONYMI PAVLLI CATTHALANI, barcinonenſis, iuris vtriusque doctoris, atque Alexandri VI. cubicularii *de donatione* Conſtantini M. locus excerptus eſt, ex eius *Practica cancellariae apoſtolicae.*

NICOLAI DE CVSA, Cardinalis, Tit. S. Petri ad vincula, ſententia *de donatione* Conſtantini legitur in libro, quem ſcripſit, cum eſſet Decanus S. Florini conſtantienſis ad Concilium baſileenſe, ante annum 1438.

superstite adhuc Sigismundo Imperatore romano, *concordantia apostolica* L. III. Cap. II. in *Operibus* NIC LAI DE CVSA *omnibus theologicis & philosophicis B fil. apud Henric. Petrum* 1565. in fol. p. 780 sqq.

Ea, quae ex ANTONINI, Archiepiscopi florent prima parte *historialis* adferuntur, exstant Tit. II Cap. II.

RAPHAELIS VOLATERRANI verba legunt in *Commentariis vrbanis* L. XXIII. fol. 243. b. ec *ascensianae* 1511. Inuenimus & aliam huius col ctionis editionem, hoc titulo insignitam: LAVRE TII VALLAE, *Patritii* romani, *de falso credita ementita* Constantini M. *Imperatoris* rom. *donatione clamatio*, *qua* romani Antichristi *in Ecclesiam* I *omnisque christiani orbis principes tyrannis viuis colo bus depingitur*, *nunc iterum publici boni causa in cem edita. Addita est ipsa* Constantini *Imp. Dona Lugduni Batauorum ex officina Jacobi Marci* 16 in 4. Typographus illam editionem inscripsit noı nibus trium Professorum lugdunensium D. Ioannis I lyandri, D. Antonii Wallaei, & D. Antonii Ty quibus adiunxit nomen Festi Hommii, Collegii the logici regentis. Post *epistolam* dedicatoriam com ret Iosephi Scaligeri, Iul. Caes. Fil. *Scazon in curi* romanam, quem Benedicti veronensis Principis nor ne composuit. Pluribus verbis haec editio, quae ı fallimur, omnium recentissima est, describitur in *N en Beytraegen von alten vnd neuen theologischen Sach Büchern, Vrkunden, Controversien, Anmerkungen, V schlägen zum Wachsthum der theologischen Gelehrsa keit* &c. *Leipz.* 1753. p. 338 sqq.

Scriptores, qui in exponenda VLRICI AB HVTT historia, non infelicem collocarunt operam, maxi ex parte, in hisce recensionibus libellorum hutte corum a nobis nominati fuere. Id tamen mone dum existimamus, quod ipse VLRICVS AB HVTTE vitae suae & temporum, in quae eius incidit aet rationem luculenter descripserit *epistola ad* Bilib dum Pirckhaymerum, Patricium norimbergense

Auguſtae *IIX. Calend. nouembr. anno 1518.* ſcripta, quae, quod nos quidem ſciamus, lucem primum vidit, in Collectione, quae hoc prodiit titulo: *Diſcurſus epiſtolares, politico-theologici de ſtatu reipublicae chriſtianae degenerantis: tum de reformandis moribus & abuſibus eccleſiae* &c. *Francof.* 1610. in 4. Ex hac denuo collectione, illam in lucem protraxit, & egregio *commentario*, quem ſaepe citauimus de VLRICI AB HVTTEN *fatis & meritis* auxit ὁ μακαρίτης Iacobus Burckhardus, tribus partibus *Wolfenbüttel.* 1717. & 1723. edito. *Analecta ad* huncce *Commentarium*, acceſſere eiusdem Burckhardi *Analectis ad vitam propriam Halae* 1749. in 8. p. 37 ſqq. Quamuis iſte Burckhardi *Commentarius* inſtar omnium eſſe queat; euolui tamen merentur Theodori Bezae *Icones virorum doctrina, & pietate illuſtrium Geneuae* 1580. in 4. Paul. Freheri *Theatrum virorum eruditione clarar.* p. 806. Io. Petri Lotichii *Bibliotheca poetica* P. III p. 18. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. IIII. P. I. p. 120 ſqq. *Auserleſene Anmerkungen über allerhand wichtige Materien vnd Schriften* Th. III. p. 86 ſqq. Ioan. Frideric. Chriſtii *Diſſertatio de moribus, ſcriptis, & imaginibus* VLRICI AB HVTTEN, *Hal. Magdeb.* 1727. in 4. Iacques George de Chaufepié *Nouveau Dictionaire Hiſtorique & critique* Tom. II. litt. H. p. 222 ſqq. Io. Nicol. Weislingeri HVTTENVS *delaruatus, oder warhafte Nachricht von dem Auctore der verſchrieenen Epiſtolarum obſcurorum virorum Conſtanz* 1730. in 8.

Quod ad arcem Steckelbergk adtinet, quam VLRICVS AB HVTTEN, in ſcriptis ſuis, mox *ſpeculam* ſuam, mox *propugnaculum* huttenicum nominauit, id in tractu hanouienſi ſitum fuit. De ſtatu eius hodierno, ea heic transſcribimus, quae per literas nobis indicauit, amicus noſter, quem ſaepius, honoris cauſſa nominauimus, bibliophilus caſſelenſis. Ita vero ille: Steckelberg *war das* Caſtrum *von verſchiednen hierzu gehörigen Dorfſchaften, des dem* VLRICH VON HVTTEN *erb- vnd eigenthümlich zugeſtandenen*



immediaten reichsfreien fränkischen *Ritterguts, welches noch lange hernach die familie derer* von Hutten *besessen, bis endlich solches um das Jahr 1712. soviel die Dorfschaften betrift, an die freyherrliche ietzund aber graefliche familie* von Degenfeld *gelanget, das Schloss* Steckelberg *aber, weil es* hanauisches *Lehn gewesen, an die Grafen zu* Hanau *heimgefallen. Es liegt in besagter dem durchlauchtigsten Herrn Landgrafen von* Hessen-Cassel *nunmehr zugehörigen Grafschaft* Hanau, *in dem Amte* Schwarzenfels, *ohnweit* Schlichtern, *an der* fuldaischen *Graenze, und ist ein groses laenglichtes, auf einen runden und steilen Berge, davon es auch den Nahmen haben mag, ganz allein stehendes Gebäude, so zu der Zeit, ohnerachtet es noch mit seinem Dache versehen ist, nicht mehr bewohnet wird. Wenn man von* Fulda *aus nach* Frankfurth *passiret, kann man es etwa eine starke Viertelstunde weit, seitwerts davon liegen sehen.*

CXXXIIII.

De translatione Imperii Romani ad Germanos; Item de Electione Episcoporum, quod aeque ad plebem pertineat. MATTHIA FLACIO *Illyrico* Auctore. *Basileae* 1566. in 8. pp. 271. & 398. si praemissa, & prolegomena folior. 30. non fuerint numerata.

Oppido rara collectio, quae in *Catalogo Bibliothecae* falthenianae p. 397. plerisque non eruditis modo, sed literatoribus etiam non visa dicitur, in duas dispescitur partes, quarum prima complectitur:

I. MATTHIAE FLACII Illyrici librum *de translatione imperii* romani *ad* Germnnos VI. Capitibus distinctum, quibus prolixam *epistolam* dedicatoriam *ad* Maximilianum II. *& illustrissimos VIIuiros, illustres principes, reliquosque sacri Imperii*

perii romani *amplissimos ordines* FLACIUS praefixit, eique *prolegomena* subiunxit, in quibus demonstrat, quod iam olim ante CCCC annos litigatum, decisumque sit, Germanos non beneficio Papae imperare. Omne libri argumentum p. 1 sqq. his verbis complexus est: *Quandoquidem Pontifex* romanus — *iactat, se* romanum *imperium ad* Germanos *transtulisse, imperatores vt suos quosdam vasallos indecore tractat, & durissimis veraeque pietati, ac etiam* Germaniae *libertati noxiis iuramentis intricare & illaqueare solet: ideo ad Dei gloriam, & Ecclesiae, reique publicae vtilitatem, hoc quoque vt vanissimum ita & perniciosissimum figmentum — Christo me per spiritum suum regente, ac in omnem veritatem ducente, certis historiis & argumentis redarguam. Primum itaque veluti prologi loco duas propositiones declarabo & probabo: quarum quidem prior est, quod Deus regna, monarchias, aut principatus, non per paparum ceremonias & coronationes, sed per ius glodii aut belli plerunque transferre soleat: Posterior vero, quod Papa non vere transtulerit Imperium ad* Germanos, *eisue id ius largitus sit, deinde historice exponam, quo modo & quando ac per quos facta sit imperii occidentalis ad* Germanos *translatio.* Singulorum capitum argumenta haec sunt:

Cap. I. monstrat *quod regna atque imperia non sacrificulorum ceremoniis, sed gladio ac iure belli transferri soleant.*

Cap. II. *quando, & qua ratione imperium ad* Germanos *translatum sit.*

Cap. III. agitur *de translatione imperii occidentalis in* Carolum Magnum.

Cap. IIII. *de translatione imperii a* Francis *ad* Germanos *reliquos.*

Cap. V. *de Electoribus Imperii* rom. &

Cap. VI. varia producit *testimonia*, ad totam tractationem pertinentia, inter quae occurrunt

romanum imperium, a Graecis ad Francos, summi Pontificis auctoritate translatum. II. romanum imperium a familia Caroli magni, & gente Francorum, ad familiam Othonum, & gentem Saxonum summi Pontificis auctoritate transiisse, & tandem Libro III. Septem Electores imperii, a summo Pontifice Gregorio V. potissimum esse institutos, contra FLACIVM demonstrare sustinuit. Recusus fuit Roberti Bellarmini liber anno 1559. in 8. In *Operibus* eius, quae *Coloniae* VII. Tomis in fol. in lucem exierunt, exstat liber Tom. VII. vid. *Thesaurus Bibliothecalis* Tom. III. p. 138 sqq. Niceron *Memoires* Tom. XXXI. p. 29. Egerunt postea FLACII aduersus Bellarminum, caussam, Matth. Dresserus, qui *confutationem commentitiae opinionis* Rob. Bellarmini *de translatione imperii* romani *a* Graecis *ad* Germanos prodire iussit *Vrsellis* 1591. in 8. de cuius raritate vid. *Catalog. Biblioth.* falthen. p. 397. Aduersus illum scripsisse Ludouicum Rogierium siue Rogerium arretinum e patribus Loiolitis, (qui Pultouiam profectus, vt studia ibi instauraret, & pulmonum simul vitio, aurae mutatione succurreret, mortuus est exeunte anno 1602. aetatis anno XLV.) adscito Gasparis Hap, posnaniensis, Theologiae Baccalaurei nomine *Apologeticum seu defensionem* Cardinalis Bellarmini, *de translatione imperii* Romani *ad* Germanos, *aduersus putidam* Matthiae Dresseri *notationem Moguntiae* 1601. in 8. adfirmat Ioan. Christophor. Mylius in *Bibliotheca Pseudonymorum* p. 98. *Bibliotheca* autem *Scriptorum Societatis* Iesu *Romae* 1676. in fol. p. 574. & Antonius Posseuinus in *Adparatu sacro* Tom. I. p. 530. omnia alia nos docent. In illa enim haec talia legimus: *Scripserat* Rogerius *Apologeticum pro* Roberti *Cardinalis* Bellarmini *libris de translatione imperii* romani *ad* Germanos *Lib. III. aduersus* Matthaeum Dres-

serum



ferum haereticum. Verum cum hic tali confutatione indignus ab omnibus iudicaretur, opus non edidit. Inde factus insolentior Dresserus *suam declamationem recudit addita notatione, sed os illi triduana lucubratione obstruxit* Gaspar Happ P. Rogerii *auditor, compendio erratorum eius, ex Apolegetico sui magistri desumto, editoque* Posnaniae 1600. in 8. Hic autem disertis verbis Gasparem Hap *Responsionem ad notationem cuiusdam* Matth. Dresseri, *qua* Robertum *Cardinalem* Bellarminum, Antonium Posseuinum *&* Ludovicum Rogerium *e Societ.* Iesu *gloriosus* lutheranus *ludimagister prouocauerit, cum breui erratorum compendio, quae in* Bellarmini *confutatione, edita anno 1591.* Dresserus *commiserit, edidisse* adfirmat, & *librum* illum *percommodum esse cognoscendis mendaciis* Illyrici, *& aliorum haereticorum abutentium historiis, ad omnem, si possent, veritatem euertendam.* Non credibile est, Antonium Posseuinum ignorasse, a quo fuerit defensus, inprimis cum eidem Societati, cui Ludouicus Rogerius, & Gasp. Hap addicti fuere, adscriptus fuerit. Id quidem facile largimur Io. Christophor. Mylio, Gasp. Hap argumenta defensionis a Rogerio & Posseuino fuisse subministrata, sed ab alio librum esse conscriptum, non persuadere nobis possumus. *Animaduersionum libros tres contra* Bellarminum *de translatione imperii* romani *a* Graecis *ad* Francos, scripsit etiam Franciscus Iunius, senior, qui prodierunt cum reliquis eius *animaduersionibus ad controuersias* Roberti Bellarmini *Lugd. Bat.* 1600. in 8. Henningus Arnisaeus Bellarminum hoc libro impugnauit: Henningi Arnisaei, halberstadiensis, *de subiectione & exemptione Clericorum. Item de potestate temporali pontificis in principes: & denique de translatione Imperii* rom. *Commentatio politica opposita scri-*

ptis

ptis eorum, qui in his controuersiis contra sereniss. Regem M. Brittanniae, *& florentiss. Rempubl. disputarunt, potissimum vero libris* Roberti Bellarmini. *Francof.* 1612. in 4. p. 277. Melchior Goldastus, vel si mauis Anonymus, qui edidit, *de Translatione Imperii* romani, *a* Graecis *ad* Francos, *an & quatenus a Pontifice* romano *facta sit. Clarissimi cuiusdam* Germaniae *Iurisconsulti politicam disputationem, oppositam disceptationi* Roberti Bellarmini *Cardinalis & Iesuitae de eadem re L. XII. ff. de Offic. Praesid. Non est spectandum quid* Romae *fiat, sed quid fieri debeat. Ex illustris Hanouiae typographico Collegio Henneiano, cura Conradi Biermanni, nunc primum lucem intuens anno* 1613. in 8. pp. 96. Vt ex *praefatione* patet, liber iam anno 1606. ad vmbilicum perductus, sed anno demum 1613. prelo commissus fuit. Nouem capitum argumenta, exposita inuenies, in *Bibliotheca* hamburgensi *historica* Centur. IIX. p. 330 sqq. vbi auctores nominantur, qui librum Melchiori Goldasto tribuere, non dubitauerunt. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXVIIII. p. 393. qui minus accurate, librum anno 1606. editum esse scripsit. Melchior Goldastus illum postea inseruit *Politicis imperialibus, siue discursibus politicis & tractatibus generalibus, de Imperatoris, Regis* Romanorum, *Pontificis* romani, *Electorum, Principum, & Imperii Ordinum iuribus, priuilegiis, dignitatibus* &c. *iuxta rerum ordinem digestis* & editis *Francof.* 1614. in fol. P. VIIII. p. 487 sqq. Plures nominare poteramus scriptores; qui vel ab Imperatoris romani, vel Pontificis steterunt partibus, si quidem instituti nostri ratio id permitteret. Euoluant, qui plura, de hac controuersia nosse cupiunt, Gisberti Voetii *selectar. disputionum theologic.* P. II. *Vltraiect.* 1655. in 4. p. 891 sqq. vbi inue-



inuenient, quibus desiderium suum satis abunde explere poterunt. Id modo de MATTHIAE FLACII libro heic adnotamus quod inuenti fuerint, quibus non omni ex parte liber se probauerit. Conradus nimirum Samuel Schurzfleischius, idoneus talium rerum aestimator, & iudex, in *Epistolis selectioribus Vitemb.* 1712. in 8. Ep. LII. p. 52. ad Henricum L.B. a Frisen scripsit: *Requirenti veterum sententias de* Romanorum *imperio, ad* Germanos *delato, obuium est* MATTHIAE FLACII *scriptum, huius argumenti. Probatur mihi multa viri lectio, qua vel iusti historici laudem adsequi potuisset, si ciuilium rerum iudicio praeditus fuisset. Hoc enim nonnunquam desidero, & scriptorum, vnde sua excerpsit, delectum.* Blondi Nauclerique *testimonia, ad V. retro sesculum vocat, vt confirmet, eo tempore* constantinopolitanos *Imperatores primum deferre voluisse imperium ad* Germanos. *Sed haec & talia miror, cur exciderint* FLACIO, *nisi forte eum abripuit feruor disputationis: quamquam de industria, & scribat haec, & defendat. De cetero non reprehendere ausim viri insignem peritiam historiae sacrae, qua ipsum pauci praesules nostri aequauerunt.*

II. *Vera demonstratio, quod electio Praesulum & Episcoporum, non ad Ecclesiasticos solum, sed & ad laicos, vt vocant, pertineat: quodque hi hoc iure electionis inde vsque a* Christi *temporibus, annos 1500. libere vsi sint: authore* MATTH. FLACIO Illyrico. Comprobat hanc suam sententiam testimoniis multis, tum e scriptura sacra, tum ex patrum, historicorumque monumentis, e Conciliorum & pontificum decretis, nec non & Caesarum sententiis, & constitutionibus &c. in medium prolatis. In fine *adpendiculae*, quae ad librum *de translatione imperii* romani spectat, liber apud Petrum Pernam excusus dicitur. Hosce

ce duos libros *Francofurti* 1612. in 4. recusos esse testatur Niceron in *Memoires* Tom. XXIIII. p. 17. Ἀνωνύμως prodiit secunda editio, hoc titulo insignita: *de translatione imperii romani ad* Germanos, *item de Electione Episcoporum: Tractatus sereniſſimo ac inuictiſſimo* Rom. *Imperatori* Maximiliano II. Hungariae, Bohemiae &c. *Regi oblatus, ad decidendam controuersiam, quae Maiestatis eius parenti diuae memoriae Imp.* Ferdinando *Aug. cum Pontifice* romano *intercedebat. Francofurti apud Io. Saurium impensis Petri Kopfii anno 1612.* in 4. pp. 135.

Narrationem actionum & certaminum suorum ipse concinnauit MATTHIAS FRANCOVITZ FLACIVS, illyricus, quae legitur in Conradi Schlüsselburgii *Catalogo haereticorum* L. XIII. p. 802 sqq. Patrio sermone tit. *ſummariſcher Bericht der Handlungen vnd Streitſachen* MATTHIAE FLACII Illyrici, *von ihm ſelbſt verzeichnet*, adiecta est Gaspar. Huldelini *chriſtlichen Predigt über der Leiche* MATTH. FLACII Illyrici, *weyland getreuen Dieners vnd Märtyrers* Iesu Christi 1575. in 4. Ioannis Wigandi *vitam* FLACII, *ex autographo* inseruit Michael Lilienthahl denen *preuſſiſchen Zebenden* Vol. II. P. XV. p. 459 sqq. Omnium optime res ad eum, & controuersias eius pertinentes exposuit Ioannes Balthasar Ritter, *euangeliſcher Prediger in* Frankfurth am Mayn, libro cui talem praefixit titulum: M. MATTHIAE FLACII Illyrici *ehemals berühmt vnd gelährten Theologi in* Teutschland *Leben vnd Tod: aus theils bekannt- theils vnbekannten Vrkunden, Schriften vnd Brieffen, anderer vnd ſeiner ſelbſt, zur Erläuterung der Kirchenhiſtorie des XVI. Seculi mit ſonderbarem Fleiſz beſchrieben, Zweyte vermehrt- vnd verbeſſerte Auflage. Franckf. vnd Leipzig* 1725. in 8. pp. 398. Praeter scriptores, qui commentariis suis historiam ecclesiasticam, & controuersiarum Seculi XVI. consignarunt, legi etiam merentur *Encomium* MATTHIAE FLACII Illyrici, *ſcriptum* graecis *verſibus a* Iacobo Diassorino, *domino* Do-

ridos

ridos &c. Item *carmen de natalibus*, *parentibus*, *ta*, *moribus*, *rebus gestis eiusdem* FLACII, *Auct* Noha Bucholcero 1558, in 4. de quo opusculo adr dum raro, alio tempore dicemus. Melchior. Ad *vitae Theologor.* germanor. p. 227 sqq. Paul. Frel *Theatrum viror. eruditione clarorum*, p. 236 sqq. Simleri Bibliotheca p. 494 sqq. Io. Casp. Zeun *vitae Professorum* ienensium *theologorum* p. 31 Dauid. Czwittingeri *Specimen* Hungariae *literatae* 153 sqq. Iacobi Verheiden *effigies praestantiss. th logorum* p. 157. Niceron *Memoires* Tom. XXI p. 1 sqq. P. Baile *Dictionaire historique & critique* T p. 1540 sqq. *Nou-antiqua* ann. 1733. p. 696 sqq. *scellanea* lipsiensia Tom. I. p. 83 sqq. Mich. Lili thalii preussische *Zehenden* Vol. II. P. XIIII. p. 379 Multis mendaciis, & calumniis historiam MATT AE FLACII more suo, adspersit Caspar Vlenberg in *vita*, *& rebus gestis* MATTHIAE FLACII Illy *ab ortu ad obitum vsque*, quam cum Lutheri, Melan thonis, Maioris, & Osiandri *vitis* in lucem prot *Coloniae agrippin.* 1622. in 8.

Secundam Collectionis partem faciunt, haec c scula:

I. LVPOLDI DE BABENBERG *sola Dei patie Decretorum D. vocati liber de iure regni*, *& perii* romani, quem conscripsit, cum Com francofurtensibus, anno 1338. interesset, & iis, de Imperatoris potestate, & pontificia au ritate varie disceptari audiret. Dicauit lib *Reuerendissimo in* Christo *patri*, *ac Domino* Baldeuino: *sanctae* treuirensis *Ecclesiae Arch scopo*, *sacri Imperii per* Galliam *Archicancell* E Ios. Simleri in *Bibliotheca* p. 463. verbis: *e librum de translatione imperii*, *excusum*. *I nio etiam citari librum eius de iuribus imp quem eundem cum priori arbitror*, adparet, c oculis librum non conspexit. Illum iam a 1508. *Argentorati apud Mat. Schurrium* i fuisse excusum patet e *Catalogo Bibliothecae*

I

lerianae p. 223. quo in *Catalogo* etiam l. cit. memoratur editio, quae tali modo inscribitur: *Tractatus de iuribus Regni & imperii* Romanorum: *adiectus* Hier. Balbi *de coronatione liber cum notis* Freheri *in* LVPOLDVM, *accurante* Matth. Berneggero, *Heidelbergae ap. Wyngaerden* 1664. in 4. Inuenitur etiam LVPOLDI DE BABENBERG liber in Simonis Schardii collectione, quam hoc titulo euulgauit: *De iurisdictione, Auctoritate & praeeminentia imperiali; ac potestate ecclesiastica, deque iuribus regni & imperii, variorum authorum, qui ante haec tempora vixerunt, Scripta: collecta & redacta in vnum: Opus non solum Iurisperitis, sed & Theologis, ac Historicis plurimum futurum Basileae ex officina Ioan. Oporini* 1566. in fol. p. 328 sqq. In repetita huius collectionis editione, quae titulo mutato: *Syntagma Tractatuum de Imperiali Iurisdictione, Authoritate, & praeeminentia, ac Potestate ecclesiastica, deque iuribus regni & imperii* &c. *Argentorati Sumptibus Lazari Zetzneri Bibliop.* ann. 1609. in fol. in lucem exiit, occurrit p. 167 sqq. Adsignauit ei quoque locum Marquardus Freherus in Collectione, cui talem praefixit inscriptionem: Petri de Andlo, *Canonici* columbariensis, *Decretorum Doctoris, de Imperio* romano, *Regis, & Augusti Creatione, inauguratione, administratione, officio & potestate Electorum; aliisque imperii partibus, iuribus, ritibus, & cerimoniis, libri duo: ad* Fridericum III. *Imp. scripti: & nunc primum typis editi. Curante* Marquardo Frehero, *Consiliario* Palatino. *Accedunt separatim*, LVPOLDI DE BEBENBENBVRG, *&* Hieronymi Balbi, Bambergens. *&* Gurcens. *Episcoporum, eiusdem Argumenti libelli, multo quam antea emendatiores & auctiores Argentorati Typis Iosiae Ribelii, per Andream Rietschium Anno* 1603. in 4. Incredibile est, quot historiae literariae auctores, in enarranda LVPOLDI A BABENBERG hi-

 storia,



storia, & concinnando operum quae conscripsi catalogo, admiserint errores. Nemo autem e: hisce difficultatibus felicius se expediuit, Dauic Clement V. Cl. in *Bibliotheque historique & c1 tique des livres difficiles à trouver* Tom. III. p. 1 sqq. Conf. Martini Hofmanni *Annales* bambe gensis *Episcopatus*, in Ioan. Petri a Ludew *Scriptorib. rerum Episcopat.* bambergensis T. *Halae* 1718. in fol. col 203 sqq.

II. Ludouici IIII. *Imperatoris contra* Iohannis XX *euanidam ac leuissimam bullam responsio, conc. nens iura regni & imperii.* Haec ad bullam Ioha nis XXII. *responsio*, publice proposita fuit Fra cofurt. die IIX. mensis Augusti Anno 1338.

III. *Donationis quae* Constantini *dicitur, primi im Imperatores Christiani, priuilegium*, Barthol maeo Pincerno de Monte arduo, *ad* Iulium *Pont. Max. interprete.*

IIII. VLRICHI HVTTENI *in Libellum* Laurer Vallae *contra effictam & ementitam* Constant *donationem*, *ad* Leonem *decimum Pontificem* 1 *ximum Praefatio.*

V. LAVRENTII VALLENSIS, *Patritii* Roma *de falso credita & ementita* Constantini *donati declamatio.*

VI. NICOLAI DE CVSA, *Cardinalis Tit. sa.* Petri *ad vincula*, *sententia de donatione* Const tini, *quam scripsit ad Concilium* basileense, *concordantia catholica Lib. III. Cap. II.*

VII. Excerptum ex ANTONII *Archiepiscopi* rentini *Prima parte historialis* tit. IIX. Cap. II

IIX. Excerptum ex RAPHAELE Volaterrano *vita* Constantini *magni.*

VIIII. Excerptum ex R. P. D. HIERONY PAV. CATTHALANI *canonici* barcinoner *iuris vtriusque doctoris ac cubicularii* Alex dri VI. *Pontificis max. viri fide dignissimi bello, quem vocant Practicam Cancellariae ap*

licae. De hisce opusculis & excerptis, iam supra diximus.

X. *De donatione* Constantini *ad Lectorem.* Varii nominantur iuris canonici & ciuilis doctores, qui Constantini donationem vel plane in dubium vocauerunt, vel de illa sic tradiderunt, vt incerto niti fundamento, in propatulo sit. Initio collectionis editor de Laurentii Vallae declamatione mentem suam, tali ratione, exponit: *Legisti* Vallam *Lector studiose, qui ob suam mordacitatem non leues poenas dedit: Patritius enim fuit* romanus, *& ecclesiae diui* Ioannis lateranensis *Canonicus, verum, quum nimis acerbe contra donationem* Constantini *scripsisset, suasque in Pontifices inuectiuas, plus aequo graues edidisset, exilium passus est. Nam ab* Alfonso Neapolitanorum *rege exceptus, seruatusque fuit. Vixit enim anno domini M CCCC XX. tempore* Nicolai quinti, *cui & sex elegantiarum libros dedicauit. Floruit quoque sub* Eugenio IIII. *attamen, quia mediocritati studere non didicit, minus sapiens ac circumspectus in suis inuectiuis est habitus. Aurea igitur seruanda est mediocritas, & omnibus in rebus quidam semper est modus. Nam difficile est in illum scribere, qui nouit proscribere. Quod quia neglexit (quamquam fortasse & ferrea veritas pro ipso dimicet) non ab omnibus commendatur. Caeterum haec missa faciamus. Norunt enim viri boni, religiosi, eruditi quoque & sapientes, quid in hac re, (ne aliquem offendisse videamur) credendum sit. Itemque, non esse articulum fidei,* Constantinum *dedisse* Siluestro *occidentale imperium, omnibus est notissimum. Nihil etiam in his omnibus sacrosanctae sedi apostolicae decrescit. Nam clarissimum est, beatum* Siluestrum, *& successores eius, potentissimis Imperatoribus, armata manu ac bello, nihil surripere potuisse. Quid igitur huiusce rebus diutius immorabimur? Legamus veteres, legamus & neotericos, remque ipsam, quae* Constantini *donatio-*

 natio-

nationem contingit, paucissimis absoluamus. I
riant auctores ipsi, vt supra diximus &c.

XI. *de Donatione* Constantini *ad Lectorem.* Exc
pta sunt ex veteribus & recentioribus histori
Pomponio Laeto, Socrate, Sozomeno, Ioan
Baptista Egnatio, & Sexto Aurelio Victore,
baptismatis quidem Constantini magni, & di
sionis imperii, inter tres eius filios factae, n
lam autem donationis, Siluestro pontifici
ctae, mentionem faciunt. Omni Collectic
hac clausula, finis imponitur.

O. G.

Collige Lector fidelis ex his omnibus, quidnam
vestro *Magnus ipse dederit* Constantinus. *Perlu*
quoque omnium nobilium scripta auctorum, & de C
stantini *donatione nihil fortasse, quod approbari a*
ctis possit, reperies. Postremo, vt paucis rem ipsam
soluamus, lege Volaterranum, *lege* Nauclerum,
etiam ac perlege Capnionem *ipsum* Iohannem Reu
lin. Phorcensem *virum doctissimum, qui in suo*
sculo de Constantini *vita, quod e* Graeco *in* Lati
vertit, nullam praedictae donationis mentionem fa
quanquam tamen (vt Graecus *vult Codicillus auctor*
ro carens) illum a Siluestro *baptizatum opinetur.*
igitur lector studiose, diligenter omnia reuolues,
manu tandem Herculis *clauam eripias. Vale*
citer.

CXXXV.

Actiones duae Secretarii pontificii: quarum
tera disputat: An Papa Paullus IV. debea
gitare de instaurando Concilio Tridentino: Ma
est enim spes de pace. Altera vero, an vi &
mis possit deinde imperare Protestantibus ip
Concilii decreta. *Recusae Anno MDCVII.* (16
in 8. pp. 142.

Scripti satyrici, multo sale adspersi, insignem raritatem nemo mirabitur, qui illud a PETRO PALLO VERGERIO, iuniore, compositum esse nouerit. *Je suis sur*, ait P. Baile in *Dictionaire historique & critique* Tom. IIII. p. 2806. not. F *qu'en ce tems-la il se faisoit peu de livres, qui fussent lus avec plus d'avidité, que les Ecrits de* VERGERIO. *Ils étoient fort satiriques, ils contenoient cent particularités personelles, que l'on prenoit aisément pour veritables, parce qu'on savoit, qu'il avoit pu s'en instruire à fond, aiant été si longtems, dans les emplois de la Cour de* Rome. *Cependant ces Ouvrages si éstimez dans leur nouveauté, nepurent se soutenir. Ce furent des favoris dont la fortuné ne dura guere: ils perdirent promtement tout leur crédit, & on les a négligéz de telle sorte, qu'il n'y guere de livres si mal aisez à trouver. On ne rencontre presque aucun Ouvrage de* VERGERIO *dans le Catalogue des plus nombreuses Bibliotheques. Ce fut en vain qu'il fit faire une édition de ses Oeuvres à* Tubingue *l'an 1563. Tant de petits livres réduits en un Corps, ne se sont pas moins perdus, que si on les eût laissez dans leur dispersiou.* Conf. Io. Georg. Schellhornii Viri S. R. *Amoenitates literariae* Tom. II. p. 407. Ioan. Vogtii V. Cl. *Catalogus historico-criticus librorum rariorum* p. 706. *Catalogus Bibliothecae* salthenianae p. 249. p. 451. die *Nachrichten von einer* hallischen *Bibliothek* Tom. II. p. 71 sqq. vbi exacta libelli, quem producimus, exstat descriptio, quae caussa est, quam ob rem illo recensendo heic supersedemus. Legitur in *Illustrium & clarorum virorum epistolis selectioribus, superiore, & hoc seculo scriptis, distributis in centurias tres, quas ex authographis collegit & edidit* Simon Abbes Gabbema *Harling. Frisior.* 1669. in 8. p. 135 sqq. Coelii Secundi Curionis *ad* Ioannem a Lasco *epistola*, in qua PETRVM PAVLLVM VERGERIVM plagiarriis adnumerat, si de illo scribit: *Non is est; qui quidquam boni aut elaborati homo indoctus & mollis, suo* Marte *possit cudere. Exemplo esse possunt, quae ab eo adhuc in vulgus sunt edita. Nam* Secre-

 tarii

tarii pontificii actiones duas, *de boni cuiusdam vi bibliotheca surreptas; proque suis bis edidit.* Sed omn epistola Curionis ita comparata est, vt animo eum pau lo iniuriosiore in VERGERIVM fuisse, & multa pr tulisse, quae incerto admodum fundamento nitantu demonstret. Prima editio *Actionum Secretarii pont. ficii*, lucem adspexerat *Pforzhemii* anno 1556. in 8 ad quam nostra expressa videtur, quae nisi plane falli limur, Ambergae typis forsterianis excusa fuit. Ha bemus enim nonnullos libellos, qui eodem tempore ex illa prodierunt officina, quibus hoc opusculum, pe omnia, quae externam formam constituunt, simile est Secunda editio, quam ipse PETRVS PAVLLVS VERGERIVS curauit, *tertiam actionem* adiectam habet, & eiusmodi titulo ornata est: *Actiones duae Secretari* Pauli *Papae*, *huius nominis* IIII. *Quarum altera disputat*, *an Concilium* Tridentinum *sit instaurandum. Altera vero an vi & armis decreta ipsius Concilii possit Protestantibus imperare. Accessit tertia, qua vtrumque caput complectitur, ac definit, Concilium non posse instaurari, nec Papam tanta esse potentia, vt possit Decreta vi imperare. MDLIX.* (1559) in 8. folior. 112. In fine editionis, quae ipsa illa est, cuius descriptionem reperies in den *Nachrichten von einer* hallischen *Bibliothek* l. cit. haec leguntur verba: Coruinus Pfortzheimiae *excudebat 1559.* Tomo I. *Operum* PETRI PAVLLI VERGERII *aduersus Papatum*, (quorum alter lucem nunquam vidit) *Tubingae*, 1563. in 4. VERGERIVS hasce *actiones* inseruit p. 1 sqq. Recentissima est editio, quam curauit Christian. August. Salig, qui omnes tres *actiones* inseruit der *Historie des* tridentinischen *Concilii* P. III. in Adpendice p. 361 sqq.

De PETRO PAVLLO VERGERIO, iuniore, Iustinopolitano (Capo d'Istria) priusquam ad Protestantium sacra transiret, Episcopo primum modrusiensi, deinde iustinopolitano, Clementis VII. & Paulli III. ad Germanos nuncio, eiusque fatis, & libris legi poterunt Martini Crusii *Annales* sueuici L. XI. P. III. Cap. XXII. p. 671. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 563 sqq. Ludo-

Ludouici Melchioris Fischlini, *Supplementa ad memorias theologorum* wirtembergensium, *Vlmae* 1710. in 8. p. 113 sqq. Paul. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 206. Dauid. Czwittingeri *Specimen* Hungariae *literatae* p. 400 sqq. Ioan. Verheiden *praestantium aliquot theologorum elogia* p. 151 sqq. P. Baile *Dictionaire historique & critique* l. cit. p. 2803 sqq. Niceron *Memoires* Tom. XXXVIIII. p. 63 sqq. Io. Georg. Schelhorni Viri S. R. *Amoenitates litter.* Tom. III. p. 153 sqq. Tom. V. p. 245 sqq. Christ. Aug. Salig *Historie der* augspurgischen *Confession* T. II. Libr. VII. Cap. IIII. p. 1148 sqq. *Giornale de' letterati di* Venezia Tom. IIII. p. 201 sqq. die *Nachrichten von einer* hallischen *Bibliothek* Tom. II. passim. Mortuus est Tubingae d. IIII. Octobris Anno a Chr. nato 1565. & sepultus in templo S. Georgii, vbi ei monumentum, haud procul altari positum esse, retulit Ludouicus Melchior Fischlinus l. cit. p. 119 sqq.

CXXXVI.

Apologia qua respondetur temeritati Calumniatorum, non verentium confictis criminibus in populare odium protrahere Reuerendissimum in Christo Patrem & Dominum Do. Albertum Tituli S. Petri ad vincula Presbyterum Cardinalem, Legatum natum, Archiepiscopum Moguntinen. & Magdeburgen. Principem Electorem Germaniae Primatem, Administratorem Ecclesiae Halberstadiensis, Marchionem Brandenburgensem &c. a IOANNE CROTO *Rubeano* priuatim ad quendam amicum conscripta. in 4. folior. 15.

IOANNES CROTVS, patrio adpellabatur nomine IOANNES IAEGER, qui cum e pago Dornheim in Thuringia, haud procul ab vrbe arnstadiensi oriundus esset, mutato suo nomini, cognomen Rubeanus addidit.

addidit. Habemus istius rei testem Conradu Mutianum Rufum, Canonicum quondam Gothanu CROTO amicissimum, qui in *Epistolis*, ab Ernes Guilielmo Tenzelio, in *Historiae* gothanae *Suppl ment. e codice* francofurtensi, *Ienae* 1701. in 4. e tis P. I. p. 95. his vtitur verbis: *Miratur* (scilic IOANNES CROTVS) *cur ex* Doringis *facti sint* Tyri getae, *& multiplicem in se ipso metamorphosin den ratur. Creatus sum, inquit, ethnicus, mox regen ratus in balneo religioso: Eram* IEGHER, *nunc su* CROTVS, *Capras paui, nunc capellam habeo.* Th ringus *fui, nunc, Diis ita volentibus* Tyrigeta &c. p. 151. de patria eius, haec, in *epistola ad* ipsum CR TVM scribit: *Facete* CROTVS *meus. Tunc enim pr dens & sanctus tibi videbare, cum adhuc* IEGER, Dornheim *esses* — *postquam vero renatus es, pro* IEGER CROTVS, *pro* Dornheim Rubianus *fa tatus* &c. Sunt, qui haec nomina a vocabulo gr co κροτέω, *pulso, verbero*, vel a κροτῶν *plaudens*, a κρότος *plausus*, quo CROTI ingenium lepidum festiuum indicari existimant, & Rubeanus siue Rubi nus, a voce latina *rubus*, quae Teutonibus *Dor strauch* audit: deducta esse, sibi persuadent. In cem editus videtur, circa annum 1480. positisque literarum studiis rudimentis Erfurti, ibidem anno 15 sub IOANNIS VENATORIS nomine *ex Dornhei* artium magister renunciatus fuit. Iter in Italiam sceepit, e quo redux factus, anno 1520 academiae furtensis fasces gessit, & posteaquam Germaniam fe omnem, Borussiam & Poloniam peragrauerat, Ha tandem consedit, & Alberto, Archiepiscopo mogu tino & magdeburgensi, a consiliis, & dignitate Ca nici hallensis ornatus fuit. Quo tempore e viuis scesserit, non constat. Martini Lutheri primum p tes strenue defendebat, nullamque praetermittebat cile occasionem, qua in pontificios oratione inuehe tur. Symbolas etiam suas cum Vlrico ab Hutt Hermanno Buschio, Pasiphilo, Hermanno Com Nuenario, Ioanne Rhagio, aesticampiano, Ioa

Caesario, Ioanne Reuchlino, Bilibaldo Pirckheimero, Ioanne Glandorpio, & Eobano Hesso, contulit ad notissimam illam satyrarum farraginem, quae *epistolarum Obscurorum virorum* titulo, in Pontificios & scholasticos Doctores euulgata fuit.

Apologiam, cuius titulum exhibemus, composuit, cum Lutherum deseruisset, & in aula Alberti, Archiepiscopi viueret. Non diuersam ab illa existimamus, *Apologiam*, quae a non nullis citatur, *eorum quae* Halae *gesserat contra sacrorum restauratores* Albertus. *Lipsiae* 1531. in 4. In nostro enim exemplari in fine legitur: Lipsiae Michael Blum *excudebat mense Septembri. Anno M. CCCCC. XXXI.* 1531) Ex hac autem subscriptione ea emendari poterunt, quae de tempore, quo Michael Blumius, artem typographicam, Lipsiae exercuisse dicitur, leguntur in der *kurzgefaßten Erzählung vom Ursprung und Fortgang der Buchdruckerkunst überhaupt, insonderheit von den vornehmsten Buchdruckern in* Leipzig, *und andern Orten* Teutschlandes, quae extat in *der so noethigen als nützlichen Buchdruckerkunst und Schriftgieserey*, Lips. 1740. in 8. P. I. p. 96, vbi libris imprimendis dedisse operam dicitur ab anno 1533. ad annum vsque 1549. Edidit contra istam IOANNIS CROTI Rubeani *Apologiam*, Anonymus *ad Apologiam* IOANNIS CROTI Rubeani *responsionem amici nomine, ad quem priuatim eam scripsit*, duabus plagulis in 4. *datam* vt in fine legitur *in* Sarmatis, *anno Theologorum XV. defectionis* CROTI *primo, i. e. anno* 1531. Vtimur noua eius editione, quae huncce titulum praefixum habet: *Epistola Anonymi ad* IOANNEM CROTUM Rubeanum, *verum huncce Inuentorem & Auctorem epistolarum Obscurorum virorum manifestans, quam e Museo suo, cum notis edidit* Ioannes Christoph Olearius, *Consistorii Assess. & Inspector* Arnstadio-Schwartzburg. *Arnstadiae literis meurerianis A. C.* 1720. in 8. pp. 32. Mirifice auctor, quisquis ille fuerit, ob editam *Apologiam* Alberti, depexum dedit CROTUM, atque ea, quae scripsit, ita comparata esse adfirmauit, vt illico pateat

ad captandam Alberti pontificiorumque beneuolentiam consarcinata esse. Sic v. c. p. 13. haec leguntur: *Illa ipsa* Apologia *quam nunc pro Reuerendissi* (*vt simulas*) *scripsisti, frigidior, & in omnibus s partibus languidior est, quod tibi non licet relabi ingenium, quod ea laudare cogeris, coacta, ieiuna, tussienti eloquentia, quae pro ductu ac impetu insito naturae tuae, plena voce ridere & subsannare malle Praetereo multos alios poetas eruditos passim, quos o cultis sollicitasti epistolis, & imitasti ad ridendas ecclesiae* romanae *puppas, semper vehementissime adhortatus, vt ibi sibi liberet intendere neruos & vires ingeni Et haud scio, an vllum huius seculi scriptum sic papistic regno nocuerit, sic omnia papistica ridicula reddideri vt tui illi* obscuri viri, *qui omnia minima, maxima Clericorum verterunt in risum.* Et p. 19 sqq. *Sed an tequam claudam*, ait, *amicum Epistolium, amici seri faciam officium, teque cohortabor, ipse tibi in memoriam redigas, & cogites, inter quos a teneris fueris, i quibus studiis, inter quos homines altus, educatus, quibus moribus & sensibus imbutus & innutritus sis, & aduersus quos, nunc quasi magnis eruditionis & eloquentiae viribus armatum te ostentes, aduersus quos stylum illum, non ita formidabilem acuere miniteris, maxime autem quo nunc abieris, & vt omnino velis nocere, quid illa, (vt modestissime dicam) obscura, plumbea, intricata impedita dictione effecturus sis, quid tuae vires in acie theologica valiturae sint, cum hac affectata rhetoricatione, adeo nihil pugnent. Ingenio tuo semper aliquid tribuisse dicuntur (vt tunc erat seculum) qui nunc stultissimi nec indoctissimi erant, & facile credo, si apud te fuisses, si non ex ipso fauore, malae conscientiae quasi hebetatum, & in se ipso fractum ac retusum esset ingenium, & ieiunior, languidior, & inquinatior facta esset oratio, quod hanc ipsam* Apologiam *alio argumento scripsisses, paulo, vt sic loquar, defecatius, rebus & personae attemperatius, ad quem si ordine liberet respondere videres te depictum & expictum totum, & mentis tuae imaginem, tibi ostensam, nempe orationem*

nem tuam horridam, & confusam. Multa etiam dicis trepide, haerentibus in ore verbis, & confuse, multa displicitura illis ipsis, quibus studes placere. Omnia autem sine sanguine & neruis, omnia hiulca, & interrupta, omnia exsuccata, ieiuna, & frigida, omnia male cobaerentia, quasi ex arena quis nectat funiculum. Haec signa sunt (si ignoras) & notae animi sibi male conscii. Hoc solum ergo diu dicendo efficis, vt lectores sani, te nihil dixisse intelligant, & suspicentur, ex ipso tuo pauore, quod ventris & pecuniae studio eo seruilis gnatonismi, te ipsum abieceris: Quod si verum est, doleo vicem tuam ex animo, & miseret me CROTI, *te scilicet tali aetate, & canitie sic contemnere illa studia, quae semper amasti, te sic nihil dissimulanter contemnere pietatem, te sic semel effudisse omnia remedia sanandi tui ipsius* &c. Quid Martinus Lutherus, & Iustus Ionas, de vita, quam in Alberti aula transegit, & de libris, contra Lutheranos euulgatis senserint, legi poterit in *praefationibus*, quas isti viri, anteire iusserunt Balthasaris Raida *Antwort, wider das Laester- vnd Lügen-Büchlein* Agricolae Phagi, *genannt* Georg Witzel &c. *Wittenberg* 1533. in 4. Conf. de IOANNE CROTO, Io. Christophori Olearii *Adnotationes*, Anonymi *epistolae* citatae, *strictim adiectae* p. 23 sqq. Iacobi Burchardi *de* Vlrichi *ab* Hutten *fatis ac meritis Commentar.* P. III. p. 55 sqq. Eiusd. *Commentar. de linguae latinae in* Germania *fatis* P. II. Cap. IIII. p. 433 sqq. Iusti Christophori Motschmanni Erfordia *literata continuata* Continuat. II. p. 217 sqq. & qui citantur scriptores a Ioan. Balthasare Beyschlag, in *Sylloge varior. opusculorum* Tom. I. Fascicul. II. p. 292. Christophori Schoettgenii *Continuatio Bibliothecae* fabricianae *latinae med. & infim. aetatis* L. XVII. p. 356. Io. Christoph. Olearius in *Adnotat. ad* Anonymi *epistolam* p. 31. not. x. se IOANNIS CROTI meditari *vitam* scripserat, sed nihil tale, ab eo elucubratum esse, certissime constat.

CXXXVII.

ERASMI *Roterodami* Opusculum, cui titul est Moria, id est Stultitia quae pro Concio loquitur. *Aldus.* in 8. folior. 48. exceptis trib foliis prioribus.

In fine editionis rarissimae, quam neque Micha Maittaire in *Annal. typograph.* nec qui Catalogu omnium librorum, qui ex officina aldina ad annum v que 1516. prodierunt, concinnauit Christianus Theo philus Vngerus, in libro, *de* Aldi Pii Manutii, ro mani, *vita meritisque in rem literatam*, nec istius li bri editor Samuel Lutherus Gerét, qui ad Vnger Catalogum Supplementa conscripsit, habuit cognitam haec leguntur verba: Venetiis in *Aedibus* Aldi & An dreae *Soceri mense Augusto M. D. XV.* (1515) Iste ERASMI liber, cui vt in *Adagior* Chiliade II. Cen- tur. II. Adag. XL. p. 401. edit. *basileens.* 1541. non plus septem dierum operam impendit, idque nullis librorum adminiculis adiutus, adeo se probauit viris emunctioris naris, vt vel centies editus, & in omnes fere linguas vsitatiores conuersus fuerit. Quo tempo- re omnium prima in lucem exierit editio, non satis constat. P. Baile in *Dictionaire historique & critique* Tom. II. p. 1097. not. R. scribit: *Si* Bucholcer, qui in *indice Chronologico* p. 457. edit. *francofurtens.* 1616. in 8. librum anno 1508. die VIIII. Iunii editum esse scripserat, *avoit lu le Catalogue des Compositions d'*ERASME, *contenu dans une lettre de l'Auteur à* Jean Botzhemus, *il auroit sçu qu'il ne faloit pas se regler sur la datu de l'Epitre Dedicatoire* (ad Thomam Mo- rum) V. Idus Iunias 1508. *puisqu'* ERASME *assure qu'aiant fait ce livre en* Angleterre, *il le méprisa de telle sorte, qu'il ne daigna le faire imprimer; & qu'il étoit à* Paris *lorsque* Richard Crocus *en fit faire une mé- chante edition.* Haec sine dubio Richardi Croci editio est, quae sine anni indicio, *Parisiis apud Aegidium Gourmont* in 4. prodiit, & a Michaele Maittaire *Annal.*

Ty-

Typogr. Tom. II. 195. ad annum 1508. relata fuit. Sunt, qui Iodocum Badium aſcenſium pro primo venditant, qui ERASMI *moriam* typis exſcripſerit. *Il paroît par une lettre* ait P. Baile l. cit. d'ERASME (Libr. XV. *Epiſtolar.* ERASMI, Epiſtola X. ſcripta ad Petrum Aegidium Louanii M. D. XII. col. 517 ſqq. edit. *londinenſ.* 1642. in fol.) *que* Badius *imprima ce livre l'an 1512.* Accepi, *dit il*, poſtremas Badii literas, per Anglum quemdam, in quibus ſcribit Moriam a ſe formulis excuſam, quam tamen hic non vidimus. Herold *dans ſon* Philopſeudes (ſiue *Apologia contra Anonymum quendam*, *qui* DESIDERII ERASMI roterodami *manes luſu funebri laſciuius exagitauerat*, excuſa *a Roberto Winter Baſileae* 1541) *ſemble reconoitre* Badius *pour le prémier qui ait imprimé l'Eloge de la folie.* Vix igitur tum Badius, *dit-il parlant en la perſonne d'*ERASME, Moriam abſoluerat Leone X. inaugurato, Baſileam huc me contuli. Sed iam anno 1511. librum in Germania, & quidem *Argentorati in aedibus Mathiae Schurerii*, *menſe Auguſto* in 4. excuſum eſſe, patet ex Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 225. & e *Catalogo Bibliothecae* bunauianae Tom. II. Vol. III. P. III. L. IIII. Cap. XII. Sect. V. p. 2107. Caeterum in cenſum librorum rariorum veniunt, editio quae cum *epiſtola ad* Dorpium & Gerardi Lyſtrii *Commentario*, addito *Ludo* Annaei Senecae *de morte* Claudii Caeſaris, *cum ſcholiis* Beati Rhenani, *&* Syneſio *de laudibus caluicii*, Ioanne Phrea, Britanno, *interprete cum ſcholiis* Rhenani, *Baſileae in aedibus Io. Frobenii 1515. menſe Martio*, in 4. impreſſa fuit. Vid. Michael. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. II. p 272. Samuelis Engel *Bibliotheca ſelectiſſ.* P. I. p. 54. & 145. *Catalogus Bibliothecae* Daniel. Salthenii, p. 152. vbi haud ſatis adcurate *Argentorati* excuſa dicitur. In *Bibliotheca* roloffiana p. 245. editio *argentoratenſis* 1519. in 4. rariſſima dicitur. Qui aduerſarios noſcere cupit, qui contra ſatyricam hanc ERASMI declamationem inſurrexerunt, legat ERASMI *Epiſtolam ad* Ioannem Botzemium ſcriptam, Friburgi Briſgoae *Id.*

Au-

Augusti Anno 1529. Libro XXIIII. *Epistolar.* Ep. X col. 1310 sqq.

CXXXIIX.

Enchiridion ERASMI *Roterodami Germani* de militе Christiano, in quo taxatis vulgi superstitionibus, ad priscae religionis puritatem: veteris eloquentiae litus nos prouocat.

Hieronymus Emser,

Rite bonas arteis cum relligione, vetustas
Contulit: at nobis littera sola placet.
Scire volunt omnes hodie: bene viuere nemo.
Heu frustra sapiunt, qui sibi nil sapiunt.
Qui bene priscorum calleis imitatus ERASMUS.
Psalterium cytharae commodat: ora lyrae,
Oris & argentum vestiuit pectoris auro
Niliacasque Deo, praedo sacrauit opes,
Hic tibi emendus erit distractis omnibus vnus
Tanquam euangelico gemma reperta in agro,
Hic tibi thesaurus Lector permaximus esto
Ille tuo vigilet dormiat inque sinu,
Hic tibi sibi placeat, Christo mihi crede placebis,
Et Christo sapies; si sapit ille tibi

τελοσ.

in 4. folior. 58. si folia praemissa 6. excipiantur.

Rara haec libri egregii, saepius impressi, est editio, quae vt in fine legimus, *impressa* fuit Lypsi, *in aedibus* Valentini Schumans *Calcographi diligentissimi. Sexto Calendas Septembris Anno M. D. XV.* (1515) Memoratur a Io. Henrico Leichio in *Annal. typographiae*

phiae lipsiensis p. 96. Scripsit librum, quem merito ethicam christianam, a sordibus scholasticorum repurgatam dixeris, ERASMVS *ad* Ioannem Germanum *amicum aulicum*, *Apud diui* Audomari: *ex monasterio* bertinico, *anno a Christo nato supra millesimum quingentesimo primo.* (1501) Miramur quod Hieronymus Emserus strenuus fidei pontificiae, aduersus Lutheri adseclas, adsertor librum ediderit, multisque & egregiis ornauerit encomiis in versibus titulo adpositis, & in *epistola ad Reuerendum ac nobilem dominum* D. Ernestum de Schleynitz *Sancte* Pragen. *&* *Ingenue* Misnen. *Ecclesiarum Praepositum dignissimum*, cum multa is contineat, quae fidei pontificiae addictis mirifice displicuerunt. Vid. *Expurgatio Operum* DESIDERII ERASMI Roterodami *a facultate theologica Academiae* louaniensis *facta & exhibita*, *atque a Collegio Censorum*, Antuerpiae *constituto comprobata*, *& regia auctoritate firmata*, in *Indice Expurgatorio Librorum qui hoc Saeculo prodierunt*, *vel doctrinae non sanae erroribus inspersis*, *vel inutilis & offensiuae maledicentiae fellibus permixtis*, *iuxta sacri Concilii* tridentini *Decretum*, Philippi II. *Regis catholici iussu & auctoritate*, *atque* Albani *Ducis Consilio ac ministerio in* Belgia *concinnato*, *Anno MDLXXI. Antuerpiae ex officina Christophori Plantini Prototypographi regii* 1571. in 4. p. 89. & in Antonii Posseuini *Adparatu sacro*, Tom. I. p. 710. Hieronymi Emserii *Epistola* ad Ernestum de Schleynitz nostrae editioni praefixa talis est: *Merebatur iam pridem tam paterna erga me beneficentia, quam tua ipsius virtus, ac dignitas*, Erneste *nobilissime, quatenus meam erga vtrumque obseruantiam publico aliquo ingenii munere declarassem. Verum cum timerem Magnificentiam tuam politioribus olim studiis* Bononiae *sub* Philippo *ac* Camillo *praeceptoribus*, *pulcherrime institutam*, *meis me potius ineptiis offensurum*, *quam oblectaturum*: *Atque aliquamdiu in eodem*, *vt aiunt*, *luto hesitassem. Opportune tandem in manus venit*, ERASMII Roterodami Germani, de milite Christiano Enchiridion, *omnibus numeris modisque absolutum. Ita*

enim

enim totius Chriſtianiſſimi (Chriſtianismi) *ratio*
in vnam adegit ſummam, vt quicquid eius rei tam a
ſingulos ethnicos, quam ecclesiaſticos ſcriptores imm
prius voluminum pelago, hinc inde diffuſum contin
tur, breui hic noſter dogmate, & vno (vt aiunt) ſ
complexus ſit. Inſtruitur autem chriſtianus miles,
nam arte, quibusue telis, cum hoſte cominus, a
nusque pugnandum, & noua quaedam proponuntur ſ
tagemata, vniuerſaque rei militaris diſciplina tanq
in tabula depingitur: non ea tamen, quam Flau
Aelianus, Frontinus, Curtius, *aut* Xenophon,
diderunt. Sed qualem ille ſuis reliquit auctoratis,
dixit, Eſtote fortes in bello, & pugnate cum a
qua ſerpente, & accipietis regnum aeternum.
autem idem libellus, & aetati tuae & perſonae (qui
habita principum aula in qua facile atque heredit
quadam viciſſitudine primus eſſe poteras, vni Chriſt
deuouiſti) ita quadret: ita conueniat ac ſi ab ERAS
ipſo nuncupatim nomini tuo fuiſſet adſcriptus. Icc
ego eundem etiam plerisque locis quibus calcogra
rum ſcatebat erroribus reſtitutum: nouoque indice,
reconditiorum rerum annotatiuncula (propter com
nem legentium) fauorem elucidatum Magnificentiae
optimo iure dedico: quatenus te veluti duce Imperat
que exercitus reliqua tyronum turma, & grega
quisque miles, veram chriſtianae militiae diſciplin
auſpicentur: tibique ac parenti tuo nobiliſſimo accep
referatur: ſiquid meus in hoc labor aut induſtria
profuerit. Tuae humanitatis erit, & ERASM
comiter admittere, & ad praecepta ipſius animum
tendere. Ita enim Chriſto, *cui te ſemel dediſti, v*
menter placebis. Foeliciter Vale ex arce tua Honſt
pridie kalendas Septembres Anno eiusdem Milleſ
quingenteſimo decimo quinto. (1515) Epiſtolae dedi
toriae ſuccedunt duo epigrammata Hieronymi Em
ad eundem Erneſtum de Schleynitz, & *Index. Rec*
ditiorum rerum annotatiuncula, vt ab Emſero voca
margini adſcripta conſpicitur. In fine *Enchiridii*
milite Chriſtiano occurrit ERASMI roterodami
dic

dicolos distrophos, *altero versu heroico hexametro*; *altero iambico dimaetro*, *de Casa natalicia pueri* Iesu, *deque paupere puerperio virginis deiparae* Mariae. Nonnulla de hoc ERASMI libro, lectu digna, adnotata leguntur in Iacobi Friderici Reimmanni *Catalogo Bibliothecae theologicae Systematico-criticae Hildesiae* 1731. in 8. p. 563. & in *Accessionibus uberioribus ad* huncce *Catalogum* a filio Io. Wilhelm. Reimmanno *Brunsuigae* 1747. in 8. editis p. 246.

CXXXVIIII.

*ROBERTI WAKFELDI, *Angli*, *sacrarum literarum Professoris eximii* Oratio de Laudibus & vtilitate trium linguarum, Arabicae, chaldaicae, & Hebraicae, atque idiomatibus Hebraicis que in vtroque Testamento inueniuntur. *Londini apud Winandum de Vorde MDXXIIII.* (1524) in 4. pp. 123.

Opusculi oppido rari, quam vides, nobiscum communicauit descriptionem R. P. C. Maior, ecclesiae cathedralis S. Romualdi mechliniensis Canonicus & Protonotarius apostolicus. Sacram esse voluit ROBERTVS WAKFELD hanc *orationem* suam, in qua multa & insolita curiosissimaque inuenies anecdota, quae nullibi offendas, Henrico IIX. Angliae Regi. *Accipe*, *regem* compellat, *Rex clementissime*, *nostram oratiunculam*, *cuius tertiam partem*, *propter inopiam* hebraicorum *characterum*, *quibus impressor caret*, *nunc praetermittere coactus sum*. Prouocat non raro in oratione ad Lutherum *hebraissantem*, illumque non nunquam corrigit. In fine *orationis* inter alia, de se haec retulit: *Equidem noui quas litteras a Clarissimo* Hungariae Bohemiae*que rege* Ferdinando *noster princeps accepit vt* Tubingae *manerem*, *illicque profiterer* hebraicam *linguam*. *Scio postquam in* Angliam *redissem illum salutatum*, *quam propenso animo esset quantum-*

que expeteret, vt varietas haec linguarum, in hoc nostr (cantabrigiensi) *non incelebri gymnasio doceretur* &c *Literae* Regis Ferdinandi, ad quas prouocat; ipsae cum aliis epistolis lectu dignissimis, quippe quae animum illustrium principum in promouendis literis sati dilucide produnt, *Orationi* in calce adiiciuntur. Ferdinandi Regis hisce verbis conceptae sunt:

Serenissimo Principi & Dno, Dno Henrico *Regi* Angliae & Franciae &c. *Dno. & auunculo nostro colendissimo* Ferdinandus *Dei gratia princeps & Infans* Hispaniarum, *Archidux* Austriae, *Dux* Burgundiae &c. *Imperialis Locum Tenens Generalis* &c. *Salutem & commentationem ac perpetui amoris continuum Incrementum.*

Serenissime Princeps Dne. & Auuncule noster colendissime, cum post obitum Doctoris Reuchlin, *eruditus magister* ROBERTVS WAKFELDVS, Anglus, *ad* Hagenoiam *nonnullorum librorum (quos ipse composuerat) imprimendorum gratia sese contulerat, & per* Anshelmi *impressoris, qui ipsum summis laudibus extulit scripta, vniuersitati nostrae* Tubingensi *relatum esset, illa ipsa vniuersitas per literas suas praedictum magistrum* ROBERTVM *rogauit vt eorum academiam impensis suis inuisere vellet, tractatura secum de stipendio annuo, & perpetuo pro* hebraica & graeca *Linguis ibidem docendis. Qui adueniens dictae vniuersitati summe placuit, vt ei congratulans & cum eodem de conductione tractans, vt quantum in ipsa erat ad perpetuum tempus eundem conduxisset, nisi ipse praefatus* ROBERTVS *palam protestatus fuisset, se vltra tempus paschale proxime futurum, apud eandem manere minime posse ob gratiam peculiarem serenitatis vestre quae eundem stipendio suo donauit, vt in* Cantabrigia *sua* hebraicas *publice profiteretur Litteras, cui specialiter ob hoc est obligatus. quapropter vniuersitas nostra praedicta plurimum indoluit, & eo amplius expertis suis virtutibus, honesta conuersatione, sincera ac egregia doctrina, quibus pollet, ac alios eminenter praecellit, maximeque*

in

in linguis hebraica, chaldaica, *&* arabica. *Inde factum est, vt vniuersitas nostra praedictum virum rogavit, vt ei indicaret, si quo modo aut in perpetuum, aut in plures annos, apud eam retineri posfit, qui omnem viam exclusit praeter hanc; vt saluis suis stipendiis ac prouisionibus, quibus in* Anglia *fruitur, consensus serenitatis vestrae ad annum vnum vel alterum, in praefata vniuersitate manendum gratiose accedat. Ideo cum in dictum nostrum gymnasium omni gratia ac beneuolentia inclinati simus, cupiamusque in hac re voti sui reddi compos; Serenitatem vestram his nostris enixe rogandam duximus, vt dignetur nostri intuitu & contemplatione saepe dicto magistro* ROBERTO, *seruato sibi stipendio suo veniam ad annum vnum aut alterum benigne concedere. quo in praefata vniuersitate residere & morari posfit in quo eadem serenitas vestra nobis rem mirum in modum gratam efficiet, pari vicisfitudine nostra erga eandem recognoscendam. Quam foeliciter valere ex animo optamus. Datum* Studgardiae *die tertia mensis martii Anno Dni. M. D. XXIII.* (1523)

Bonus & humilis Nepos
Ferdinandus.

In *epistola* vniuersitatis tubingensis *ad reuerendissimum Antistidem* (sine dubio academiae cantabrigiensis cancellarium) *pro retinendo* WAKFELD &c inter alia haec legimus: *Multa in rebus humanis agenti, axis vterque tribuit* Reuchlino, *sed cui ne latum vnguem concessisset* WAKFELDVS. *Testis est auditorum certissima turba, discipulorumque numerosa multitudo, indicium de vtroque sumere potens, quae in dies singulos testificatur ingenue, se prae cunctis aliis eundem audire malle, plusquam eruditionis minori momento, ab illo ipso haufisse* ROBERTO, *quam a* Capnione, *aut altero quopiam longe maiore. Miras itaque nobis incessit ardor hominis conciliandi, conducendique, vt nos penes esset perpetuo, sed flecti nescium, in nostram pertrahere sententiam nequiuimus, tandem omnia experti, vt viro, vel aliquot potiremur annis, quo carere summa*

 fuit



fuit difficultas, deprehendimus, in vnius tui sola sit clementia quod exoptabamus &c. *Datae XXIII. Mai An. M. D. XXIII.* (1523)

Tuae reuerendissime paternitati

Rector, Regentesque Academ
Tuuingensis *obsequentissi.*

Haud adeo magni sunt momenti, quae de ROBE TO WAKEFIELD siue WAKFELDO nobis innot runt. Antonius a Wood in *Historia & antiquit vniuersitatis* oxoniensis Libr. II. p. 38. illum cantal giensem vocat, & de illo refert, quod efflagita academia, Oxoniam, a Rege Henrico IIX. missus fi rit, circa annum 1530. vt linguam hebraicam o: niensibus monstraret, eo quidem tempore, quo *ctura*, vt vocatur, *linguae* hebraicae, reditibus n dum erat dotata. Eum e regiis fuisse facellanis, tet ex academiae oxoniensis *epistola, ad Regem* Her cum IIX. quam idem ROBERTVS WAKFELDVS, didit *Syntagmati* suo *de* hebraeorum *codicum incor ptione* sine anni & loci indicio, in 4. edito, vbi h talia leguntur: *His tamen omnibus velut auctarium sto cumulo acessisse interpretamur, quod tua aula a buit, nobis nuper e sacellanis tuis, vnum* D. R. WA FELDVM, *hominem praeter varias alias dotes, in* I braismo *tam promtum atque peritum, & tam exa callentem* Syras *atque* arabicas *literas, vt quantum alias eruditis, merito hic nemini cesserit. Orationi* quam in aula aedis Christi pronunciauit, cum ad r nus Doctoris hebraicae linguae in academia oxonie adcederet, cum aliis quibusdam in 4. excusam e docet Thom. Hyde *Catalogus Bibliothecae* bodleiar Tom. II. p. 246. Illum ad annum circiter 1538. l guam hebraicam in academia oxoniensi docuisse, Ioannem Shepreuum, bercheriensem, e regio man to, in eo munere successorem nactum esse, testa Antonins de Wood l. cit. Cum in Caesaris inuidia Regi Henrico IIX. persuaderet Cardinalis Wolsei

vt Catharinam, fratris olim Arthuri Coniugem repudiaret, ROBERTVS WAKFELDVS initio a Catharinae partibus ftetit, mutato vero confilio, in Regis partes tranfiit, & librum euulgauit, qui infcribitur: *Kotfer feu Fragmentum Codicis* WAKEFELDI, *in quo probatur Coniugium cum Fratria illicitum effe Londini*, 1527. in 4. Vt in *Lexico eruditorum* Tom. IIII. col. 1778. legimus, anno 1537. d. IIX. Octobr. Londini mortuus eft. An Louanii etiam Profeffor hebraicae linguae fuerit, vt in eodem *lexico eruditorum* proditum eft, aliis difquirendum relinquimus. Id autem pro certo adfirmare fuftinemus, librum *de laudibus agriculturae* non ab illo, fed a Roberto Britanno, atrebatenfi, qui bonas literas, & eloquentiam Tolofae, Burdigalae ac Lutetiae per plures annos docuit, confcriptum effe. Luculentum iftius rei inuenimus teftimonium in Ioan. Franc. Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. II. p. 1074. vbi Roberti Britanni *Encomium agriculturae Paris. apud Wechelum* 1539. in 4. editum memoratur, ii vero *hallucinari* dicuntur, qui illud Roberto natione Britanno, fiue Anglo adfcribant. Producuntur non nulla e ROBERTI WAKEFELDI *Operibus* in Iof. Simleri *Bibliotheca* p. 608. in Thom. Hyde *Catalogo Bibliothecae* bodleianae l. cit. & in *Catalogo Bibliothecae* fchombergianae Tom. I. p. 319.

CXXXX.

Seleniana Auguftalia. Sereniffimi Domus Auguftae Selenianae Principis iuuentutis vtriusque fexus, Pietatis Eruditionis Comitatisque Exemplum fine pari. In perfectae educationis & Inftitutionis normam expofitum a IOHANNE VALENTINO ANDREAE *Th. D. Abbate Bebenbufano. Vlmae Typis & Sumptibus Balthafaris Kühnii MDCLIV.* (1654) in 12. p. 585. non numeratis

 prae-



praefationibus, ad ipsos principes praemissis, no nullisque in VALENTINVM ANDREAM *carmin bus* adnexis, ipsoque *rerum indice*.

Hic, & qui nunc sequuntur articuli, asterisco no tati a R. P. Richardo Goetz, qui illustrissimo atque re uerendissimo Principi ANDREAE STANISLAO KOST KA Comiti in Zaluskie ZALVSKIO, Episcopo Cra couiensi, Duci Seueriae a bibliotheca est, beneuol nobiscum communicati fuerunt.

Scripta VALENTINI ANDREAE pleraque rara esse generatim monuit Ioan. Vogtius in *Catalogo libror. rarior.* p. 32. Magnam partem eorum descripsit David Clement in *Bibliotheque curieuse historique & critique des livres difficiles à trouver*, Tom. I. p. 306-310. quam facile tacitam praetermittimus. De istis potius lucubratiunculis IOANNIS VALENTINI ANDREAE paucula dicere iuuabit, quae vir ille, in hoc studiorum genere facile Princeps, non adrigit. Illae autem in bibliotheca zaluscia, quae Varsauiae est, seruantur reconditae. Haec *Seleniana*, *Vlmae* 1649. in eadem forma prodiisse, testis est *Magna Bibliotheca ecclesiastica* p. 442. Eorum recensio vid. apud Iacobum Burchardum in *Historia Bibliothecae August. quae* Wolfenbutteli *est* Lipsiae 1744. in 4. p. 8. & 9. qui, quod miramur, pro hoc vno libello, duos refert, distinquitque *seleniana Augustalia*, ab *Seren. Domus Augustae selenianae Princip. iuuentutis Pietat. Erudit.* &c. *Exemplo sine pari*; cum tamen versus ex eo excerpti testantur, illum, hoc opusculum in manibus habuisse. Continent vero haec *Augustalia* Rudolphi Augusti, Antonii Vlrici, Ferdinandi Alberti, & Sibyllae Vrsulae Seren. Augusti Ducis brunsuicens. liberorum, ad IOANNEM VALENTINVM ANDREAM, huiusque ad illos, plusquam CCCC. epistolas, latina lingua scriptas, non inuito serenissimo patre, publicae luci expositas, a quo etiam tam crebras IOAN. VALENTIN. ANDREAE accepit literas, vt octo annorum spatio CCCLIII. numeraret, quem ad modum in epistola

ſtola nuncupatoria, ad ſereniſſ. Ducem huic *epiſtolarum* Collectioni praemiſſa, teſtatur. Conf. Iacobi Burckhardi *praefatio* l. cit. p. IIII. not. (a)

CXXXXI.

*Reipublicae Chriſtianopolitanae deſcripto. Pſ. LXXXIII. Praeſtat dies vnus in Dei atriis, quam alibi mille: malim in Dei mei domo ad limen eſſe, quam in impiorum tabernaculis habitare. Nam Sol & propugnaculum Iehoua Deus. Iehoua gratiam gloriamque confert iis, qui ſe gerunt innocentes; eis bona non denegans. *Argentorati Anno MDCXIX.* (1619) *Sumptibus Haeredum Lazari Zetzneri.* in 12. pp. 220.

IOANNEM VALENTINVM ANDREAE, huius ſcripti auctorem eſſe, teſtatur praemiſſa ad Ioannem Arndtium dedicatoria *epiſtola*, cui nomen ſuum ſubſcripſit auctor. Eam excipit *praefatio*, in qua multum queritur, cum de corruptis omnium ordinum moribus, tum de plurimorum ingeniis, qui grauiſſime ferant, temporum ſuorum deſcribi miſeriam, eo, quod ſaeculum ſuum pro religioſiſſimo ſimul & cultiſſimo haberi cupiant. Quam ob rem, eam a ſe initam fuiſſe, ait, rationem, vt pro apertis morum reprehenſionibus, vrbem & ciuitatem, Chriſti legibus inſtitutam, iisque morigeram, deſcriberet, cum neque variis de rebus, magis ingenue, magis libere, quam hac ſeruata ratione loqui potuiſſet. In ipſo autem opuſculo fingit, ſe Naufragio facto, ad inſulam Capharſalamae adpulſum, & in vrbem Chriſtianopolin ingredi volentem, a praefecto vrbis examinatum fuiſſe, primo ab externa profeſſione, & moribus, nouiſſime ab ingenii cultura, ita demum ingrediendi ſibi facta poteſtate vrbis formam, aere expreſſam, exhibet, atque omnia, quae ad eius ſtructuram, πολιτείαν, reli-

religionem, literarum institutionem, scientias, iura ciuilia, oeconomica, caeteraque pertinent, describit.

CXXXII.

*IOHANNIS VALENTINI ANDREAE Memorialia Beneuolentium honori, amori & condolentiae data. *Argentorati Sumptibus heredum Lazari Zetzneri. Anno MDCXIX.* (1619) in 12 pp. 276.

Haec *beneuolentium memorialia*, in adcurato alioquin IOANNIS VALENTINI ANDREAE scriptorum Catalogo, qui in *magna Bibliotheca ecclesiastica* p. 442. habetur, omissa sunt. Continentur autem in iis Eberhardi Senioris a Gemingen, in Rappenau *vera nobilitas* Anno 1611. Tobiae Hessii, patria norimbergensis, philosophi, Iureconsulti, medici, theologi *immortalitas* 1614. Ioannis Schermarii Iureconsulti, Patricii vlmani *bona memoria* 1609. atque hisce quidem trium illorum virorum ampla continetur vitae historia. Sequitur deinde *Incendium* vaihingense I. 1607. *Incendium* vaihingense II. 1618.

CXXXIII.

*Peregrini in patria errores. Psalm. 119. Ero velut perdita ouis, quaere me seruum tuum, qui tuorum praeceptorum memoriam non deposui. *Vtopiae MDCVIII.* (1608) in 12. pp. 154.

Nomen quidem huic scripto suum non praefixit IOANNES VALENTINVS ANDREAE. Apud Vincentium Placcium autem, qui in *Theatro Anonymorum* p. 29. num. 673. β.) & p. 132. num. 785. item p. 176. num.

num. 888. *a*) denique p. 375. num. 1523. *a*) scripta eius ἀνωνύμως edita recenset, nulla huius opusculi fit mentio. Illud tamen esse genuinum huius theologi foetum, & scriptionis argumentum, & stilus docent. Quid? quod in saepe nominata *Bibliotheca magna ecclesiastica* p. 441. scriptis illius adnumeratur. Typorum etiam forma aperte demonstrat, hunc libellum *Argentorati* ex eadem illa typographia prodiisse, cui reliqua IOANNIS VALENTINI ANDREAE opera lucem suam debent. Opusculi huius argumentum confictum est. Fingit enim Auctor, se, cum diu quaesiisset, quo duce potissimum ad ea, quae homini a Deo concessa sunt, adspirare posset, suopte tandem ingenio iter fecisse, in quo itinere, quae expertus sit, quaeue inuenerit narrat, eaque ratione LII, offendicula, quae hominis beatae christianaeque vitae obstare soleant, demonstrat.

CXXXXIV.

*Ciuis Christianus, siue Peregrini quondam errantis restitutiones. Lucae 15. v. 7. Scitote maiorem fore in caelo laetitiam, ob vnum sontem qui redeat ad frugem, quam ob nonaginta nouem insontes, qui vitae correctione non egeant. *Argentorati sumptibus Haeredum Lazari Zetzneri Anno MDCXIX.* (1619) in 12. pp. 220.

IOANNIS VALENTINI ANDREAE nomen *epistolae* dedicatoriae subscriptum legitur. Opusculi, quod superioris, vt facile adparet, continuatio est, raritas inde coniicitur, quod in dicta *Magna Bibliotheca ecclesiastica* non habeatur l. supra citato.

* *

CXXXXV.

*De Christiani Cosmoxeni genitura Iudiciu Hieremiae 10. cap. Haec dicit Domini Iuxta vias gentium nolite discedere, & a signis co nolite metuere, quae timent gentes. *An. MDCXI* (1619) in 12. pp. 40.

Titulus libelli auctoris nomine caret, quod tam *epistolae* ad Tobiam Hessium, qua illi opella dicatu subscriptum legimus. Contenta illius exponunt in *summarischen Nachrichten von der* thomasischen *Bibliothek* P. X. p. 952. Haec editio, quam *monti. belligardensis* 1612. vt Thomasius in *summarische Nachrichten* l. cit. e Ludouici Melchioris Fischlir *Memoria theologorum* wirtembergensium *resuscitat* P. II. p. 135. refert, praecessit, *magnae Bibliothecae ec clesiasticae* auctori ignota fuit, qui aliam, quae vn cum *descriptione ciuis vere Christiani*, *Amstelodam* 1660. in 12. prodiit, adducit.

CXXXXVI.

*Inuitatio Fraternitatis Christi Ad Sacri Amores Candidatos. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in coelis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Matth. 12. *Argentorati impensis haeredum Lazari Zetzneri A. MDCXXVII.* (1627) in 12. pp. 59.

Inuitationis ad Fraternitatem Christi Pars altera Paraenetica. 1, Ioh. 3. Filioli mei, non verbis aut lingua, sed re ac veritate amemus, ita fiet, vt nos a veritate esse intelligamus; & id in eius conspectu animis persuasum habemus. *Argentorati Impensis Heredum Lazari Zetzneri Anno MDCXVIII.* (1618) in 12. pp. 67.

Veri

Veri omnino simile est, laudato Collectori *magnae Bibliothecae ecclesiasticae*, alteram huius inuitationis partem ignotam fuisse, qui primae tantum modo partis titulum, qui titulus sequentem non promittit, descripserat ex editione, quae prima est, *Argentoratensi* 1617. in 12. vid. p. 441. Prima quidem parte, Christi fraternitatis mores, vitaeque rationem narrat, alteri vero quae παραινητικὴ est, paucula haec pro praefatione praemisit, quae quantum ab istis fraternitatibus, vt fuisset illa, quam Roseae Crucis dicebant, abhorruerit, satis ostendunt; cuius a non nullis auctor fuisse dicitur. vid. Christophori Augusti Heumanni *Conspectus reipublicae literariae* Cap. VII. §. XLVI. p. 496. Dauid Clement *Bibliotheque curieuse historique & critique des livres difficiles à trouver* Tom. I. p. 311. in not. (97)

Ad Lectorem.

Dum animos hominum nescio quae fraternitas suspendit, nos certiorem aliquam & euidentiorem exhibimus, atque adeo offerimus, quae nihil habet insoliti, sed Caput Christum, *sub quo huc vsque pii omnes, se sunt mutuo amplexi; neque regulas ordinis alias nobis praescribit, quam Euangelii. Etsi nomen suum, pectusque ipsum dare velint, dubium non est, vitam nostram futuram vt religiosissimam, ita christianissimam. Vale.*

Reliqua IOANNIS VALENTINI ANDREAE scripta omnium diligentissime enumerantur, tum latina, tum vernacula, vitaque eius narratur in *Bibliotheca* saepe citata *ecclesiastica magna* l. cit. cui adde Vincentii Placcii *Theatrum Anonymor.* l. cit. & Ludouici Melchioris Fischlini *Memoriam Theologor.* wirtembergensium *resuscitatam* l. cit. Conf. tamen, quaesumus, Iacobi Burckhardi *Historia Bibliothecae Augustae, quae* Wolfenbütteli *est*, locis, in indice, sub: ANDREAE notatis, vbi varia, aliis non dicta inuenies. Denique die *summarische Nachrichten von der* thomasischen *Bibliothek* Tom. I. p. 626. 850. 952. 1021. & Tom. II. p. 203. 255. 397. & 543.

CXXXXVII.

ANACREONTIS *Lyricorum poetarum festiuissimi* quae restant carmina, cum interpretatione Eilhardi Lubini. Ita vt versus versui, & verbum verbo paene respondeat. Seneca possidemus peritura perituri. *Rostochii ex Typographeio Stephani Myliandri Anno* cIↄ. Iↄ. IIIC. (1597) in 4. folior. 24.

Incognita fuit editio Ioanni Alberto Fabricio, id quod eius raritatem confirmare videtur. Dedicationem in fronte gerit Eilhardi Lubini, *ad illustrissimos Principes* Bogislaum, *&* Georgium, *fratres, illustrissimi & optimi Principis* Bogislai XIII. *filios*, Pomeraniae &c. *Duces*, Rostochii, anno 1597. scriptam. In fine *epistolae* dedicatoriae occurrunt duo Henrici Stephani, *in* ANACREONTIS *odas* epigrammata latina, & Ioannis Simonii *in* ANACREONTEM Eilhardi Lubini Epigramma latinum. Id vero praecipuum atque singulare haec editio habet. Nimirum Eilhardus Lubinus, graeca ANACREONTIS *carmina*, eodem versuum genere, totidemque versibus & verbis latine expressit, quod Henrico Stephano, Eliae Andreae, aliisque viris doctissimis negatum fuerat. Speciminis loco primum adscribimus *odarion:*

De Lyra.

Volo sonare Atridas
Volo sonare Cadmum
Sed Barbitus mihi vnum
Neruis refert amorem.
Immuto fila nuper,
Testudinemque totam:
Et Herculis *labores*
Iam canto: sed lyra ista
Contra sonat mi amores
Heroes ergo posthac
Nobis valete: solos
Lyra haec refert amores.

Eadem

Eadem ratione & *carmina*, ANACREONTI *suppositia*, & *fragmenta* versibus expressit. Iam ignoramus, an Lubini paraphrases poeticae omnes, aut pars tantum modo earum, inueniatur in editione, quae hoc prodiit titulo: ANACREONTIS Teii *Carmina, quondam eodem versuum genere, partim ab* Henric. Stephano, *partim ab* Elia Andrea, *partim ab* Eilhardo Lubino, *nunc genere sapphico & versibus* teutonicis *expressa, edita in vsum studiosae iuuentutis a* Caspare Ernesto Trillero, *Rectore* Ilfeld. *anno MDCXCXII.* (1702) *Nordhusae Litteris Augustini Martini Hynilaschii.* in 8. vid. hamburgische *Berichte* an. 1743. p. 448. Dauid Clement Viri Cl. *Bibliotheque curieuse historique & critique des livres difficiles à trouver* Tom. I. p. 288.

Vitam ANACREONTIS Teii, varii editores, & interpretes carminum v. c. Iosua Barnes, Anna Daceria, Mr. de Longepierre, Mr. de la Fosse, Franc. Gacon, Ioseph Addison, aliique exposuerunt, & editionibus suis ac versionibus praemiserunt. Posterioris *Life of* ANACREON inserta etiam fuit *The present State of the Republik of Letters* Tom. XVI. Nou. 1735. p. 360 sqq. Conf. de variis editionibus Ioan. Albert. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. II. Cap. XVI. p. 567 sqq. David Clement V. Cl. *Bibliotheque curieuse historique & critique des livres difficiles à trouver* l. cit.

Auctores, qui Eilhardi Lubini memoriam ad posteros transmiserunt, nominauimus Tom. II. *Adparat. literar.* p. 788.

CXXXXIIX.

EVRIPIDIS Tragoedia Phoenissae, Emendata ex Manu-scriptis, & Latina facta ab Hugone Grotio. *Amstelodami Ex officina Michaëlis Colini. cIↄ Iↄc XXXI.* (1631) in 8. pp. 125. exceptis fol. 22. prioribus.

Edidit

Edidit Hugo Grotius EVRIPIDIS *Phoenissas cum versione latina*, cum e carcere louensteiniensi profugus, in Gallia versaretur. *Parisiis apud Iacob Ruart* 1630. in 8. Textus EVRIPIDIS graecus, versibus latinis felicissime a Grotio redditus, & cum luculenta *praefatione*, de oeconomia huius dramatis, editus dicitur a Ioan. Alb. Fabricio in *Biblioth. graec.* L. II. Cap. XIIX. p. 642. Praeter *praefationem*, *epistola* dedicatoria praemissa est ad Henricum Memmium, *inter Principes iudicem*, *in summo auditorio* parisiensi, *& christianissimo Regi a Consiliis interioribus*, quae scripta est Lutetiae *Kalend. Iun. clɔIɔc. XXX.* (1630) Editio, qua vtimur *secunda*, Ioanni Alberto Fabricio incognita fuisse videtur. Eius curam in se suscepit, & chartis relegendis, cum imprimeretur, praefuit Gerardus Ioannes Vossius, quod ex eius *epistola* ad Hugonem Grotium, Lugd. Batauor. 1630. *Postrid. Non. April.* scripta, adparet, vbi haec legimus: *de Tragoedia* euripidea, *& tralatione tua*, *omnia spero meliora. Corrigendi ipse laborem suscepi. Quamquam semel iterumque postremam reuidendi curam commiserim nostro* Corracino, *qui tum forte hic erat. Ille si non peccarit*, *bene erit*, *sed postquam* Corracinus *abire coactus — dormitauit tragoedia aliquod mensibus. Iam dies est quartus*, *quod domum repetiere chartas tuas*, *idque eo animo*, *vt reliqua perficiant.* Ex his vero manifestum est, hanc *Tragoediam*, cum Hugonis Grotii versione, vno fere eodemque tempore, & in Gallia, & in Belgio excusam fuisse. Nam haec Gerard. Ioan. Vossius *Postrid. Non. April.* 1630. scripsit, & Hugonis Grotii *Epistola*, eodem anno, Lutetiae *Kalendis Iuniis* exarata dicitur. Forte editio *amstelodamensis*, & *parisiensis* vna eademque est, & non nulla tantum modo exemplaria vrbem parisiensem, alia amstelodamensem in fronte gerunt. Id vero illis discutiendum relinquimus, qui vtramque editionem conferre poterunt. Si Nicerono in *Memoires* T. XVIIII. p. 371. & *Bibliothecae* grotianae, quae adiicitur Hugonis Grotii *manibus*, *ab iniquis obtrectationibus vindicatis*,

tatis, de quibus mox pluribus dicemus, P. II. p. 661. fides habenda fuerit, exstaht etiam exemplaria, quae *Amstelodami* 1639. excusa dicuntur. Hugonem Grotium iam in carcere hagiensi, isti *tragoediae* suam impendisse operam, nonsolum ex *praefatione* eius, sed etiam ex *epistola* patet, quam ad patrem Ioannem Grotium *Consiliarium Comitis* Hohenlo Lutetia *d. VIII. Nouembr.* 1624. scripsit, vbi haec leguntur: *In hoc morbo*, (cum scilicet alui profluuio laboraret) *refeci partem* Phoenissarum, *quae mihi in carcere* hagiensi *perierat: ita vt is quoque labor vltimam acceperit manum.* vid. Hugonis Grotii *Epistolae*, *Amstelodami* 1687. in fol. p. 778. epist. 79. Conf. *Vie de* Grotius *par Mr. de* Burigny, *Amsterd.* 1754. P. I. L. III. §. VII. p. 165 sqq.

De EVRIPIDE eiusque *Tragoediis*, & earum editionibus, post Manuelem Moschopulum, Thomam Magistrum, Iacob Micyllum, Ioan. Alb. Fabricium, omnium optime disseruerunt Ioannes Meursius in EVRIPIDE, *siue de eius tragoediis libello*, qui legitur in Ioan. Iacobi Gronouii *Thesauro antiquitat.* graecor. Tom. X. col. 457 sqq. Iosua Barnes, in *vita* EVRIPIDIS, *ex variis Auctoribus adcuratius descripta*, quae praemittitur EVRIPIDI a Barnesio euulgato, *Cantabrig.* 1694. in fol. Guilielm. Piers in *vita* EVRIPIDIS, qua Medeam, & Phoenissas, *Cantabrigiae* 1703. in 8. editas ornauit; Ioan. Godofred. Hauptmannus in *Programmate de* EVRIPIDE, *Gerae* 1743. in 4. Adr. Baillet in *Jugemens des Savans* Tom. III. P. I. p. 363 sqq.

Hugonis Grotii, viri, de omni republica ciuili, ecclesiastica, & literaria, immortaliter meriti, plures exposuerunt vitam, quos singulatim recensere superuacaneum foret. Eminent inter eius biographos 1.) Auctor Anonymus, qui *vitam* eius conscripsit, quae cum *literis Principis* arausionensis *ad* Grotium, *&* Christinae *reginae*, *ad* Grotii *viduam*, praemittitur Hugonis Grotii *Operibus theologicis*, *Amstelod.* 1679. in fol. Exstat eadem *vita* in Guilielm. Batesii *vitis*

sele-



selectorum aliquot virorum, qui doctrina, dignitate, aut pietate inclaruere, Londini 1681. in 4. p. 420 sqq. Praemissa etiam est *Criticorum sacrorum* Supplementis Tom. I. *Francof. ad Moen.* 1700. in fol. 2) Anonymus, qui *obseruationem de vita, morte, & scriptis* Hugonis Grotii inseruit *Obseruationibus* halensibus Tom. II. Obseruat. XV. p. 329 sqq. Quas de huius *Obseruationis* auctore coniecturas protulerit Christophor. Heumannus, vid. in *Nouis Miscellan.* lipsiensib. Tom. I. P. I. p. 310 sqq. 3) Anonymus, qui hoc titulo librum edidit, Hugonis Grotii, Belgarum *Phoenicis Manes, ab iniquis obtrectationibus vindicati: Accedit Scriptorum eius, tum editorum, tum ineditorum Conspectus triplex, Delphis Batauorum* (Lipsiae) 1727. II. Tomis in 8. form. mai. Quamquam Auctorem istius *Apologiae*, vel si mauis, biographiae fuisse Lehmannum quemdam constat, vid. *Noua literaria* lipsiensia anni 1728. p. 846. Mr. de Burigny *Preface*, alius tamen auctor nominatur, in *Catalogo Bibliothecae* rinckianae, fundamento, quo nescimus, p. 886. vbi talia leguntur: *Huius eruditae biographiae auctor est* Knauth, *Bibliothecae Academiae* wittebergensis *Praefectus*, Ioh. Conradi *frater*. 4) Caspar Brandt, qui lingua belgica edidit *Historie van het Leven des Herrn* Huig de Groot, *beschreven tot den Aanfang van zyn Gezantschap wegens der Koniginne en Krone van* Zweden *aan't Hof van* Vrankryk: *En vervolgt tot zyn doodt door* Adrian van Cattenburgh. *Met een Aanhangsel dezelve Historie. Tweede Druck, Dordrecht en Amsterdam, by Ioan van Braam* &c. 1732. II. Tom. in fol. cum figuris aere expressis. 5) Mr. de Burigny, de quo habemus: *Vie de* Grotius *avec l'histoire de ses Ouvrages, & des Negociations auxquelles il fut employé, Paris* 1752. II. Tom. in 12. & quae melior censetur editio, *avec des nouvelles Remarques, à Amsterdam chez Marc Michel Rey* 1754. II. T. in 12. Conf. Henning. Witten *Memor. Theologor.* Decad. IIII. p. 554. Niceron *Memoires* T XVIIII. p. 315 sqq. Tom. XX. p. 173. P. Baile *Dictionaire histo-*

hiſtorique & critique Tom. II. p. 13. 22 ſqq. Adrien Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 504 ſqq. Tom. II. P. III. p. 417 ſqq. Tom. IIII. P. II. *p.* 135 ſqq. Tom. V. P. I. p. 209 ſqq.

CXXXXVIIII.

Σχόλια τῶν πάνυ δοκίμων εἰς ἑπτὰ τραγῳδίας τοῦ Εὐριπίδου, σαλλεγόντα ἐκ διαφόρων παλαιῶν βίβλων, καὶ συναρμολογηθέντα παρὰ ΑΡΣΕΝΙΟΥ ἀρχιεπισκόπου μονεμβασίας. Scholia in ſeptem Euripidis Tragoedias ex antiquis exemplarib. ab ARSENIO, *Archiepiſcopo Monembaſiae* collecta, nuncque denuo multo quam antea emendatiora in lucem edita. *Baſileae per Ioannem Hervagium* 1544. in 8. formae maioris, pp. 580. ſi folia 4. priora non numerata fuerint.

ARSENIVS cretenſis, Michaelis Apoſtolii filius, & Monembaſiae Archiepiſcopus, *Scholia in* Euripidem, partim, a veteribus commentatoribus, partim a Moſchopulo, Laſcare, & Thoma Magiſtro concinnata, e codicibus cretenſibus, venetis, & florentinis in vnum volumen redegit, & praemiſſa *epiſtola* dedicatoria graeca, *ad* Paullum III. *Pontificem* romanum, euulgauit *Venetiis*, *ex officina Lucae Antonii Iuntae* 1534 in 8. vid. Michael. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. II. p 810. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 352. not. A. Dauid Clement V. Cl. *Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critique de livres difficiles à trouver* Tom. II. p. 147. not. 40. In *epiſtola ad* Paullum III. deplorandum eccleſiae graecae ſtatum exponit, cuius cauſſam ex eo potiſſimum deducit, quod inter tot patres purpuratos, non vnus, nedum duo, e Graecis, ad iſtam dignitatem euehantur. Καίτοι οὐδ᾽, ἢν ἕνα ἢ δύο τῶν Ἑλλήνων ἐν τοσούτοις παντοδαποῖς ἐναριθμεῖσθαι τῶν Καρδινάλεων. Queritur prae-

ter ea quod ecclesiae suae caussam, per quindecim annos, apud Pontificem Leonem, Romae, infelici successu egerit, & Paullum denique rogat III. ne vitio ipsi vertat, quod hoc opus *Scholiorum* ad eum miserit, neque ipse salutandi officium praestiterit, cum podagra & paupertate confectus, iter Romam suscipere nequeat. Conf. Ioan. Alb. Fabricii *Biblioth. graeca* L. V. Cap. XXXXI. p. 222. not. a. Ad editionem *venetam*, editio, cuius titulum exhibemus, *basileensis*, oppido rara, & priore multo adcuratior expressa est, eam quidem ob caussam, vt secundam faceret partem Euripidis, quem Ioannes Heruagius, eodem anno, eademque forma, e sua officina, in lucem emiserat, vid. die *Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. II. p. 434. In fine *scholiorum* haec Typographi oculis obiiciuntur verba: Ἐτυπώθη ἐν Βασιλείᾳ ἀναλώμασι Ἰοάννου τοῦ Ἑρουαγίου τῷ ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας χριστοῦ ἔτει χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ μεταγειτνιῶνος μηνός. Paullus Stephanus haec *Scholia*, multis partibus emendatiora facta, & multis locis emaculata, nec non multe male transposita, in suum & meliorem ordinem digesta, in editione, quam 1602. in 4. curauit, textus graeci verbis subiecit, quod etiam in editione Euripidis omnium optima & splendidissima, opera & studio Iosuae Barnes, *Cantabrigiae ex officina Io. Hayes* 1694. in fol. euulgata, factum esse conspicimus. Promiserat quidem ARSENIVS, in *epistola ad* Paullum III. supra memorata, in reliquas Euripidis *tragoedias*, *scholia* se esse editurum, sed euentum non respondisse promissis, viri critici maximopere dolent.

Mortuus est ARSENIVS anno 1535. posteaquam archiepiscopi Monambasiae, a Graecis dignitate, quam viuo adhuc antecessore suo, ope Venetorum impetrauerat, exutus, & a Pachomio, Archiepiscopo constantinopolitano excommunicatus fuerat. Rem multis verbis narrat Emanuel Malaxus peloponnesius, in Martini Crusii *Turcograecia Basileae* in fol. L. II. p. 146 sqq. vbi in excomunicatione mortuus, corpusque

que eiũs nigrum, & tympani instar turgidum fuisse memoratur: ἀπὸ τὸ πικρὸν τοῦ ἀπέθανεν, ἀμετανόητος, ἐις τὸν ἀφορισμὸν καὶ ὑπῆγεν ἡ ψυχὴ ἀυτοῦ, ὅπου τοῦ νεστορίου τοῦ ἀιρετικοῦ, καὶ τῶν ἐπιλοίπων. καὶ ἐυρέθη μετὰ καιρὸν, τὸ ἐλεεινὸν ἀυτοῦ κορμὴ μαῦρον, τυμπανιαῖον. Καὶ ἦτον φόβος καὶ τρόμος νὰ τὸ ἰδεῖ ἄνθρωπος. Conf. de ARSENII in rem literatam, in primis graecam meritis Christ. Friderici Boemeri *de doctis hominibus* graecis *literarum in* Italia *restauratoribus liber. Lips.* 1750. in 8. p. 155 sqq.

CL.

THEOCRITI aliorumque Poetarum Idyllia. Eiusdem Epigrammata. SIMMIAE *Rhodii* Ouum, Alae, Securis, Fistula. DOSIADIS ara. Omnia cum interpretatione latina. In Virgilianas & Nas. imitationes THEOCRITI Obseruationes H. Stephani. *Excudebat Henricus Stephanus Anno M. D. LXXIX.* (1579) in 12. pp. 447 128. si praemissa folior. 8. non fuerint numerata.

Ediderat quidem Henricus Stephanus THEOCRITVM inter *poetas* graecos *principes*, *Paris.* 1566. in fol. P. II. p. 183 sqq. cum autem aliquot ex iis poetis, quos grandibus literis excusos dederat, minutis etiam edere literis statuisset, initium facit a THEOCRITO, cui quaedam MOSCHI, BIONIS, & aliorum *Idyllia*, & *opuscula* subiunxit. Dicauit eum Ioanni Posthio archiatro wirceburgico. Scripsit *epistolam* dedicatoriam, *ex villa* sua grieriana *VI. Cal. Octobr.* anno 1518. Sequuntur eam

I. *Prolegomena in* THEOCRITVM, in quibus agitur de discrimine, quod est inter illius & Virgilii bucolica carmina. Quibus subiunctae sunt *emendationes quorumdam* THEOCRITI *locorum.* Pleraeque in *Adnotationibus*, editioni, quae maiuscu-

 lis

lis literis excusa est, additis, praetermissae fuerant.

II. ΘΕΟΚΡΊΤΟΥ τοῦ συρακουσίου Εἰδύλλια καὶ Ἐπιγράμματα τὰ σωζόμενα cum versione latina.

III. Εἰδύλλια ΜΌΣΧΟΥ Συρακουσίου καὶ ΒΊΩΝΟΣ σμυρναίου, cum versione latina prosaica, & metrica latina, partim ab Angelo Politiano, Laurentio Gambara, Henrico Stephano, & Eobano Hesso concinnata.

IIII. ΣΙΜΜΊΟΥ ῥοδίου σύριγξ, πέλεκυς, ὠόν, βωμός, πτερύγιον, omnia conuersa simul & emendate exposita a Claudio Auberto, Triuncuriano, qui praefatiunculam praemisit, ad Ioannem Crispinum, & cuilibet Carmini graeco, *Scholia*, *hypotheses*, & commentatiunculam *de ratione versuum* subiunxit. Carmini, quod σύριγξ inscribitur addita est Viti Vinsemii, & τοῦ σαφωτάτου χαρτοφύλακος τῆς πρώτης Ἰουστιανῆς καὶ πάσης Βουλγαρίας κυροῦ Ἰοάννου τοῦ Πεδιασίμου ἐξήγησις εἰς τὴν τοῦ ΘΕΟΚΡΊΤΟΥ σύριγγα. *Aram* latine vertit Guil. Canterus, breuemque subiunxit *explicationem*, quorumdam huius poematii locorum.

V. *Poematia variorum poetarum* graecorum, *vel vt* THEOCRITUS *sua vocauit*, *Idyllia*, *partim hexametro, partim elegiaco carmine. Item poematiorum quorumdam fragmenta*, cum versione latina. Addidit illis AVSONII *de vita humana Idyllion*, cum graeca versione numeris adstricta Federici Iamotii, & PROPERTII *elegiam* ex libro secundo XII. cum sua versione graeca, qualis olim *Venetiis*, & postea *Brugis* edita fuit.

VI. *In* Virgilianas *&* nasonianas THEOCRITI *imitationes*, *obseruationes* H. Stephani, *in quibus multi vtriusque poetae loci diligenter examinantur.* Eiusdem *Emendationes quorundam* THEOCRITI *locorum.* Conf. de editione nitida & rara Io. Alberti Fabricii *Bibliotheca graeca* L. III. C. XVII. p. 437.

Prae-

Praeter ea, quae in Ioan. Alb. Fabricii l. cit. de THEOCRITO, & variis eius, reliquorumque poetarum bucolicorum editionibus leguntur, euolui merentur Caroli Friderici Pezoldi *Dissertatio de* THEOCRITI *Stylo & vita Lipsiae* 1710. in 4. Vincenzo Mirabellà *Vita di* THEOCRITO, in *Dichiarazioni della Pianta dell'antiche* Siracusa *Palermo* 1717. in fol. P. II. p. 154 sqq. Latine conuersus fuit liber a Sigeberto Hauercampo, & insertus *Thesauro Antiquitat. & Historiar.* Siciliae Tom. XI. vbi THEOCRITI *vita* legitur p. 261 sqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. III. P. I. p. 417 sqq.

CLI.

THEOCRITI Idyllium primum Annotationibus Federici Iamotii illustratum. Ad nobilissimos adolescentes Gilbertum & Gaspardum Dallegrium fratres. *Parisiis Apud Martinum Iuuenem, sub insigni D. Christophori e regione gymnasi Cameracensium.* 1552. in 4. fol. 32. si omnia numeraueris.

Pauci erunt lectores nostri, quibus haec editio *Idyllii* theocritei *primi*, nitida videre contigit, quae ipsius Ioannis Alberti Fabricii notitiam effugisse videtur. Michael Maittaire illam memorauit in *Annal. typogr.* Tom. III. p. 615. In secunda tituli pagina, breue legitur *epigramma* graecum, iambis quaternariis a Federico Iamotio *in obtrectatores* scriptum. Quemadmodum ex *epistola* dedicatoria adparet, fratres Dallegrii, quos in titulo nominauit, eius fuerunt discipuli. In fine occurrit ὑπόθεσις quatuor versibus graecis concepta *Idyllii primi.* Praeter *Idyllion* graecum, *paraphrasis* eius graeca prosaica, & *Adnotationes* latinae, quae maximam libri partem efficiunt, adlatae fuerunt. Postremo loco, haec typographi le-

guntur verba: *Excudebat* Martinus Iuuenis *A. M.D.LII.* (1552) *Idib. Septembris.*

Vid. de Federico Iamotio, bethunienſi, Doctore medico, linguae graece pariter atque latinae peritiſſimo, & poeta excellente Ioan. Franciſc. Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. I. p. 275. vbi eum in carmine praſertim pindarico, principem fere obtinuiſſe locum, & praeter alia ſcripta graeca & latina, quae recenſet, *Idyllia aliquot* THEOCRITI *e* graecis latina *feciſſe*, & *Pariſiis* 1574. *edidiſſe* ſcribit.

CLII.

PINDARI Olympia, Pythia, Nemea Iſthmia. Caeterorum octo lyricorum carmina ALCAEI, SAPPHVS, STESICHORI, IBYCI, ANACREONTIS, BACCHYLIDIS, SIMONIDIS, ALCMANIS. Nonnulla etiam aliorum. Editio II. Grocolatina H. Steph. recognitione quorundam interpretationis locorum, & acceſſione lyricorum carminum locupletata. *Anno MDLXVI.* (1566) *Excudebat Henr. Stephanus illuſtris viri Huldrichi Fuggeri typographus* in 16. pp. 576.

Carminum poetarum nouem, lyricae poeſeos principum fragmenta ALCAEI, SAPPHVS, STESICHORI, IBYCI, ANACREONTIS, BACCHYLIDIS, SIMONIDIS, ALCMANIS, PINDARI, nonnulla etiam aliorum. Cum latina interpretatione, partim ſoluta oratione, partim carmine. Editio II. multis verſibus ad calcem adiectis locupletata. *Anno M. D. LXVI.* (1566) *Excudebat Henr. Stephanus illuſtris viri Huldrichi Fuggeri typographus* in 16. pp. 568.

Tres

Tres extant poetarum graecorum, qui carmine lyrico celebres facti sunt, editiones, quae *ex Henrici Stephani officina* typographica prodierunt. *Primam* is euulgauit anno 1560. in 16. *Secunda* est, cuius titulum integrum vides. *Tertiam* denique luci publicae exposuit anno 1586. in 16. *Primae* & *Secundae* mentionem facit Ioannes Albertus Fabricius in *Bibliotheca* graeca L. II. Cap. XIIII. p. 556. *Tertiam* descripsit Auctor S. R. der *Nachrichten von einer* hallischen *Bibliothek* Tom. III. p. 464 sqq. Editionis *secundae* parti primae, quam memorauit auctor *der Merkwürdigkeiten der koeniglichen Bibliothek zu* Dresden T. II. p. 467. praemittitur Henrici Stephani *dedicatio ad* Philippum Melanchthonem, ex editione *prima* desumta, cui succedunt Horatii *Ode II. Libr. IIII.* Carmin. & quaedam graeca in PINDARVM *epigrammata*, *ex Anthologia* graeca excerpta. PINDARI *odis* interpretationem addidit Henric. Stephanus latinam, verbis graecis adligatam, & ad liberiorem Philippi Melanchthonis versionem emendatam. *Vita* PINDARI graeca, quae cum versione latina, p. 550. occurrit, a Scholiaste PINDARI graeco, & Suida composita est, cui ex eiusdem Scholiastae *Prolegomenis* succinctam subiunxit commentationem *περὶ τῶν στροφῶν, ἀντιστρόφων τε καὶ ἐπῳδῶν*; cum versione latina, & ea simul addidit, quae Lilius Gregor. Gyraldus Dialog VIIII. *de poetarum historia*, de PINDARI vita narrauit.

Secundam partem, quae *carmina & fragmenta*, reliquorum poetarum lyricorum complectitur, praecedit Henrici Stephani dedicatio *ad* Marcum *&* Ioannem Fuggerum iambis latinis conscripta. Reliquiis poetarum praemisit narrationem, de eorum vita, e Lil. Gregor. Gyraldi dialogis *de poetarum historia*. ANACREONTI illam addidit *praefationem*, quam editioni praefixerat ANACREONTIS, ex sua officina typis maiusculis nitidissimis *Paris* 1554. in 4. euulgata, de qua vid. Cl. Dauid. Clement *Biblioth. curieuse historique & critique des livres difficiles à trouver* T. I. p. 287. Versio Henrici Stephani latina, eodem me-



tri genere, quo vsus est ANACREON expressa, a Paulo Colomesio in *Recueil de particularitez* p. 109. edit. *Vltrai*. 1669. in 12. & qui eum sequitur, a Theodoro Ianssonio ab Almeloveen in *Syllabo plagiariorum* p. 39. Ioanni Aurato tribuitur, sed Vossium & Scaligerum, cuius fide haecce retulerat Paullus Colomesius deceptum esse adfirmat Bernardus de la Monnoie in *epistola*, quam ad Petrum Baile scripsit, hic vero inseruit Tomo I. du *Dictionaire historique & critique* p. 204. vbi talia legimus: *Ce qu'on rapporte* d'Isaac Vossius, *qui disoit avoir possedé un* ANACREON *où* Scaliger *avoit marqué de sa main, que* Jean Dorat *étoit auteur de la traduction* latine *de ce poëte, attribuée a* Henri Etienne *doit étre compte pour rien. Ou* Vossius *se trompoit, ou* Scaliger *avoit éte mal informé.* Henri Etienne *qui d'ailleurs n'etoit point plagiaire étoit trés-capable d'une Version telle que celle-la; &* Dorat, *si elle avoit été de lui, n'auroit pas manqué de la reclamer.* Addidit etiam Henric. Stephanus, aliquot ANACREONTIS *odas*, ex Eliae Andreae interpretatione: Cum ille non vbique eamdem, quam Henricus Stephanus sequeretur lectionem, atque propter ea illius interpretatio, cum Stephaniana, minus consentiret, *coniecturas* suas p. 430 sqq. Henr. Stephanus adnotauit, quibus sua versio confirmatur. Excerptae sunt ex *Adnotationibus* plenioribus, quae in editione ANACREONTIS parisina in 4. leguntur. Finis secundae parti imponitur, SAPPHUS *ad* Phaonem *epistola*, ab Ouidio scripta.

CLIII.

PINDARI Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. Caeterorum octo Lyricorum carmina, ALCAEI, SAPPHUS, STESICHORI, IBYCI, ANACREONTIS, BACCHYLIDIS, SIMONIDIS, ALCMANIS, Nonnulla etiam aliorum. Omnia Graece &

& Latine. PINDARI Interpretatio noua eſt, eaque ad verbum: caeteri partim ad verbum, partim carmine ſunt redditi. *Antuerpiae ex officina Chriſtophori Plantini. Anno cIↃ IↃLXVII.* (1567) in 12. p. 270.

Carminum Poetarum nouem, lyricae poëſεως principum, fragmenta. ALCAEI, SAPPHUS, STESICHORI, IBYCI, ANACREONTIS, BACCHYLIDIS, SIMONIDIS, ALCMANIS, PINDARI. Nonnulla etiam aliorum. Cum Latina interpretatione, partim ſoluta oratione, partim carmine. *Antuerpiae ex officina Chriſtophori Plantini. M.D.LXVII.* (1567) pp. 200.

Editio ſatis rara, ad *Stephanianam*, quam deſcripſimus, expreſſa, nitore archetypon ſuum ſuperat. Parte prima PINDARI verſio non nullis in locis mutata eſt, quod ex initio ſtatim colligi poterit. Illud in *Stephaniana* hoc eſt: *Optima quidem* (*eſt*) *aqua & aurum* (*velut ignis noctu ardens*) *coruſcat eximie inter ſuperbificas diuitias: at ſi certamina narrare cupis animo mi, ne iam ſole contempleris aliud ſplendidius aſtrum, lucens interdiu per vacuum aetherem* &c. in *plantiniana* ita legitur: *Optima quidem* (*eſt*) *aqua & aurum* (*velut ardens ignis noctu*) *excellit eximie inter ſuperbificas diuitias: at ſi certamina narrare cupis anime mi, ne iam ſole contempleris aliud ſplendidius aſtrum, lucens interdiu per deſertum aetherem* &c. Illa *fragmenta*, quae in editione *ſtephaniana* p. 433 ſqq. occurrunt, cum Ouidii *epiſtola* SAPPHUS nomine *ad* Phaonem ſcripta, in editione *plantiniana* deſiderantur. In reliquis cum *ſtephaniana* adcuratiſſime conuenit, ipſasque illas Stephani *dedicationes* & *praefationes* ob oculos ponit.



CLIIII.

ΠΙΝΔΑΡΟΥ Ολυμπια Νεμεα Πυθια Ισθμια. PINDARI Olympia, Nemea, Pythia, Isthmia. Vna cum latina omnium versione carmine lyrico per Nicolaum Sudorium. Quid praeterea huic accessit editioni praefatio indicabit. *Oxonii e theatro Sheldoniano MDCXCVII.* (1697) in fol. pp. 497, si praemissa folior. 18. indices, & adpend. folior. 87. exceperis.

Omnia nostra aetate optima, & valde rara est editio, quam curarunt Ric. West, & Rob. Welsted, qui Wriothesley, *Marchioni de* Tavistock, *nec non* Gulielmo *Ducis* bedfordiani *haeredi*, *&* *Nepoti*, eam dedicatam esse voluerunt. Erasmi praecipue Schmidii interpretationem textumque, ab illo, emendatum nisi numerus carminis pindarici, aut aliud quidquan reclamaret, sequuti sunt, multaque, in suas, ex eiu *adnotationibus* transtulerunt. E Ioannis Benedicti *salmuriensi* editione 1620. in 4. nihil praeter *paraphra sin*, & nonnullarum *odarum argumenta* sibi tribuer *Scholia antiqua*, mendis plurimis castigatis, textui sub iecerunt, ideoque nihil *notis* addiderunt, in *scholi* antea obseruatum. *Variantes lectiones*, quas supped tauerunt Codices bodleiani, quorum nullus quide integrum exhibet PINDARVM, cum impressis plur mis editionibus, vna cum illis, quas e Codicibus B bliothecae palatinae collegit Erasmus Schmidius, *n tis* passim immiscuerunt. *Vitam* PINDARI noua & aliam, ac illam a Thoma Magistro, & Suida desc ptam, latino sermone conscriptam dederunt, cui, quae a Thoma Magistro, & Suida de PINDA narrantur, subiecerunt. *Chronologiam*, quae prae gitur *Olympionicarum*; cum editoribus cummunica Guilielmus Lloyd, Episcopus litchfeldensis. Q viri critici, in hac *Olympionicarum chronologia* d derent, & qua ratione iste defectus suppleri qu legi poterunt in Jean le Clerc *Bibliotheque ch*

T

Tom. VI. p. 257 sqq. De *ludis olympiis* praeter illa, a Scholiaste tradita, adposuerunt *fragmentum* aliquod Phlegontis Tralliani περὶ τῶν ὀλυμπίων, simulque *Fragmenta* PINDARI, ab Erasmo Schmidio collecta, heic etiam restituenda curarunt. *Indicem* tandem, vt nihil desit, confecerunt, omnibus aliis longe locupletiorem, qui lexici loco pindarici haberi queat, eique alium *de auctoribus*, *a Scholiaste citatis*, in fine addiderunt. Ioannes Albertus Fabricius posteriorem inseruit *indicem* L. II. *Biblioth. graec.* Cap. XV. p. 560 sqq. nonnullisque aliis auctorum nominibus auxit. Cum editio splendidissima, ad finem propemodum esset perducta, in editorum peruenit manus PINDARVS *latine redditus carmine lyrico*, *iuxta numeros* horatianos, *per* Nicolaum Sudorium, *in curia* parisiensi, *Inquisitionis Praesidem*, quem rarissimum & elegantissimum, cum aliquot illius Sudorii *poematibus*, indignis quae perirent, in fine recudendum curarunt. *Commentarios* autem *in Nemea*, ab eodem auctore editos, cum nihil fere haberent, non prius in *scholiis*, aut eorum *adnotationibus* obseruatum, hoc loco omiserunt. Conf. de hac editione Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* l. cit. p. 556 sqq. *Bibliotheca librorum nouorum collecta a* L. Neocoro & Henrico Sikio T. II. *Traiect. ad Rhen.* 1698. in 8. p. 361. sqq. *Acta eruditorum* lipsiensia anni 1698. p. 118 sqq. die *Nachrichten von einer* hallischen *Bibliothek* Tom. III. p. 461 sqq.

De Nicolao Sudorio paucula quaedam retulit Scaeuola Sammarthanus in *elogiis* Gallorum L. IIII. p. 230 sqq. vbi eum, sub id tempus periisse scribit, quo recepta est, a Rege Henrico III. Lutetia, anno vitae LV. ab impia latronum manu, dum a Sequanorum finibus, in vrbem se reciperet, in ipso itinere saeuissime confossus. PINDARI *opera omnia*, ab illo, latino *carmine reddita*, lucem iam viderant *Venetiis*, 1582. & *Parisiis* 1592. in 12. vid. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* l. cit. p. 156.

Quam-

Quamuis Thomas Magister, Suidas, Franc. Portus, Benedictus Aretius, Michael Neander, Erasmus Schmidius, Ioannes Benedictus, & editores quos nominauimus oxonienses, cum Io. Alb. Fabricio, in *Bibliotheca graeca*, l. cit. nihil fere praetermiserint, quod ad PINDARVM, eiusque *carmina* spectat, cum illorum tamen virorum lucubrationibus conf. merentur François Blondel *Comparaison de* PINDARE *& d'Horace*, quae legitur in *Oeuvres du* René Rapin Tom. I. *à la Haye* 1725. in 12. p. 433. & in sermonem latinum conuersa per Ioannem Berkelium, subiuncta Iacobi Palmerii *Apologiae pro Lucano*, de qua data occasione dicemus, *Lugduni Batauor.* 1704. in 8. p. 241 sqq. Claude François Fraguier *Caractere de* PINDARE, in *Memoires de Litterature tirez des Regitres de l'Academie royale des Inscriptions & belles lettres* T. III. *Amsterdam aux depens de la Compagnie* 1719. in 12. p. 42 sqq.

CLV.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ *κύρου παιδείας* Βιβλία Τέτταρα. Α΄. Β΄. Γ΄. Δ΄. XENOPHONTIS Cyri Paediae Libri Quatuor priores. *Parisiis. Ex Officina Christiani Wechelii. M. D. XXXVIII.* (1538) in 4. pp. 126.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ Κύρου Παιδείας Βιβλία Τέτταρα. Ε΄. ς΄. Ζ΄. Η΄. XENOPHONTIS Cyri Paediae Libri Quatuor posteriores. *Parisiis. Ex Officina Christiani Wecheli, sub scuto Basileensi M. D. XXXIX.* (1539) pp. 139.

Editionem admodum raram, bibliothecae nostrae, quasi amicitiae tesseram, intulit, quem heic honoris caussa nominamus, nobilissimus Ioannes Georgius Ernestus Schmidius, vir qui belli artes, cum pacis studiis vinculo arctissimo coniungit. Ioannis Alberti Fabricii

bricii notitiam & adspectum illa plane effugit, & Michael Maittaire, posteriorem tantum modo partem, cognitam habuit, quam in *Annalibus* suis *typographicis* adnotauit Tom. III. p. 301. Omni destituitur praefatione, & praeter textum XENOPHONTIS graecum, nitidis, & luculentis typis excusum, nihil refert.

Auctores qui de XENOPHONTE prodiderunt, vid. in *Adparatu literar.* Tom. II. p. 1292 sqq.

CLVI.

En damus DIODORI *Siculi Historici Graeci*, quae nunc quidem extare noscuntur opera. Nempe, de illustrium Regum Philippi, & Alexandri, nec non & aliquot aliorum ducum Macedoniae praeclare factis, Bartholomaeo Cospo Bononiensi interprete, Lib. II. De fabulosis Aegyptiorum gestis, omni sane poetarum, historiarumque Studioso, vtileis ac iuxta necessarios, a Pogio Florentino latinitate donatos, Lib. VI. IOANNIS *Monachi*, ex libris historiarum suarum de vita Alexandri ab eodem Bartholomaeo versum Lib. I. BOCATII aliquot insignium foeminarum quarum apud varios autotores (autores) crebro fit memoria, historias, eiusdem Lib. X. Nunc denuo diligenter recognita, & a mendis quibus hactenus laborabant, studiose vindicata. *Basileae excudebat Henricus Petrus, Mense Augusto, Anno M. D. XXXI.* (1531) in fol. p. 375. exceptis foliis 12. prioribus.

Quae caussa sit, vt Cospus ille bononiensis, qui in libri titulo Partholomaeus vocatur, in libro ipso, passim v. c. p. 1. 132. 133. Angelus Cospus nominetur, ignoramus. In *lexico eruditorum* nomen eius omissum fuit. Iosias autem Simlerus in *Bibliotheca* p. 42. An-

Angelum Cospum DIODORI Siculi *Librum XVI. & XVII.* in sermonem conuertisse latinum retulit, & hominem fuisse ait in literis tum graecis, tum latinis apprime eruditum, & p. 87. Bartholomaeum Cospum, bononiensem interpretatum esse DIODORI Siculi *historiam de illustrium Regum* Philippi & Alexandri, & *aliorum aliquot nobilium* Macedoniae *ducum praeclare factis.* *Item* IOANNIS *Monachi*, *ex libris historiarum suarum*, Alexandri *vitam scribit.* Petrus Wesselingius in *praefatione* DIODORI Siculi, cum forte e nobili gente Cospianorum, cuius saepe Io. Carol. Caesar Maluasia, in *Marmoribus Felsineis Bonon.* 1690. in fol. Sect. II. Cap. vnic. p. 49. & p. 365. 516. mentionem fecit, genus duxisse existimare videtur. Quo tempore prima viderit lucem editio, non nouimus. Nam Ioannes Albertus Fabricius L. III. *Biblioth. graec.* Cap. XXXI. p. 775. non antiquiorem nostra, protulit editionem. Addidit versioni suae Angelus Cospus, Alexandri M. *regis vitam* a IOANNE Monacho conscriptam; & e graeco in latinum sermonem traductam. IOANNNES monachus, non alius est, quam IOANNES ZONARAS, constantinopolitanus, magnus sub Alexio Comneno Drungarius, & primus a secretis, deinde, vt Ioan. Alb. Fabricius L. V. Cap. XLII. p. 241. loquitur, καθ' ἑαυτὸν ἑλομένος ζῆν, & vitam monasticam amplexus, e cuius *Chronici* Tom. I. hocce fragmentum excerptum est, vid. Gerard. Ioann. Vossius *de Historicis* graecis L. III. Cap. IIX. p. 219. Vtramque versionem, & DIODORI, & IOANNIS monachi Angelus Cospus inscripsit nomine Iacobi Bannissi, *a Secretis* Maximiliani I. *Caesaris.* Legitur *epistola* dedicatoria in fine versionis L. XVII. DIODORI Siculi p. 132.

De *libris* DIODORI Siculi *quinque prioribus*, a Poggio Bracciolino, florentino, latina ciuitate donatis, data opera disseruimus Tom. II. *Adparat. literar.* p. 1297 sqq.

Ea, quae ex BOCCACII libro X. *de claris mulieribus*, excerpta leguntur p. 374 sqq. vt per typothetarum

rum errorem pro p. 361 sqq. legitur, spectant ad Opem, Saturni Coniugem, Iunonem, Isidem, & Lybiam, Lybiae reginam. Initio voluminis, quod descripsimus, reperitur Henrici Petri, typographi *ad Lectorem praefatio*, in qua de hac editione sua isthaec refert: — *quod historiarum frugis tam crebo meminerim, libenterque his conuersarer, olim specimen, a vobis vtcunque satis probatum, exhibui, dum* Chronica diui Eusebii caesariensis *& caeterorum*, (Prodiit haec quam memorat Eusebii editio hoc titulo: *En damus Chronicon diuinum plane opus eruditissimorum Autorum, repetitum ab ipso Mundi initio, ad annum usque salutis M. D: XII.* Eusebii Pamphili Caesariensis, D. Hieronymo *Interprete*. D. Hieronymo Presbyteri. Prosperi Aquitanici. M. Aurelii Cassiodori. Patricii Rom. Hermanni Contracti Comitis Veringen. Matthaei Palmerii Florentini, Matthiae Palmerii Pisani. *partim nunc a nobis inuentum & editum, partim a mendis quibus laborabat plus quam cuiquam creditu facile est, summo studio & diligentia repurgatum. Basileae excudebat Henricus Petrus Mense Martio An. M. D. XXIX.* (1529) *cum gratia & priuilegio Caesareo*, in fol.) *Item* Polybii *ac* Bedae Anglosaxonis historiarum libros *summo studio ac conatu excuderim. Ita nunc quoque leuiori mente ad alios properabam, futurum me tibi rem gratam exhibiturum, si* DIODORI siculi, *historici* graeci, *longe excellentissimi, aliquot operum a mendis repurgata, meis praelis imprimi curarem. Hunc nempe a multis neutiquam poenitendae auctoritatis viris commendare audio — etiam a phrasi linguae* graecae, *verum quum haec non intelligam, neque in* Germania (*doleo*) graece *exstare constat, non est, quid de ea dicam, quam quod in his libris, satis eleganter versis, lectorem sine fastidio, semper classiarium in legendo sua vtili & copia & breuitate seruet.* De illustrium regum Macedoniae gestis, *breui, nec minus eleganti opera, vertit* Bartholomaeus Cospus, Bononiensis. *Alterum quem* de fabulosis Aegyptiorum gestis *inscripsit, non minori diligentia latinitati donauit.*

nit Pogius Florentinus, *viri profecto bonarum disciplinarum doctissimi, & qui de re literaria optime meriti sint.* *Horum versiones vt vere elegantissimas, exosculamur, ambabusque amplectimur manibus.* — *Verum hoc subinde mirari tamen non satis possum, quin hic libri, iam primum pene nati, adeo tam cito sint deprauati, curruptique, inprimis antitypum quod* de fabulis aegyptiacis *habuimus infinitis laborabat mendis, sine sententiarum aut orationis interuallo, omnia pene cohaerebant, vt non minus in his sentinis eruendis insudauerimus, quam olim* Hercules *in* augeio *stabulo repurgando. Liceat tamen id ingenue fateri exemplarium verorum destituti copia in multis non assequutos, quod erat in votis, quin ad haec alio quandoque* Daelio *opus natatore erit: quamuis nos interim non oscitanter agemus, quin gnauiter insudabimus, vt tandem castigatiora prodeant. Citra autoris iniuriam interseruimus typis paulo maiusculis (quod in marginibus parce admodum annotata erat)* annorum Philippi ac Alexandri. *quibus regnarunt* series, *ad haec multarum rerum capita in posterioribus voluminibus, quo lectori studioso, quodlibet quaerenti, se facile praestaret obuium, quum omnium alias scriptorum simul cohaerentium nulla fuerat segregatio.* — *Habes quoque in hoc libro candide lector* vitam Alexandri Magni, *ex libris historiarum* IOANNIS monachi *etiam scriptoris* graeci *desumptam cuius quoque translationem debemus* Bartholomaeo Cospo, *dignus profecto libellus, quem omnes* φιλαλέξανδροι *perlegant. Insuper vice coronidis adiectas aliquot* insignium foeminarum, *quarum praeclares scriptores historiarum mentionem faciant ex* BOCATIO, *iucudissimas* historias, *& cognitu necessarias. Postremo vtilem* summarum ac memorabilium rerum indicem, *alphabetario ordine, & chartarum numero, quo facilius quaeque inueniri possent distinctum* &c. Sequitur iste *index praefationem.* Omnia, quae hoc volumine complectuntur *Basileae* anno 1535. & 1545. in fol. fuisse repetita, adfirmat Ioan. Alb. Fabricius L. III. *Biblioth. graec.* Cap. XXXI. p. 775. Exstant etiam

non

nonnullae Curtii editiones, quae IOANNIS ZONARAE *vitam* Alexandri M. additam referunt. Quae illae sint, intelligi poterit, ex Henrici Snakenburgi *prolegomenis* Curtio, *Delph. & Lugd. Bat.* 1724 in 4. edito, praefixis, Cap. III. Prima sine dubio Curtii editio, in qua occurrit, est *basileensis*, *ab Henrico Petro* 1545. in lucem emissa.

CLVII.

DIONYSII *Halicarnassei* de Origine vrbis Romae, & romanarum rerum antiquitate. Insignes Historiae in XI. Libros digestae. Operis Praefatio Fol. II. Liber primus V. Liber secundus XXVIII. Liber tertius XLVII. Liber quartus LXX. Liber quintus XCVI. Liber sextus CXIIII. Liber septimus CXXXVIII. Liber octauus CLIX. Liber nonus CLXXXIIII. Liber decimus CCV. Liber vndecimus CCXXII. *Parisiis M. D. XXIX.* (1529) *Venundantur ab Gallioto Pratensi, & Petro Vidouaeo, Vniuersitatis Parisiensis Biblio; olis, Cum Priuilegio supremae curiae Parlamenti. Galliot Du Pr.* in fol. folior. 238. exceptis foliis 3. prioribus.

Refert codex non valde obuius, insigni nitore excusus, Lapi Biragi, castilionaei versionem latinam, quam iussu Paulli II. e duobus vetust s codicibus Bibliothecae vaticanae adornauit. Omnium eum fuisse primum, qui DIONYSIVM, latina donauit ciuitate, nos adnotare meminimus in *Adparatu literar.* Tom. II. p. 1305. vbi simul eos nominauimus scriptores, qui sententiam de hac versione, suam protulerunt. In eo quidem omnes fere conspirant, Lapum pleraque parum latine, multa etiam perperam conuertisse. Fridericus tamen Sylburgius, in *praefatione*, quam suae editioni, *ad lectorem* praemisit, ingenue fatetur, La-

pum Biragum saepe ad verae lectionis inuestiga nem, viam patefecisse, qui duos vetustos codices sua versione sequutus sit, & verbum verbo reddere duerit. Dedicauit versionem suam Lapus Paullo & multa laude eum celebrauit, quod non solum ec siam, Dei populosque suos, in summa tranquilli contineret, templa, sedemque apostolicam exorna muros vrbis restitueret, magnificentissimeque aedi ret, sed suas etiam cogitationes extenderet, vsqu proceres illos, priscos fundatores vrbis, tantique perii, atque eorum honori, ac famae cum gloria seruiret. Eius nimirum iussu factum esse dicit, v latinum sermonem transtulerit DIONYSII *histor* qua commendata, ad Paulli II. reuertitur laudes opus ideo ei dedicandum fuisse innuit, quod in e dem sit visa diuina munificentia contulisse, quid amplum, aut decorum sit in mortalibus, ingenium pra naturam nostram, diuinos mores, virtutem, d corporis insignes, interque caetera eam formae di tatem, prae se quamdam pontificalem maiestaten rat, videaturque ipsa per se reuerentiam, ab int tibus exigere. Tandem Venetias, patriam Paull summis effert laudibus. Omnem *epistolam* dedic riam inseruit eminentissimus Cardinalis ANGE MARIA QVIRINVS *Adpendici*, quam Michaelis nensir *vitae* Paulli II. adtexuit §. XXIIII. p. 274 sqq. ter editiones quae illam in fronte gerunt, pr pem tenet locum, & rarissima est, quae calce *impressa* dicitur Taruisii *per* Bernardinum C rio de Luere. *Anno Chr. Nati MCCCCLXXX.* (1. *Bissexto Kl. Martias* Ioanne Mocenigo Venetorum *ce inclyto*, in fol. vid. Michael. Maittaire *Annal.* *graph.* Tom. I. p. 406. die *Merkwürdigkeiten der* *Bibliothek zu* Dresden Tom. II. p. 155. Hen Glareanus ex illa 6000. errores se sustulisse profite vid. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. III. C. XX p. 780. Editioni, qua vtimur, dum haec scribi & quam Io. Alb. Fabricius in Biblioth. *latina me*

it

infim. aetatis L. XI. p. 719. per viros doctos esse recensitam adfirmat, praefigitur praeter Excerptum *ex Registris Parliamenti*, quo Gallioto du Pre, siue Pratensi, priuilegium imprimendi & vendendi DIONYSIVM conceditur, Bibliopolarum *epistola* dedicatoria, ad Antonium a Praso, *tit.* S. Anastasiae *Presbyterum Cardinalem*, Senonum *Archipraesulem*, *nec non* Albigiorum *Episcopum*, *&* Galliae *&* Germaniae *Primatem*, Gallorum *Cancellarium*, cuius post multa laudum praeconia, talis est clausula: *Vbi receptum iri intelleximus* DIONYSIVM Halicarnasseum *rixantem cum blattis tenebris obcoecatum apricum desiderare In cuius historia, cum priscis* Romanorum *simulachris te totum agnoscas. In hoc te speculo demirabere, quid bella, quid indutiae, quid respublica, quid pacis foedera, omnia in vno cernere est. Non sunt passi vna* Galiotus a prato, *vnaque* Petrus Vidouaeus *Bibliopolae, quam studiosi bonarum artium, quam sint anheli terso pumice crebroque ariete Barbarorum phalanges expugnare, rugas sermonis pene recutiti in aream ingenti aequare chylindro enixissime studeant* DIONYSIVM *hoc non diutius ferre desiderium. Quare en tibi* DIONYSIVS *verax non adulterinis aut cerusatis pigmentis laudum tuarum & tubicinator & concumulator nobis ieiunis, insulsis, quibus nullae dicendi reliquiae, nulla linguae profluentis supellex, tecum nullus locus suppetit, quod vtcunque sese habeat, nostra eaque impexa orationis series, vbi aequi bonique te consuluisse audiuerimus. Erit quod in posteris operam nostram, vel quantulancunque, non inuerecunda fronte, & tibi, tuisque promittas interim valebis.* Lutetiae *octauo iduum Februarii.* Finita *epistola* dedicatoria, occurrit *Index insignium Hystoriarum omnium vel scitu opportunarum, vel lectu dignarum, quae XI. lib.* DIONISII Halicarnassei, *de origine vrbis* Romae, *&* romanarum *rerum antiquitate continentur, quo, quod quisque velit, omnem citra laborem, facillime consequatur.* In fine voluminis, haec oculis obiiciuntur verba: DIONYSII Halicarnassei *de Origine vrbis* Romae, *&* Romanarum *rerum anti-*

 qui-

quitate, insignium Hystoriarum finit. Parisiis *impendio ac aere honestorum virorum* Gallioti Pratensis, *&* Petri Vidouaei *Vniuersitatis* Parisiensis *Bibliopolarum. Anno ab orbe redempto M. D. XXIX.* (1529.) Michael Maittaire nullam editionis notitiam habuisse videtur; Typographus & Bibliopola, in censum eorum veniunt, qui literarum studia, cum ea, quam exercuerunt arte, coniunxerunt.

Petrus Vidove, seu Vidouaeus, siue vt nonnunquam, in libris ab illo editis, legitur, Vidoeus, vernoliensis, artium magister, anno 1519. inclaruit, & typographiam ad annum vsque 1543. exercuit, suosque labores typographicos, cum plurimis aliis, quos nominat Michael Maittaire in *Annal. typograph.* T. II. p. 109 sqq. communicauit. Eius insigne typographicum, quod tamen in codice nostro, non conspicitur, erat Fortuna cum epigraphe *Audentes iuuo* &c. *par sit fortia labori*, quibus plerumque nomen suum P. Vidouaeus subscripsit.

Galliotus a Prato, parisiensis, librarius academiae parisiensis iuratus, inclaruit primum anno circiter 1514. & anno 1541. Simonis Colinaei opera, in *bibliis vulgatis* excudendis vsus est. Jean de Caille in *Histoire de l'imprimerie & de la librairie Paris.* 1689. in 4. haec de illo retulit: Galiot du Pre *a composé plusieurs Ouvrages, préfaces, Avis, & Epitres dedicatoires, qui se voyent au devant des livres, qu'il nous a laissez. Il fit imprimer* le grand Coutumier de France, & l'instruction & maniere de proceder & Cours de Parlement par Boutilier, *in fol. en 1524. On voit dans le Commencement de ce livre ce plaisant Dicton:*

Le Baillif vandange, le Prevost grappe
Le Procureur prend, le Sergent happe
Le Seigneur n'a rien, s'il ne leur echappe.

Il a été un des Libraires qui a le plus fait imprimer de son temps, en quoi il s'est fait distinguer des autres Libraires. Il avoit pour marque vne Galiote (quae etiam in titulo DIONYSII conspicitur) *faisant allusion à son*

son nom, avec ces mots. Vogue la Galere. *Il laissa deux fils, nommez* Pierre *&* Galiot. Conf. Mich. Meittaire *Annal. typograph.* Tom. II. p. III.

De Lapo Birago, praeter Scriptores in *Adparatu literario* Tom. II. p. 1305. nominatos, euolui poterunt Giulio Negri *Storia degli Scrittori fiorentini* p. 343. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 444. Barthol. Facii *de viris illustribus liber* p. 23. qui illum Lampum adpellat Biragum, & caussam, nescimus ob quam, Mediolanensibus accenset, cum ipse Biragus, in subscriptione clausulae, quam Libro XI. DIONYSII addidit, se Florentinum adpellauit, omnesque scriptores vno quasi ore id confirmarunt. Idem Barthol. Facius illum etiam militiae operam dedisse, neque, inter militares labores, literarum studia praetermisisse scribit. Conf. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca latina med. & infim. aetatis* L. XI. p. 719. eminentissimi ANGELI MARIAE R. E. Cardinalis QVIRINI *Diatriba praeliminaris ad* Francisci Barbari, *& aliorum ad ipsum epistolas* P. I. Cap. II. §. XIIII. p. CXXIII seq.

CLIIX.

ΙΩΑΝΝΟΥ τοῦ ΣΤΟΒΑΙΟΥ Ἐκλογαὶ Ἀποφθεγμάτων. IOANNIS STOBAEI Collectiones Sententiarum. *Non sine Priuilegio. M. D. XXXVI.* (1536) in 4. folior. 313.

Editio haec prima, & omnium carissima textum solummodo graecum refert, quem Victor Trincauellus, Venetus, medicus sui seculi celeberrimus, Petri Bembi, cui tunc temporis bibliothecae publicae a senatu veneto, cura demandata fuerat, nomine inscripsit. *Ego* inquit Victor Trincauellus, *vt ingenue fatear, huiusmodi prouinciam authorum celebrium monumenta ad interitum vergentia in lucem reuocandi, ea potissimum caussa sum adgressus, quod te huic honesto meo desiderio, nunquam defuturum speraui, vt quotiescunque occasio postularet,*

 ab

ab insigni bibliotheca, quae tuae tanquam optimarum litterarum assertoris praecipui, a veneto *Senatu custodiae ac tutelae tradita est, quicquid ad rem litterariam illustrandam & augendam facerent, id omnes per humanitatem tuam acceptarum me semper credideram.* Scripsit *epistolam* dedicatoriam Venetiis *pridie cal. februarias* (1536) In fine editionis, praeter typographi insignia, arte mira, ligno incisa, haec eiusdem leguntur verba: Venetiis *in aedibus* Bartholomaei Zanetti Casterzagensis, *aere vero & diligentia* Ioannis Francisci Trincauelli. *Anno a partu virginis M. D. XXXV.* (1535) *mense Februarii.* Io. Alb. Fabricius, qui Libr. V. *Biblioth. graec.* Cap. XXX. p. 675 sqq. hanc editionem graecam primam, cum graecolatina *wecheliana* 1581. in fol. graecolatina Gesneri, *Tiguri* 1550. in fol. & Hugonis Grotii *e* STOBAEO *excerptis Paris.* 1623. in 4. contulit, Victorem Trincauellum codice minus integro, parumque emendato esse vsum p. 685. confirmat. Additae illi sunt in calce Γνῶμαι ΘΕΟΚΤΙΣΤΟΥ πρὸς τοὺς μαλακῶς καὶ ὑπτιωτέρως διακειμένους μάλιστα τὴν ὠφέλειαν παρέχουσαι, κατὰ στοιχεῖον.

Omnia, quae de IOANNE, a Stobis, secundae Macedoniae ciuitate, quam patriam fuerat nactus, stobensi; seu STOBAEO dicto, variis *Florilegii* editionibus, eius versionibus, & excerptis dici poterant, collecta inuenies in Ioan. Alb. Fabricii Bibliotheca graeca l. cit. Adcuratissima nostra aetate censetur editio, quae *Lugduni* 1608. in fol. prodiit. Addiderunt illi anno 1609. geneuenses, separatim integra S. Maximi, & Antonii Melissae *collectanea*, quae mira confusione, in editione *wecheliana* 1581. in fol. stobeanis *excerptis* inmixta fuere, quae caussa fuit, vt capitum numerus & ordo turbatus, cum reliquis editionibus minime conueniat.

De Victore Trincauello, Venetiis anno 1568. aetatis anno LXXII. mortuo, Conf. Nicolai Comneni Papadopoli *Historia gymnasii* batauini Tom. I. L. III. Sect. II. cap. 14. vbi index *operum* eius medicorum, quae in tres Tomos digesta, iunctim *Venetiis* edita fue-

fuere 1598. in fol. exhibetur ex *oratione*, quam in funere Victoris Trincauelli, Dominicus Castellus pronunciauit. Teste Papadopolo & alia in eadem *oratione* numerantur Trincauelli *scripta*, *quae inedita perierunt*.

CLVIIII.

S. GREGORII *Nazianzeni* Definitiones rerum simplices: Graece nunc primum ex augustana Bibliotheca editi a Dauide Hoeschelio, cum eiusdem Hoeschelii notis, & latina versione Ioannis Leunclauii. Heidelbergae clↃ. IↃ. XCI. in 8. pp. 46.

Paucorum foliorum libellus, adeo se virorum doctorum manibus subduxit, vt non nisi rarissime inueniatur. ὅροι τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ Ναζιανζηνοῦ τοῦ θεολόγου, iam a Ioanne Leunclauio, in latinum sermonem conuersi, & cum aliis GREGORII opusculis *Basileae* 1571. in fol. editi fuerant. Cum vero ex ipso fonte dulcius bibuntur aquae, istos ὅρους, versibus iambicis expressos, e Codice bibliothecae senatoriae augustanae, correctiore, atque integriore, quam ille Leunclauii fuit, vt ex eius versione adparet, descripsit, & hoc, quem adscripsimus titulo, edidit Dauid Hoeschelius. Dicauit libellum Petro Steurnagelo V. I. L. *Dicasterio* Augustae *a libellis*, *compatri* suo, & Ioanni Stirzelio, *amplissimo ordini ibidem a manibus* (sine dubio amanuensi) *Epistola* dedicatoria exarata est, *postridie Id. Martii* 1591. Augustae. Praemisit ὅροις succinctam *narrationem* graecam, *de* GREGORIO nazianzeno, ex Simeone, qui Metaphrastes dicitur, cum versione latina Ioannis Leunclauii, cuius versio Iambis graecis, e regione, adposita est. *Aduotationes* Dauidis Hoeschelii, quinque paginas complectuntur; Commiserat istos GREGORII ὅρους, cum *notis* suis excudendos, Dauid Hoeschelius Friderico



rico Sylburgio, qui cum palatinae bibliothecae codices perlustraret, alia duo consimilia ὅρων opuscula, inuenit, alterum ἀδέσποτον; alterum S. MAXIMI Confessoris, e Protosecretario Heraclii Imperatoris, Monachi, & Abbatis Chrysopolitani, prope Constantinopolim. Cum Gregorianis igitur istos ὅρους iungere & ipse Sylburgius, & typographus Commelinus statuit, priores quidem, quod multa cum gregorianis haberent communia, posteriores *quaedam*, vt Sylburgius in *epistola ad* Hoeschelium ait, *habeant theologicae cathedrae, in ardua quaestione peculiaria*. Inueneriis igitur ὅροι κατὰ στοιχεῖον incerti auctoris locum p. 31 sqq. ΜΑΞΙΜΟΥ Μονάχου ὅροι διάφοροι p. 40 sqq. sed vtrique graece tantum. Friderici Sylburgii *ad* Dauidem Hoeschellum *epistola*, in qua nonnullas ad istos ὅρους cum illo communicat *adnotationes*, legitur in Opusculi fine p. 44 sqq. GREGORII nazianzeni ὅροι inserti fuere, *Operum* editioni graecolatinae *parisiensi* 1630. II. Tomis in fol. euulgatae Tom. II. p. 198 sqq. Incerti auctoris ὅρους inseruit, addita versione latina & subiunctis aliis quibusdam consimilibus Io. Alb. Fabricius *Biblioth. graecae* L. VI. Cap. X. p. 544 sqq. s MAXIMI ὅροι διάφοροι, postea a Dauide Hoeschelio, codice augustanae bibliothecae, emendatiores, *cum* S. MAXIMI *Mystagogia* graece & latine vulgati fuerunt *Augustae Vindelicorum* 1599. in 8. vid. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graeca* L. V. Cap. XXX. p. 734. Se sine dubio aliquot παροράματα deprehendimus, qui ibidem, illos primum cum GREGORII nazianzeni *definitionibus* lucem vidisse *graece & latine Ioanne Lengolario* interprete, *Heidelbergae* 1561. in 8. scripserit. Nam primo, omnium prima est editio, quae, vt ex recensione nostra patet, *graece* tantum modo cum GREGORIO nazianzeno prodiit. Deinde nescimus qui *Ioannes* sit *Lengolarius*, nisi Leunclauius scribere voluit. Denique editio *prima* non 1561. sed 1591. lucem exiit. In *Operibus* S. MAXIMI graecolatinis quae Franciscus Combefisius *Paris*. 1675. II. Tomis

fol. prodire iussit in lucem, iuueniuntur isti ὅροι T. II. p. 78 sqq.

Praeter ea, quae ipse GREGORIVS nazianzenus *carmine* graeco, de *vita* sua, tradidit, & Gregorius presbyter de illo narrauit, legi merenter Nicetae Paphlagonis *laudatio* GREGORII nazianzeni, quam e codice mazariniano interpretatus est Franciscus Combefisius in *Bibliotheca concionatoria Patrum Paris.* 1662. IIX. Tomis in fol. Tom. VI. p. 616 sqq. Caesaris Baronii *vita* GREGORII nazianzeni, *ex ipso* GREGORIO, *& aliis scriptoribus ecclesiasticis collecta*, & *cum* Danielis Papebrochii *Adnotationibus praeuiis* inserta *Actis Sanctorum* antuerpiensibus Maii Tom II. p. 373 sqq. Conf. Tom. VII. p. 655. Godefroy Hermant *vie de St.* GREGOIRE *de* Nazianze *Paris* 1674. in 4. Jean le Clerc *vie de St.* GREGOIRE *de* Nazianze, in *Bibliotheque universelle* Tom. XIIX. p. 2 sqq. In sermonem teutonicum conuersa eadem legitur *vita*, in Ioan. Clerici *Lebensbeschreibung einiger Kirchenväter und Ketzer* p. 415 sqq. Ioan. Godofredi Schuparti *Dissertatio de* GREGORIO nazianzeno, *cognomento Theologo Giessae* 1721. in 4. Conf. Antonii Posseuini *Adparatus sacer* Tom. I. p. 572 sqq. Guil. Caue *Histor. literar. Scriptor. ecclesiast.* Tom. I. p. 246 sqq. edit. *basileens.* 1471. Casimiri Oudini *Commentarius de Scriptoribus, & scriptis ecclesiasticis* T. I. col. 614 sqq. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. V. Cap. XIII. p. 507 sqq. Andreae Riuini *epistola ad* Ioan. Hornschuchium, *in qua varia, de* GREGORIO nazianzeno, *iudicia, & elogia percensentur. Lips.* 1644. in 8. *Memoires de* Trevoux ann. 1707. Mars p. 711 sqq. vbi legitur *Extrait d'une lettre MS. sur l'Epoque de la naissance de S.* GREGOIRE *de* Nazianze.

De S. MAXIMI, qui in carcere anno Christi 662. aetatis anno LXXXII. obiit. *vita, & certamine* exstat *narratio* graeca, quam cum versione latina & notis Franciscus Combefisius, praemisit *Operibus* S. MAXIMI Tom. I. Conf. Antonii Posseuini *Adparat. sacer* Tom. II. p. 425 sqq. Guil. Caue *Histor. litar.*

XIJ



rar. Scriptor. ecclesiasticor. Tom. I. p. 585. Casimiri Oudini *Commentar. de Scriptoribus & scriptis ecclesiasticis* Tom. I. col. 1635 sqq. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. V. Cap. XXX. p. 728 sqq.

Post Ioachimum Camerarium neminem se nouisse fatetur Ioannes Albertus Fabricius, qui inter Germanos, tantum graecas literas amplificauerit, atque in lucem protractis variis praeclaris graecis monumentis eorumque collectionibus, tam bene fuerit de elegantioribus studiis promeritus quam Dauid Hoeschelius, vrbis augustanae ornamentum, qui anno 1617. aetatis anno LXI. fatis concessit. Merita eius in rem literatam exposuerunt Theophilus Spizelius in *templo honoris reserato* p. 328 sqq. Paullus Colomesius in *Bibliotheque choisie* in *Operibus* Colomesii a Io. Alb. Fabricio editis *Hamburgi* 1709. in 4. p. 492. Thomas-Pope Blount in *Censura celebrium auctorum* p. 900 sqq. Io. Alb. Fabricius in *Bibliotheca graeca*, passim, praesertim L. VI. Cap. X. p. 532 sqq. P. Baile in *Dictionaire historique & critique* Tom. II. p. 1485 sqq. Adr. Baillet in *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. p. 214. Tom. II. P. II. p. 212 sqq. Tom. II. P. III. p. 409. Paul. Freherus in *Theatro viror. eruditione clarar.* p. 1511 sqq. Niceron in *Memoires* T. XXIIX. p. 125 sqq. & qui in exponenda Dauidis Hoeschelii vita, reliquis omnibus praecipuit palmam Iacobus Bruckerus in *dissertatione epistolica*, *de meritis in rem literariam*, *praecipue* graecam Dauid. Hoeschelii *Augustae Vindelicor.* 1738. in 4. Locum postea inuenit in diario erudito, quod inscribitur *Tempe* heluetica T. IIII. Sect. III. p. 469 sqq. Ipse istam *dissertationem* auctiorem & ementatiorem exhibuit auctor in *Miscellaneis histor. philosophicis & literariis* P. II. p. 444 sqq. In compendium redacta, & curis posterioribus aucta legitur teutonice in eiusdem Iacobi Bruckeri *Ehrentempel der* deutschen *Gelehrsamkeit* Decad. III. p. 97 sqq.

CLXI.

PLATONIS Axiochus, siue de morte Dialogus Graece & Latine logica analysi per Quaestiones in vsum scholarum explicatus per Io. Iacob. Beurerum Saccingensem, Acad. Friburgensis professor. publ. *Basileae per Hier. Frobenium* ClↃlↃXXCV. (1585) in 8. pp. 44.

Errare illos diximus Tom. II. *Adparat. literar.* p. 1204. qui hunc *dialogum, de morte non metuenda, propter vitae praesentis miseriam, & felicem animarum immortalitatem*, cum Marsilio Ficino, Xenocrati tribuunt philosopho platonico. Sed & illi erroris se faciunt participes, qui cum Theodoro Prodromo in *dialogo*, quem *de senili Amore*, titulo *Amaranti* conscripsit, a Gilberto Gaulmino, cum eiusdem Theodori *libris VIIII. de* Rhodantis *&* Dosiclis *amoribus Paris.* 1625. in 8. edito, p. 442 sqq. cum Ioanne Iacobo Beurero, & aliis PLATONEM esse auctorem contendunt. Contrarium iam demonstrauit, & Theodorum Prodromum reprehendit Gilbertus Gaulminus in *notis* p. 564. Diogenes enim Laertius in *vita* AESCHINIS L. II. Segm. LXI. p. 116. edit. Marci Malbomii; Harpocration in *Lexico X. Oratorum Lugd. Bat.* 1683. in 4. p. 47. & Suidas Tom. I. p. 239. edit. Ludolph. Küsteri, *Axiochum* ab AESCHINE socratico compositum esse prodiderunt. Conf. Aegid. Menagii *Obseruationes*, ad cit. Diogenis Laertii locum, Tom. II. p. 105. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. III. Cap. I. p. 29. In Catalogo *operum* Ioannis Iacobi Beureri, quem exhibuerunt Christophor. Hendreich in *Pandect.* brandeb. p. 630. & *lexicon eruditorum* Tom. I. col. 1062. haec eius *Axiochi* editio omissa fuit, quam nomine Ioannis Noschii, *Theologiae Baccalaurei formati, eiusdem Professoris, Praesidis Collegii* D. Sophiae *apud* Friburgum Brisgoiae inscripsit, Friburgi *Kalen. VIIbris Anno 1585.* *Epistolam* dedicatoriam duplex excipit *carmen* latinum, illud *in*

Sa-

Samium Lucumonem, Io. Iacobi Beureri *aduersarium*, a Pantaleone Theuenino I. C. Lothareno compositum, Roe a Ludouico Lautio, Flandro, in Beureri laudem conscriptum. *Notae Beureri* & *quaestiones logicae*, nullius fere sunt momenti, & ad *dialogi* dispositionem maxima ex parte spectant. Illis subiunxit *axiomata ethica*, & *noemata e dialogo excerpta*, quibus adiatis, *Dialogus* ipse, latina versione, e regione posita inchoatur. Praeter Marsilii Ficini, Rudolphi Agricolae, & Rayani Wesdali versiones latinas, *Axiochus*, in Gallorum etiam vernaculam transscriptus fuit linguam, a Stephano Doleto, & editus titulo: *Deux dialogues de* PLATON, *l'un intitulé* Axiochus; *qui est des miseres de la vie humaine, de l'immortalité de l'Ame, & par consequent du mepris de la mort. Et l'autre* Hipparchus, *qui est de la convoitise de l'homme, touchant la lucrative, traduits par* Etienne Dolet. *A Lyon chez l'Auteur* 1544. in 16. vid. de libello valde raro Niceron *Memoires* Tom. XXI. p. 126.

CLXI.

ΔΙΩΝΟΣ Προυσαέως Σοφιστοῦ περὶ ἀπιστίας. DIONIS *Prusaensis Sophistae*, Non temere credendum. Per Ioachimum Cam. latine versum in 8. folior: 32.

Ioachimi Camerarii scripta fere omnia, nostra aetate rarescere, & inter bibliothecarum cimelia, propemodum referenda esse, variis virorum doctorum testimoniis comprobauimus in *Analectis literar.* p. 187 sqq. in *Adparat. literar.* Tom. I. p. 383. vbi etiam nonnullorum cum lectoribus nostris communicauimus recensionem. Cum vero ex amicorum nostrorum beneuolentia, aliquot scripta, in nostras inciderunt manus, quae tunc temporis adspectum nostrum effugerant, succinctam illorum descriptionem lectoribus nostris non ingratam fore existimauimus. Memorarunt

libellum

libellum, cuius in fine haec typographi leguntur verba: *Excudebatur* Norimbergae *apud* Io. Petreium *Anno M. D. XXXI.* (1531). Georgius Summerus in *Catalogo Scriptorum* Io. Camerarii ad ann. 1531. Ioannes Albert. Fabricius in *Bibliotheca graeca* L. VI. Cap. X. p. 507. & L. IIII. Cap. X. p. 317. vbi tamen per typothetarum errorem 1551. editus dicitur. Niceron in *Memoires* Tom. XVIIII. p. 85. Primo loco occurrit DIONIS περὶ ἀπιςτίας *oratio*, siue *dialogus* graecus, in quo potissimum demonstrare sustinuit, periculosum admodum esse, aliis habere fidem, & amicos adsciscere, neque quidquam in vita humana esse tam sacrosanctum, quod non hominum malitia, atque perfidia, violare audeat. Omnis dissertationis fundamentum, positum est in Epicharmi versiculo: νῆφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Orationem graecam excipit Ioachimi Camerarii, *versio* latina, quam *epistola ad* Ioannem Mylium, *Iureconsultum*, praecedit, ex qua adparet, quod is Camerario auctor extiterit, vt interpretandi *dialogi* in se susciperet negotium. In eadem *epistola*, nonnulla de argumento *dialogi* differit, variisque veterum auctorum testimoniis Epicharmi symbolum confirmatum fuisse ostendit. Absoluta versione latina, occurrit alia *epistola*, *ad* eumdem Mylium, quae *locorum aliquot in hoc dialogo, in quibus propter historias, aliquid obscuritatis se prodit, explicationem* complectitur. Adpendicis loco illi addidit PLVTARCHI tractatulum graecum ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή, quem nonnulli PLVTARCHO, praeter rem, vt quidem videtur Io. Alberto Fabricio L. IIII. Cap. XI. *Biblioth graec.* p. 355. abiudicant. In editione PLVTARCHI, quam Henrico Stephano acceptam referimus, in 8. excusa, legitur T. II. p. 781 sqq. Versio Henrici Stephani latina, exstat in *Operibus* PLVTARCHI latinis, ex edit. Henrici Stephani Tom. II. p. 3 sqq. Cum anno 1562. *Apophthegmata & dicta Septem Sapientum*, graece & latine, *cum notis* Leonhardi Lycii, *Lipsiae* in 8. ederentur, DIONIS *dialogus* graecus,

cum



cum Camerarii *interpretatione*, *& explicatione* illi denuo additus fuit.

De DIONE, Pasicratis F. qui a patria Prusa, Bithyniae vrbe, prusaeus, a patrono Cocceio Nerua, Cocceianus, & ob eloquentiam, Chrysostomus adpellari solet, vid. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. IIII. Cap. X. p. 305 sqq. qui omnia, ex Suida, Photio, Philostrato, & aliis scriptoribus collegit, quae de illo, & scriptis eius dici poterant. Habentur illius nostra aetate, tantum modo λόγοι siue διατριβαὶ *octoginta*, quae *orationes*, cum vetustis codicibus manuscriptis regiae bibliothecae sedule conlatae, eorumque ope, ab innumeris mendis liberatae, restitutae, auctae, Photii *excerptis*, Synesiique *censura* illustratae: ex *interpretatione* Thomae Naogorgi adcurate recognitae, & emendatae a Federico Morello sunt, & cum Isaaci Casauboni *diatribe*, & eiusdem Morelli *scholiis*, *animaduersionibus*, *& coniectaneis* omnium optime prodiere *Lutetiae*, *ex officina Claudii Morelli* 1604. in fol. Repetita fuit editio *Paris.* 1603. in fol. vid. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* l. cit. p. 318.

CLXII.

TERENTIVS cum Directorio vocabulorum sententiarum Artis comicae Glosa interlineali Commentariis Donato Guidone Ascensio in fol. folior. 176. si folia priora sex exemta fuerint.

Editio valde infrequens, literis expressa romanis, innumerabilibus fere figuris ornata est, ligno incisis quae ita comparatae sunt, vt ad risum, commouere intuentem queant. *Directorium*, quod in titulo commemoratur *vocabulorum*, initio voluminis conspicitur, & titulum statim sequitur. Excipit illud *directorium sententiarum*, *& artis comicae*. In posteriore declaratur *Quid comedia sit*, *vnde dicta*, *quot eius species*, *quot membra*, *quot actus sint*. Andriam praecedit

TE-

TERENTII *vita.* Praeter figuras minores, cuilibet ſcenae praefixas, ſingulis comoediis praemiſſa eſt vna, quae omnem paginam implet, & totius comoediae argumentum, & perſonas, ob oculos ponit. Adtexuit illis editor *Argumenti lucidiorem ſecundum figuram declarationem.* In vltima editionis pagina, praeter Guidonis Iuuenalis *Natione* Genomani (Cenomani) *epigramma ſuper cauſa operis ſuſcepti*, & Ioannis Egidii Nucerienſis *Epigramma ad iuuenes* haec typographi leguntur verba: *Immpreſſum* (Impreſſum) *in Imperiali ac vrbe libera* Argentina *Per magiſtrum* Ioannem Grüninger *accuratiſſime niditiſſimeque elaboratum & denuo reuiſum atque collectum ex diuerſis commentariis Anno incarnationis dominiceMilleſimoquaterquecenteſimonon ageſimoſexto* (1496) *Kalendarum vero Nouembrium. Finit foeliciter.* Fecerunt editionis mentionem Michael Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 611. Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. lat.* L. I. Cap. III. p. 34. Io. Nicol. Funccius in *Tractatu de Adoleſcentia latinae linguae Marburgi Cattor.* 1723. in 4. Cap. III. §. XXXVIIII. p. 159. Arnoldus Henricus Weſterhouius in *Catalogo editionum* TERENTII, TERENTIO *Hagae Comitum* 1726. II. Tom. in 4. edito, praemiſſo p. LXXX. die *Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth. zu* Dreſden Tom. I. p. 235 ſqq.

De Guidone Iuuenale quaedam diximus Tom. I. *Adparat. literar.* p. 492. &

de Iodoco Badio, qui a Patria Ask, ſiue Aaſche, in Brabantia, Aſcenſii cognomen obtinuit, ibidem, p. 482.

Praeter hosce & Donati *commentarios* huic editioni etiam acceſſit, in *Heautontimorumenon*, Ioannis Calphurnii *explanatio*; quem vt ex Arnoldi Henrici Weſterhouii *praefatione* patet, nonnulli in ſuſpicionem adduxerunt, ac ſi Donati *Commentarium* in iſtam fabulam, ſibi proprium reddiderit. Sed *valeat*, inquit, eminentiſſimus atque doctiſſimus *Speciminis variae literaturae* brixienſis auctor, P. I. p. 52. hagenſis *editionis* (TERENTII) *curator*, *cum ſuſpicione illa, quam mouet aduerſus* Calphurnium, *perinde ac ſi obtru-*

ferit pro sua enarratione in Heautontimorumenon *ex* Donato, *quem forte integrum possidebat, desumptam, vt hac ratione in syllabo plagiariorum* Calphurnius *etiam locetur. Eximiam* Calphurnii *doctrinam notiorem plura in hoc* Specimine *reddent, quam vt opus sit, eandem a plagii crimine vindicare; ac valde miror, curatorem illum amplissimae editionis opus habuisse, pro* Calphurnii *aetate dignoscenda, confugere ad iniectam* in Calphurnii commentario *de* Laurentio Valla *mentionem, quum ipsius* Calphurnii *mentio frequenter occurrat in eorum temporum scriptoribus, & inter ceteros in libro* (Pierii Valeriani) de infelicitate Literatorum, *eruditis omnibus noto, & plerisque eorum valde familiari, vbi ita legitur:* Ioannes autem Calphurnius, rarissimae vir eruditionis, qui Patauii, me puero, bonas literas perquam diu docuerat, nullo vnquam tempore non expositus inuidorum obtrectationibus, & iniuriis, dum omnia fortiter ferens aduersa, vni studet immortalitati, repentina paralysi percussus, amisso primum vocis beneficio, quae lucubrauerat, Opuscula pleraque indicare non potuit, eoque incommodo absumptus ignauissimos fucos elaboratis a se operibus nobilitauit. *In* Calphurnii *paralysim, Carmine quodam, eundem* Valerianum *lusisse reperio in suis* Carminibus, *dum eam tribuit*, graecarum *&* latinarum *Literarum aceruo, quem tenaci sinu supprimebat* Calphurnius, *vnde pugnantes illae inter se contrariis viribus, impetu tali caput ruperint, atque omne excusserint cerebrum, vt statim* Calphurnius *destitutus, impotensque corruerit:*

Sciebat ille, quidquid est sciri datum,
In expolitis vndecunque literis
Seu graeca velles, seu latina posceres.

ait Valerianus *in eo Carmine, quod claudit hoc monito:*

Quicunque libris igitur impallescitis,
Exemplo habete singuli Calphurnium.

In

In patauino *Liceo* Io. Calphurnium *humaniores literas docuisse*, *certa euincunt documenta; decessitque in eadem vrbe, & ad eius sepulchrum, quod exstat cum simulachro in templo* S. Ioannis ad viridaria, *legitur distichum* graecum & latinum, *in quo fama eius dicitur volitare per ora virorum. Non erat igitur, cur* Batauus *eruditus, qui laudatae editionis curam suscepit*, Calphurnium brixianum *quodammodo ignoraret, dum enim his verbis in* Praefat. *describit:* Calphurnius brixiensis, quisquis ille fuerit; *dumque ad eius aetatem eruendam, factam ab ipso* Laurentii Vallae *mentionem obseruat, multo magis ignorasse dignoscitur* Calphurnii *Epigramma in laudem ipsius* Vallae, *quod legitur in editione* veneta Elegantiarum *eiusdem an. 1470.* Commentarium, *de quo agimus, licet* Donato *dignum, non tamen ad* Cleanthis *lucernam*, (*vt aiunt*) *lucubrauit* Calphurnius, *sed pro ea, qua excellebat, in huiuscemodi literis peritia, ex tempore dictauit* Antonio Moreto, *eruditissimo* brixiano *adolescenti, vt fidem facit breue* epistolium *ipsius* Calphurnii, *praefixum* venetae *editioni*, TERENTII *an. 1476.* &c. Conf. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 350. Nicolai Comneni Papadopoli *Historia gymnasii* patauini Tom. I. p. 292. De dissidiis, quae illi cum Raphaele Regio intercedebant, vid. quae supra p. 72 sqq. retulimus.

CLXIII.

P. TERENTII Comoediae Sex, Tum ex Donati Commentariis, tum ex optimorum praesertim veterum, exemplarium collatione, diligentius quam vnquam antehac, emendatae. Aelii Donati antiquissimi & celeberrimi grammatici in easdem, quicunque extant, commentarii, ex veteri codice manu descripto, graecis etiam repositis, accurate castigati. Calphurnii in tertiam comoediam do-

doctissima interpretatio. Eorum, quae in commentariis sparsim annotata sunt, index amplissimus. *Parisiis. Ex officina Roberti Stephani M. D. XXIX.* (1529) *Cum Priuilegio, cuius diploma seruatur ab ipso typographo.* in fol. folior. 182. exceptis praemissis, & indice, folior. 30.

Editionem literis luculentis, & nitidis excusam, admodum esse raram, nemo mirabitur, qui Typographi conspexit nomen, e cuius officina emissa fuit. In fine *indicis*, qui *errata typographica* indicat, haec leguntur verba: *Excudebat* Robertus Stephanus, *in sua officina, anno a Christo Redemptore nostro nato M. D. XXIX.* (1529) *VI. Nonas Iul.* Duplicem vero TERENTII editionem, ex Roberti Stephani officina typographica, anno 1529. in lucem exiisse, testes habemus Michaelem Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. II. p. 724. In titulo editionis, qua vtimur, pagina secunda, tale oculis se offert epigramma:

Volcatii Sedigiti *de Comicis* latinis *Iambi.*

Multos incertos, certare hanc rem vidimus,
Palmam poetae comico cui deferant.
Eum, me iudice, errorem dissoluam tibi.
Vt contra si quis sentiat, nihil sentiat,
Caecilio *palmam statuo de Comico.*
Plautus *secundus facile exuperat caeteros;*
Dein Naeuius *qui seruet, pretio in tertio est.*
Si quid quarto detur, dabito Licinio.
Post insequi Licinium *facio* Attilium.
In sexto consequitur hos Terentius.
Turpilius *septimum*, Trabea *octauum obtinet.*
Nono loco esse facile facio Luscium.
Decimum addo antiquitatis caussa Ennium.

Omnia, quae de Volcatio Sedigito, qui post Turpilium Comicum Olympiade CXCVI. mortuum, vixisse creditur, ad nostram peruenerunt aetatem, collegit ex Aulo Gellio, Suetonio, & Hieronymo, Ioannes Ion-

Ionsius, Holsatus, & retulit Libr. II. *de Scriptorib. Histor. philosoph.* Cap. XVII. §. 2. p. 247. edit ien.nf. 1716. in 4. Isti *de Comicis* latinis *iambi*, ex libro eius, quem *de poetis* scripsit, excerpti fuere ab Aulo Gellio *Noctium* atticar. L. XV. Cap. XXIIII. p. 697. edit. Gronouiorum *Lugd. Bat.* 1706. in 4. Quae Iani Rutgersii de illis fuerit sententia, ex hisce eius verbis, quae Libr. IIII. *Variar. lection. Lugd. Bat.* 1618. in 4. Cap. XVIIII. p. 437 sqq. legimus, intelligi poterit: *Persaepe miratus sum putidum ac supinum* Volcatii Sedigiti *iudicium; quod cum de Comicis tulisse testatur* Gellius. *Nec me fallit, quam temerarium videri possit homini erudito, & quod in hac caussa caput est, etiam, teste* Plinio, *poetae, in diiudicandis eorum virtutibus aduersari, quos ille legerat, nobis ne videre quidem contigit; sed tamen pluris apud me est communis totius antiquitatis consensus, quam vnius priuata auctoritas. Non hic obiiciam, quod* Caecilio *palmam dederit, quem* malum Latinitatis auctorem *optimus Latinitatis auctor vocat* Cicero. *Fuerit fortasse summus; at cuius dementiae est*, TERENTIVM, *non dicam* Caecilio, *non* Plauto, *etsi illud quoque, sed* Attilio *postponere, quem* durissimum Cicero, ferreum Licinius *nominauit? At* TERENTIVM *tantopere venerata est antiquitas, vt optimus & ipse Comicus* Afranius *vllum ei conferri, nedum praeponi vetet.* Afranium *autem ne nominauit quidem, quem ego omnium, vno excepto* TERENTIO *elegantissimum fuisse puto. Certe optimus Censorum* Horatius, *etiam ipsi* Menandro *conferre nihil dubitat. Quare* Velleius Paterculus *Libro primo* Caecilio *ac* TERENTIO, *non* Plautum, *non* Naeuium, *non* Licinium, *aut quae etiam cogitare putidum sit*, Attilium *comitem dat; sed* Afranium — *Et* Quinctilianus *libro X. Capite I. quo loco iudicium fert de Comicis, cum* romani *sermonis grauitatem illam solis concessam* Atticis Venerem *non recipere conquestus esset, ad extremum, quasi solus* Afranius *eam consecutus foret, addit*, Togatis excellit Afranius. *Minore fortasse culpa, sed tamen culpa, omisit* Sutrium

& Succium, *ac eum, quem deridet* Horatius Fabium Dossennum. *At quomodo potuit* Nouium? *quo modo* Attam, *aut* Titinnium, *quorum vtrumque in Togatis excelluisse constat?* Liuii *fabellas non satis dignas quae iterum legerentur pronunciauit grauissimus auctor* Cicero. *At ei vel inuentionis laude locus ab eo debebatur, qui nulla virtutis, sola antiquitatis commendatione inter illos ponit* Ennium. Aquilium *tanta fama secuta est, vt ei nonnullae* Plauti *tributae sint, vt contra* M. Acutici *nonnullae* Plauto. *At neutrum nominauit. Fuit &* Iuuentius *Comicus olim clarus, etsi nunc longinquitate temporis obscurus; sed fugitiua eius memoria retrahenda est* &c. Conf. Io. Frederic. & Iacobi Gronouiorum *Adnotat*. ad citat. A. Gelli locum.

Quae a Roberto Stephano, in excudendo TERENTIO, praestita fuerint, ipsius illius verbis enarrare licebit:

Robertus Stephanus *Lectori Salutem.*

En Tibi, Lector Optime, TERENTIVS *prodit ex nostra officina, cum* Donati *commentariis, in quibus emendandis nihil, quod quidem in nobis fuerit, praetermisimus.*

Inprimis enim TERENTII *verba passim in commentario mutilata & confusa, vbique instaurata sunt: ab ipsaque interpretatione sic discreta, vt statim legentium oculis sese offerant.*

Deinde caetera omnia ita distinctionibus suis illustrata, vt nunc citra offendiculum & legi, & intelligi possint: cum in vulgatis codicibus nihil non esset vndique perturbatum.

Praeterea non modo verba plurima, & expositiones, sed etiam integrae paginae, quae prius inuersae, & suo loco motae fuerant, in sedes proprias reuocatae sunt.

Quarto loco dictiones innumerabiles passim corruptae, & quasi prodigaliter deformatae, naturali quantum licuit, integritati sunt restitutae.

Ad

Ad haec tum verba, tum sententiae maxima ex parte suppletae sunt, quae in locis innumeris desyderabantur.

Postremo reposita sunt graeca *prope omnia pro quibus antehac excusi codices lacunis fere scatebant. Haec autem pars operosissima fuit: cum in vetusto exemplari manuscripto (quod nobis erat ex dono* Iodoci Badii *optime soceri nostri, deque optimis studiis, in omni vita bene meriti) obscura tantum restarent vestigia* graecarum *literarum: quae nisi ab homine perito, diuinari non poterant. Quae omnia in fauorem & subsidium studiosorum praestitit quidam noster, imo communis optimi cuiusque amicus,* graece *ac* latine *doctissimus: qui hanc suscepit emendationem antiquo illo, quem dixi, potissimum fretus archetypo. Cuius fidem tametsi in plaerisque secutus est: in plurimis tamen est vsus coniectura sua: caeterum non sine acerrimo, quo in primis praeditus est, iudicio.*

Praeter autem supra dictas huius editionis commoditates, sententias authorum, quos Donatus *citare solet, integras, paucis exceptis, reddidimus: cum in caeteris exemplis; aut truncatae essent, aut earum dictiones vix singulis signatae literis extarent. In qua laboris parte saepe fuerunt euoluenda complura scriptorum opera: saepe interpellandus* Petrus Rossetus *poeta laureatus, vt* virgilianos *versus, quos ad vnguem tenet, nobis ad manum suggereret.*

His igitur & aliis in hoc opere exhaustis laboribus; Donati *in* TERENTIVM *non minus elegans, quam docta & arguta interpretatio nunc primum in lucem propemodum integra emittitur; quae ad hoc tempus adeo lacera & mutilata fuit, vt vix ab ipso authore, si forte reuixisset, agnosci potuerit.*

Praeterea quod in ipso TERENTIO, *partim ex* Donati *commentariis, partim ex optimorum exemplarium collatione haud pauca fideliter correximus. In summa, tale nunc prodit opus, vt veluti nouum, nedum instauratum videri possit.*

Quod si quis haec non credit, aut parui putat nostrum hic in re laborem, atque diligentiam: obtestamur eum per Deum immortalem, vt ne grauetur nostram editionem, cum caeteris conferre. Hoc vbi diligenter effecerit: nos continuo iudicet nihil rei literariae contulisse: nisi supra sex milia insignium errorum, in nostris exemplis emendata deprehenderit. Caeterum ne quis erret, hoc sciat, fieri non potuisse, quin in tanta corruptione non nihil imperfectum remanserit. Nam si quis hic omnia requiret exactissima: huic Donatus *ipse, qui hoc praestet, a mortuis excitandus erit. Sed iam desino Te pluribus admonere de nostra diligentia. Vale candide Lector: & nostris, amicorumque laboribus, dum licet otiose fruere. Ex officina nostra libraria nono calendas Iulias 1529.*

Praefationi subiunxit TERENTII *vitam*, & *de tragoedia*, & *Comoedia*, *non pauca ex* Aelio Donato adtulit. Cuiliber Comoediae praefiguntur C. Sulpicii Apollinaris *periochae*, & Aelii Donati *praefationes*, & *argumenta*, cuius *commentarius*, textui terentiano subscriptus est.

Heautontimorumeno autem, non solum Ioannis Calphurnii, brixiensis, *argumentum* praefigitur, sed eiusdem etiam *explanatione*, ista comoedia illustrata conspicitur. *Index locupletissimus* ad ea spectat, *quae a* Donato in *Commentariis aut latius exponuntur*, *aut etiam perstringuntur*. Anno 1536. Robertus Stephanus TERENTIVM denuo ex sua officina typographica, in fol. prodire iussit. Sed adnotauit iam Michael Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. II. p. 849. editionem posteriorem, a priore, quae anno 1529. prodiit, nihil differre, praeterquam quod character prioris, non adeo tersus sit, & nitidus; in posteriore in dicata esse diligentius *carminum genera*, studio Erasmi, cum eius *epistola*, de iisdem, anno 1532. scripta: *indicem* vero prioris, quam posterioris editionis, multo copiosiorem esse. Exemplar editionis anni 1529. quo vtimur, hoc singulare habet, quod ligatura, e corio

corio turcico rubro, vndique deaurato, quae insignia harcurtiana refert, ornata fuerit.

Possessor eius olim fuit Franciscus Pouget, qui in Collegio harcurtiano parisiensi, illam praemii loco obtinuit. Testatur illud inscriptio, manu exarata, quae initio voluminis conspicitur: Franciscus Pouget *secundam scriptionis* latinae, *in* gallicum *versae praemium Anno reparatae salutis humanae millesimo sexentesimo* (sexcentesimo) *septuagesimo octauo*, (1678) *decimo So. Calendas Septembris solemnibus* Harcuriane *scholae Ludis magno omnium ordinum applausu obtinuit.*

CLXIIII.

PVBLII TERENTII Comoediae. *Parisiis e Typographia Regia. Anno MDCXLII.* (1642) in fol. pp. 286.

Tituli verba, quae adscripsimus, aere expressa, variis laruarum, quibus veteres, in comoedia, & tragoedia vti solebant, figuris circumscripta sunt. Editionem autem oppido raram, literis maiusculis excussam, nihil, praeter splendorem, commendabilem reddit. Nam omni praefatione, commentario, & indice destituitur, & solum textum terentianum, nitide expressum refert. Cuilibet comoediae C. Sulpicii Apollinaris *argumentum* praefigitur.

CLXV.

IVLII CAESARIS SCALIGERI Liber de Comicis Dimensionibus. *Apud Seb. Gryphium Lugduni* 1539. in 8. pp. 56.

Quantae liber sit raritatis, exinde colligi poterit, quod Niceron in *Memoires* Tom. XXIII. p. 277. non aliam cognitam habuerit editionem, quam quae cum




Terentii *Comoediis*, *apud Io. Roigny*, *per Benedictum Preuotium Lutet. Paris.* 1552. in fol. excusis prodiit. Scripsit IVL. CAESAR SCALIGER librum, ad Sylvium Caesarem, filium, natu maximum, qui anno aetatis LV. in dotalibus agris, mortuus est. Liber praesertim contra Desiderium Erasmum roterodamum conscriptus videtur, qui comoediam certis pedibus adstrictam esse dubitauerat, & alios id plane negare, alios quasi inutilem eam inuestigationem existimare dixerat. Multo igitur studio, in versus & metra comicorum inquisiuit, & multos versus Terentii, & Plauti, librariorum, qui metra & dimensiones neglexerant, culpa corruptos, pristinae integritati restituit. Praemisit tractationi *epistolam*, *ad* Carolum Seuinum, in qua se excusat, quod animum denuo, contra datam Seuino fidem, studio poetico admouerit. In Erasmum, oblata quauis occasione, inuehitur, id quod inter alia, libri clausula testari poterit, quae talis est: *Magnum fuit* Erasmi *nomen*, *praesertim in* Germania, *literis renascentibus*; *maius futurum*, *si ille minor esse voluisset. Nunc fretus ingenii sui magnitudine multa tractare adgressus est*, *paulo minus accurate: ita a nominis claritate profecta confidentia praecipitem illum egit non sine dispendio multorum studiosorum: qui omnes cum docti esse vehementer exoptarent*, *pauci autem laborarent*, *amissis aerumnis*, *quae ipsis in antiquorum lectione multae exequendae erant*, *compendium nacti eorum*, *quae* Erasmus *in vnum coegisset*, *ei de omnibus fidem ita habuere*, *vt etiam extantibus priscorum monumentis*, *vnde illa vel aliquando non bona fide accepisset*, Erasmi *nomen non pro teste*, *sed pro iudice*, *citent*, *atque alieni laboris non quasi beneficiarium faciant auctorem. Quare vobis omnibus*, *eius nominis studiosis*, *inter quos me quoque sane esse*, *non nolim*, *commode ostendimus*, *atque opportune quid cuiusque iudicii sequeremini. Quod si quis*, *vt est ingenium quibusdam barbarum ac ferum*, *pertinacius negligat*, *foueatque ignauiam suam: te* (Sylui) *saltem habeamus*, *ab erroribus eiusmodi segregatum.* Inseruit libellum, omissa

tamen

tamen ad Carolum Seuinum, *epistola*, & quam adscripsimus clausula, Iacobus Gronouius *Thesauro antiquitat.* graecar. Tom. IIX. col. 1551 sqq. Libri titulo, nonnullos Bibliographos, qui pro *conicis dimensionibus*, legerunt *conicis*, adductos fuisse, vt librum esse mathematici argumenti, sibi persuaderent, refert Niceron in *Memoires* l. cit. Idem argumentum praeter Erasmum roterodamum & IVL. CAESAREM SCALIGERVM, multosque alios pertractarunt Ioachimus Camerarius & Martinus Hayneccius.

De IVLIO CAESARE SCALIGERO, vid. Iosephi Scaligeri, IVL. CAESARIS F. *Epistola de vetustate & splendore gentis* scaligerae, *&* IVLII CAESARIS SCALIGERI *vita* &c. *Lugd. Batauor.* 1594. in 4. In *Analectis literariis, de libris rarioribus* p. 819. nominauimus collectiones, quibus haec *epistola* addita fuit. Accessit etiam praeter illas, Gasparis Scioppii SCALIGERO *hypobolimaeo*, *Mogunt.* 1607. in 4. p. 366 sqq. Torelli Saraynae *Libris III. historiarum & gestorum* veronensium, *temporibus Populi*, *& dominorum* Scaligerorum, in Petri Burmanni *Thesauro Antiquitat. & historiar.* Italiae Tom. VIIII. P. VII. col. 102 sqq. Conf. *Huetiana Amsterd.* 1723. in 8. §. V. p. 8 sqq. Legi praeterea de IVLIO CAESARE SCALIGERO merentur Guil. Batesii *vitae selector. viror.* p. 404 sqq. Niceron *Memoires* Tom. XXIII. p. 258 sqq. *de Levensbeschryving van beroemde en geleerde Mannen* P. VI. *Amsterd.* 1733. in 8. p. 561 sqq. Ioannis Imperialis *Musaeum historicum* p. 63 sqq. edit Io. Alb. Fabricii *Hamb.* 1711. in 8. Lorenzo Crasso *Elogii d'huomini letterati* Tom. II. p. 180. Girolamo Ghilini *Teatro d'huomini letterati* Tom. I. p. 132. Paul. Freheri *Theatrum virorum eruditione clarar.* p. 1243. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. p. 174. Tom. II. P. II. p. 48 sqq. p. 81 sqq. & p. 353. Tom. III. P. I. p. 144. Tom. IIII. P. I. p. 234 sqq. *De* IVLII CAESARIS SCALIGERI *heroica praestantia*, scripsit *diatriben* Paganinus Gaudentius, quae legitur in eiusdem *euulgatis romani imperii arcanis*, *iis praecipue*

 quae

quae ad electionem & successionem Imperatorum faciunt, *Florentiae* 1640. in 4. p. 113 sqq. & in Ioan. Gerard. Meuschenii *Vitis summorum virorum* Tom. II. p. 128 sqq. Antonius Posseuinus in *Adparat. sacro* Tom. II. p. 304. eum multis extulit laudibus, & librum *epigrammatum*, atque *poematum sacrorum*, in honorem Coelitum, scripsisse memorauit, qui deinde liber suppressus fuerit ab haereticis geneuensibus, siue caluinianis, *& ab hisipsis*, inquit, *varia eius poemata, alioquin pura, fuere variis errorum labibus inquinata; quin etiam carmina quaedam integra, quae* IVLIVS CAESAR SCALIGER *non scripserat, intermixta: quae ideo, sicuti etiam* Commentarii *illius in* Theophrastum „*prohibita sunt in* romano *indice donec expurgentur*.

CLXVI.

M TVLLII CICERONIS Epistolae ad T. Pomp. Atticum, & ad M. Brutum, Cum Commentariis Io. Baptistae Pii Bononien. per quem ab infinitis detersae sunt mendis. Cumque Iodoci Badii Ascensii in easdem Adnotationibus: praemisso insignium indice. *Venundantur ipsi Ascensio. & Ioanni Roigny Parisii in via ad diuum Iacobum cum gratia & priuilegio mox ante indicem signandis.* In fol. folior. 243. exceptis praemissis fol. 8.

Tempus editionis, in libri rari calce, hisce designatur verbis: *Sub prelo* Ascensiano *ad X. Calen. Octobr. Anno M. D. XXXI.* (1531) *Cum gratia & priuilegio in fronte explicatis.* Vid. Michael. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. II. p. 756.

Ioannes Baptista Pius, in multos veteres auctores, in primis quos paullo obscuriores esse existimabat, v. c. Plautum, Lucretium, Valerium Flaccum, Fulgentium, Sidonium, eiusmodi dicendi genere commentatus est, quod

quod rudis discipulorum turba admirabatur, non insulsissimi ridebant. Exoleta enim rancidae vetustatis vocabula, vt Paul. Iouius, in *elog. doctor. viror.* p. 230 ait, *delectu insano sectabatur. Eius sermo, stilusque* Oscorum *&* Aborigenum *linguam, pingui, atque aspera nouitate referebant.* Factum autem breui fuisse, refert idem Iouius, vt ea obsoletae & ridendae passim elocutionis verba, tanquam portenta, in scenam transierint, confecta scilicet a lepidis ingeniis mirabili fabula: quam etiam impressam exstare, scribit, qua suo habitu, suoque idiomate blaterantis Pii persona inducebatur, at obiurgante reprehendenteque Prisciano, meritas flagello plagas, puerorum male discentium more, clunibus nudatis excipiens. Eiusmodi vero ludibrium, cui Pius quotidie fere exponebatur, quadrato ingenio, & generoso contemtu despexit, donec ipse, explosi ita styli vitium agnosceret, & se omni studio, ad CICERONIS dicendi genus, formare contenderet, & in varia eius scripta commentaretur. *Adnotationes in* CICERONIS *Epistolas ad* Atticum, dicauit *magnificis decemuiris* lucensibus, & in *epistola* dedicatoria, rempublicam lucensem maximopere laudauit, eiusque historiam, a prima origine repetiit. Fidei, qua semper inclaruerit respublica lucensis, exemplum praebere ait denarium aureum, in Lucensi moneta, Iustiniani tempore percussum, in cuius fronte Lucae nomina visuntur, ex obliquo vero crux, nostri liberatoris insigne, cum his fere syllabis, VI. VI. VI. quod nonnulli interpretati fuerint, adlusisse his, M. TVLLII CICERONIS positis, in *Oratione pro* Milone, *vi victa vis*, alii vero pereruditi viri, verbo ter repetito, *viuat, viuat, viuat crux*, exposuerint. Post *epistolam* dedicatoriam, occurrit in hac editione, *signatorum in margine index*, & Iodoci Badii, ascensii, *ad literarum bonarum studiosos, praefatio*, in qua sua, & Petri Danaesii, in CICERONIS *epistolas ad* Atticum, merita exponit. *Adnotationibus* suis Ioannes Baptista Pius, ideo *lucubrationum* nomen indidit, quod eas *mane lucubrauerit.*

Mor-



Mortuus dicitur a Bernardo de la Monnoie in *Adnotationibus*, ad Adr. Baillet *Jugemens des Savans* T. II. P. II. p. 36. anno 1540. Emendari igitur debet in *lexico eruditorum*, Tom. III. col. 1608. quod circa annum 1404. floruerit. Paul. Iouius l. cit. p. 240. eum Romae, publico in munere, defunctum, octogenarium obiisse, scribit, e subito atque inexspectato mortis genere. Bransus enim hilariter, & remota mensae mappa, subinde lectitans Galeni librum, *de signis propinquae mortis*, deprehendit fatales, in vnguibus maculas, & dixit: *Ergo saeua* Parca *instans, vitae meae filum commordet:* nec multo post, Iouio teste, acri clementis vtique mortis impetu concussus, in complexu Probi Priuernatis, poetae, leniter exspirauit. Conf. de illo, & scriptis eius criticis Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 342 sqq. Iacobi Gaddii *de Scriptor. non ecclesiastic.* Tom. II. p. 885 sqq. Io. Alb. Fabricii *Bibliothec. latina med. & infim. aetatis* L. XV. p. 885 sqq. Eminentissimi Cardinalis QVIRINI *Specimen variae literaturae* brixiensis P. I. p. 19 sqq. vbi, quae in Plauti *comoediis* illustrandis praestiterit, Pyladae Buccardi exponitur verbis, quae leguntur in Plauti *praefatione ad* Aloysium Dardanum, Venetum: *cum duobus* plautinis *interpretibus* Io. Baptista bononiensi, *&* Bernardo Saraceno, veneto *deluctati, vix tandem eorum ineptias, & futiles commentationes excussimus, quibus ad tria errorum millia debacchati, vniuersum fere* Plauti *ipsius codicem foedis maculis oblitum reddiderant, vt qui ante* Georgium (Merulam Alexandrinum) *aegrotabat, bis duobus veluti insulsissimis medicis, ad externam perniciem deductus, & pene conclamatus censeretur.*



CLXVII.

CLXVII.

M. T. CICERONIS Epiſtolae Familiares, cum commentariis clariſſimorum virorum Hubertini Creſcentinatis, Martini Philetici, Io. Baptiſtae Aegnatii, & Badii Aſcenſii. Item Georgii Merulae Alexand. & Angeli Politiani obſeruationes ſcitu digniſſimae. His adiectae ſunt Annotationes M. Becichemi Sco. Io. B. Aegnatii, N. Scoelſii, cum indice copioſiſſimo, quo & epiſtolarum omnium genera, quibus de rebus tractent & vocabula ipſa abunde dignoſcuntur. Omnia accuratius & diligentius quam vnquam ante hac impreſſa. *Vaeneunt Pariſiis apud Michaelem Vaſcoſanum in via ſancti Iacobi, ſub ſigno Fontis. M. D. XXXIIII.* (1534) in fol. folior. 355. ſi folia 18. priora excepta fuerint.

In fine editionis admodum nitidae atque rarae typographus talia adſcripſit verba: *Imprimebat* Pariſiis Michael Vaſcoſanus, *in via ſancti* Iacobi, *ſub ſigno Fontis. Anno redemptionis humanae quarto & trigeſimo ſupra milleſimum Idibus Ianuarii. Gratia* Chriſto. Per errorem vox *quingenteſimum*, omiſſa fuit. Michael Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. II. p. 809. adnotauit, exemplaria huius editionis, diuerſa eſſe inſcriptionibus. Quaedam enim verba, quae in noſtro leguntur: *Vaeneunt* Pariſiis *apud* Michaelem Vaſcoſanum, *in via ſancti* Iacobi, *ſub ſigno fontis M.D.XXXIIII.* ſine inſigni typographico, in fronte habent. In aliis haec leguntur: *Vaeneunt* Pariſiis, *apud* Io. Paruum, *in via ſancti* Iacobi, *ſub ſigno Lilii aurei*, cum conſuetis Ioannis Parui inſignibus: & in fine: *Imprimebat* Pariſiis Michael Vaſcoſanus, *in via ſancti* Iacobi, *ſub ſigno Fontis*, *ſibi*, Ioanni Paruo, *in dicta via*, *ſub ſigno lilii aurei*, & Petro Gaudoul, *in Clauſo Brunello*, *ſub ſigno ſcuti* Britannici: *Gratia* Chriſto. Alia haec referunt



ferunt in initio: *Veneunt apud* Petrum Gaudoul, *via sancti* Hilarii, *sub signo scuti* Britannici. *Sed nil est frequentius*, pergit Michael Maittaire l. cit *quam, vbi typographi plures, iungunt commercium, Inscriptiones, pro singulorum nominibus, variare.* Descripsimus in *Adparatu literario* Tom. I. p. 267 sqq. editionem *Epistolarum* CICERONIS, *venetam, apud Marcum Antonium Zalterium patauinum* 1589. in fol, vbi commentatores, qui heic reperiuntur, omnes repetiti fuere. Eorum *praefationes*, cum *indice rerum*, voluminis initium faciunt. Nicolaum Scoelsium, Luttareum, adpellat Ios. Simlerus in *Bibliotheca* p. 525. Nicol. Scelsium *Variae* eius *lectiones epistolarum familiarium* CICERONIS, e collocatione vetusti codicis cum *epistolis* CICERONIS, aliquoties prodierunt. Illis etiam saepe numero *variis lectionibus*, vsus est Ioan. Georg Graevius in *epistolis* CICERONIS, quas *cum Variorum notis* euulgauit *Amstelodami* 1677. II. Tom. in 8. form. mai. vbi eius nomen per Ae, Scaelsius, expressum est.

CLXIIX.

C. CRISPI SALLVSTII Opera omnia quae exstant. Helias Putschius ex fide vetustiss. cod. correxit, & notas addidit: idem Fragmenta centum locis auxit & interpolauit. Adiectae V. C. Petri Ciacconii Toletani Notae. *Ex officina Plantiniana Raphelengii M. D. C. II.* (1602) in 8. pp. 300. si folia priora 12. & indices folior. 10. omiseris.

Veterum auctorum editiones, quas in lucem protulit officina plantiniana, antuerpiensis, omnes in pretio sunt, & raritatis notam prae se ferunt. Laudat Helias Putschius in *epistola* dedicatoria, *ad* Cornelium Neostadium, *Curiae* Hagae Comitis *supremae Senatorem*,

rem, quam Stadae an. 1601. *IIII. Eid. Decembris* scripsit, Ioannis Riuii, & Ludouici Carrionis, in SALLVSTIVM, merita, quorum alter, adquisita ingenti tum mss. tum cusorum Codicum mole, SALLVSTIVM multis naeuorum millibus liberauerit, alter historiarum libros, maiorum deperditos ignauia, quanta potuit sedulitate collegerit, composuerit, & reipublicae literariae spectandos proposuerit. Ianus Dousa, & Petrus Scriuerius, in Heliae Putschii laudem, elegiaca composuere *carmina*, quae *epistolae* dedicatoriae subiiciuntur, quae excipiunt veterum & recentiorum auctorum, *de* SALLVSTIO, *testimonia*. In *breuibus notis* Helias Putschius, se Sallustianae saluti magis, quam cultui studuisse, scripsit in *epistola* dedicatoria, vbi haec leguntur verba: *Historiarum libros ex variis authoribus, tum vero maxime ex* Seruio virgiliano *interprete, quem nupere nobis liberalitas* Cl. Petri Danielis *dedit, multis in locis auxeramus, priscoque nitori, quantum quidem in tanta caligine potuit, restitueramus, amicissimusque* Raphelengius *editionem pararet: & quod (rei caput est) illustrissimus* Iosephus Scaliger *institutum nostrum non improbaret; ausus sum in vulgus dare. non tamen totum: Nam ecce breues notas damus, in quibus* sallustianae *saluti magis quam cultui studuimus. Constitueramus quidem* indicem *scribere, ad exemplum indicis* lucretiani: *sed quia ad finem deduci non poterat, cum nimirum iam* CRISPVS *noster, sub prelo anhelaret, excerpsimus has, quas vides, annotatiunculas.* Recentiores nonnulli SALLVSTII editores, Heliae Putschii *notas*, suis editionibus addiderunt, v. c. Ianus Gruterus in editione *francofurt.* 1607. in 8. Io. Fridericus Gronouius, e cuius recensione, SALLVSTIVS, *cum notis variorum*, plus vice simplici, *Lugduni Batauor.* & *Amstelodami*, in 8. editus fuit. Petri Ciacconii *notae*, quae putschianas sequuntur, cum SALLVSTIO primum editae fuerant, *Lugduni Bat. apud Raphelengium* 1594. in 8. Teste Nicerono in *Memoires.* Tom. XXXVI. p. 186. suis illas etiam inseruit *notis in* SALLVSTIVM, Caesa-

rem,

rem, Liuium, Velleium, Tacitum, Suetonium, Spartianum, & alios, Fuluius Vrsinus, quae cum *fragmentis veterum historicorum, ab* Antonio Augustino, *&* Fuluio Vrsino *collectis Antuerpiae* 1595. in 8. prodiere. In fine *notarum* occurrit *Epitaphium* Petri Ciacconii. Romae *ad diuum* Iacobum, & Latini Latinii, viterbiensis *epigramma*, quod in Ciacconii composuit laudem. Cum prius discrepat ab illo, quod apud Niceronum l. cit. p. 182. legitur, id adscribimus:

PETRO CIACCONIO TOLETANO
VIRO VARIA ERVDITIONE ACRI IVDICIO
MORVMQ. PROBITATE ILLVSTRI
QVI SACROSANCTIS BIBLIIS CANONIB. Q.
AC SS. PATRVM SCRIPTIS EMENDANDIS
INTER ALIOS A GREGORIO XIII. P. M. ALLECTVS
IN EO MVNERE STRENVE OBEVNDO DECESSIT
AEDES HAEC EX TEST. HERES P.
VIXIT ANN. LVI. OBIIT VII. KAL. NOVEMB.
M. D. LXXXI.

Finem libri facit *Florilegium locutionum* sallustianarum, & *index rerum & verborum memorabilium*. Cum ipse Helias Putschius, ab vrbe hagensi, cum SALLVSTIVM ederet, absens esset, illum Cornelio Neostadio, per Cornelium van Dalen obtulit. Patet id, ex particula *literarum*, Cornelii van Dalen, *ad* Heliam Putschium, quam protulit auctor *des Lebens der berühmten* Lindenbrogiorum, *nebst einer Nachricht vom Leben* Geuerhardi Elmenhorstii, Ioachimi Moersii, Helii Putschii, *vnd* Cornelii Dalii. *Hamb.* 1723. in 8. p. 98. quae eiusmodi verbis concepta est: SALLVSTIVM *tuum ante octiduum* Hagam *profectus* D. Cornelio Neostadio *tuo nomine, ea qua par fuit animi submissione obtuli, duo nimirum exemplaria, inaurata, sericis fasciis. Quid quaeris? gratissimum ipsi munusculum hoc accidisse visum fuit: qui quidem, me ipsum etiam, quae illius est humanitas, ad conuiuium adhibere voluerit: vbi honestissimam tui mentionem faciens, de*

tua

tua in ſtudiis diligentia, felici ingenio, tuaque erga ipſum obſeruantia multa narrabat, nec minus vero de tua valetudine, itinere ſuſcepto, aliisque rebus ex me multa quaerebat Secundam meditabatur SALLVSTII editionem, cuius rei ipſe indicium fecit in *literis, ad* Andream Schottum, & Melchiorem Goldaſtum, vt idem biographus teutonicus retulit p. 99. ſed praeuentus morte, promiſſis minime ſtetit. Mortuus eſt iuuenis annorum XXV. Stadae anno 1606. die VIIII. Martii. *Vitam* eius ſingulari libro deſcripſit Conradus Rittershuſius, quem *Hamburgi excudit Paul. Langius* 1608. in 4. Excerptum ex illo dedit Melchior Adami, in *vitis philoſophor. & philologor.* Germanor. p. 211 ſqq. A Michaele Piccarto, *vitam* eius ligata oratione, eſſe deſcriptam, retulit biographus teutonicus p. 107. Conf. Franciſci Foppens *Bibliotheca* belgica P. I. p. 257. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom II. P. II. p. 436.

De Petro Ciacconio, ſiue vt Hiſpanorum lingua vernacula adpellabatur Chacon, Presbytero toletano, eiusque ſcriptis, vid. Andreae Schotti *Bibliotheca* hiſpanica p. 556. Nicol. Antonii *Bibliotheca* hiſpanica *noua* p. 144 ſqq. Iani Nicii Erythraei *Pinacotheca imaginum illuſtrium* P. I. p. 190 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. XXXVI. p. 180 ſqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 87 ſqq. Tomae-Pope Blount *Cenſura celebrium auctorum* p. 750 ſqq. Elogium quod illi ſcripſit Latinus Latinius, cuius ſupra fecimus mentionem, tale eſt:

Quid monumento loco, licet arte & mole ſuperbo
Concluſa Petro *conſtruis* Ciacconio.
Auriferi generoſa Tagi *gens accola? nonne*
Spectata virtus hominis, & vis ingeni?
Famaque iam latum celebris diffuſa per orbem,
Caſura nullis ſaeculorum ſaeculis.
Clarior ad ſeros ſed peruentura nepotes,
Satis modeſto gloriae peperit viro?
Ambiat iſta tumens, & quaerat inania vulgus
Cuius ſuperſtes fama nulla eſt funeri



At tibi, Petre *nouos per saecula semper honores*
Certatim vbique doctiores adstruent.

CLXVIIII.

C. Iulius Caesar nomismaticus siue Dissertatio historica, Dionis Cassii scriptoris graeci selectiora commata C. I. Caesaris ortum, dignitates, connubia, Interitum, rogum, & Apotheosin complexa Nomismatum demonstratione illustrans. I. SEOBALDI FABRICII *S. Theolog. D. Academiae Heidelbergensis Professoris, Comitis Palatini. Londini Typis Benneti Griffin, Impensis Ionathanis Edwin, ad insigne trium rosarum prope Ludgaet* 1678. in 8. pp. 80. excepta epistola dedicatoria pp. 30.

Protulit Cassius Dio L. XLI. Tom. II. edit. Herman. Samuelis Reimari p. 280 sqq. *orationem*, qua Caesarem, exercitum romanorum, ad Placentiam tumultuantem compellasse ferunt, vt ad debitam illum reduceret obedientiam. Hanc *orationem*, *dissertatione* sua illustrauit I. SEOBALDVS FABRICIVS, ea quidem ratione vt Sectione I. *de origine* C. Iulii Caesaris, quam deductam ipse voluit ab Aenea & Iulo, *Obseruationibus* 1 - 15. sectione II. *de* C. Iulii Caesaris *vita*, *dignitatibus*, *&* *connubiis*, *obseruationibus* 16-27. Sectione III. *de* C. Iul. Caesaris *morte*, *rogo*, *&* *apotheosi*, *obseruat.* 28-45. ageret, & numis omnia illustraret. Dicauit *dissertationem* Heneage Finch, *Baroni* Finch, Dauentriae *Baroneto, equitique aurato, &* Caroli II. *regis Consiliario intimo.* *Epistola* dedicatoria, prolixitate ipsam *dissertationem* superat, & lepidum pariter & παράδοξον ingenium auctoris prodit, qui suis inuentis adrepta quauis occasione gloriatur. Quae Anselmi Panduri de hac *dissertatione* fuerit sententia, verba testantur, quae legimus in *Bibliotheca nummaria*, Tom. I. *Numismatum imperatorum* romanorum *a* Traiano

iano Decio, *ad* Palaeologos, *Paris* 1718. praemissa p. XLVI. *Singularem profecto & reconditam eruditionem ostentat* IOHANNES SEOBALDVS FABRICIVS, Spirae Nemetum *natus anno 1622. & logicae ac* graecae *linguae in Academia* heidelbergensi *Professor, in eo libro, quem inscripsit:* C. Iulius Caesar Nomismaticus — *quam arduum enim fuerit numismata* C. Iulii Caesaris, *& aliquot virorum eiusdem aeui illustrium ex editis libris exscribere, eorumque conuenientiam cum* Dione, Graeco *Scriptore scilicet, demonstrare, quis non intelligit? quod ille tanta diligentia praestitit, vt ne* Corneliae *quidem, &* Calpurniae Caesaris *vxorum numismata ab* Aenea Vico *expressa omiserit. Extra iocum, singula commata in plures obseruationes distributa sunt, in quibus vt nihil noui, praeter ipsam scribendi rationem, ita plerumque nihil mali deprehendimus. Dissertationem praecedit epistola prolixior, tertiam ferme libri partem complexa, in qua numismatum praestantia, non demonstratur quidem, (id* Ill. Spanhemius *iam confecerat) sed grandibus verbis praedicatur: sequuntur cum aliae appendices, quae ad nos non pertinent, tum vna, in qua* Anglos, *ita ferme nunc scribere, vt veteres solebant, veterum nummorum ope demonstrare conatur.* Dissertationi addidit, praeter varia *Corollaria*, Cassii Dionis verbis expressa, triplicem adpendicem.

I. *de voce nomismatis ac nummi, simulque pronunciationis* anglicanae, *peculiari literarum quarundam sono, populis aliis insueto, qui ex nomismatibus antiquis adseritur.*

II. *de Hieroglyphicis, quorum subinde mentio facta fuit.* Inseruit isti adpendici, apographum documenti, quo Carolus Ludouicus, Comes palatinus Rheni, & Elector, omnibus & singulis subditis suis, cuiuscunque status, vel conditionis illi fuerint, sub mulcta decem marcarum auri puri, seuere iniunxit, vt nemo, praeter M. IO. SEOBALDVM FABRICIVM, eiusque haeredes, quocunque sub praetextu id fiat, per hiergly-

 phicas

fcere nolui, quae praeterea in lucem dedi, fymbolis licet ipfa fint exornata.

III. *de nomine Comitis Palatini*, vbi legitur Diploma, quo ab Electore palatino d. XXX. Iul. an. 1654. comitis palatini dignitatem confequutus eft. Ifti triplici adpendici, duplex denuo adnexa eft adpendix

A) ob oculos ponit IO. SEOBALDI FABRICII, SS Theol. D. & Ecclefiaftae Hiftoriarum P. P. &c. *programma panegyrici* anglicani.

B) *Autoris vita ex iconologia publica profefforum Academiae* heidelbergenfis *defcripta, cum Catalogo Operum, quae* Heidelbergae, *& in* Anglia *euulgauit.* Pofteriorem integram addere nobis licebit, cum iis, quae in *lexico eruditorum* Tom. II. col. 493. de IOANNE SEOBALDO FABRICIO leguntur, augendis, & emendandis inferuiunt. IOANNES SEOBALDVS FABRICIVS, *patre* Iohanne, palatino, *V. D. M. & paedagogiarcha* fcaphufiano, Spirae Nemetum, *anno 1622. XV. Iun. progenitus.* Bafileae Rauracorum *philofophici gradus axiomate publico, ab inclyto facultatis fenatu, anno 1642. condecoratus, vario ftudiorum generi, theologico cumprimis fe addixit. Perluftratis* Galliae, Germaniae, Belgii*que nobilioribus academiis, ab academicae functionis praefixa fibi meta, diuino prorfus nutu, ad ecclefiafticum in celeberrimo* Germaniae *emporio deductus officium; luftrum amplius in eodem exegit: Illinc peruigilis curae digna miffione impetrata, patriae a belli vulneribus recens calenti fe omnino deftinaffe vifus eft. Sic priorem illam, diuerfae functiones aliae in ecclefia pariter & academia* heidelbergenfi *exceperunt. Ad quam ipfam anno 1652. XX. Nou. euocatus, logices ac linguae* graecae *profeffione ordinaria, renafcenti vniuerfitati, operam fuam penitus facratam voluit. Biennio poft infuper hiftoriarum confitu-*

ſtitutus Profeſſor. Inde doctoratus theologici gradum, in reſtituta academia primus, praeſtitis iis, quae venerandae facultatis leges exigunt, anno 1657. indeptus. Sancti academicorum ordinis religioſus Cultor. Eodem labente anno ſereniſſimi Electoris tum S. R. I. *Vicarii gratia Palatii caeſarei comitiua inſignitus. Tertium facultatis philoſophicae Decanus & anno 1659. vniuerſitatis Prorector. Nunc dignitati profeſſionis publicae accedens ordinarium eccleſiaſtae* heidelbergenſis *ad D.* Petri *munus tuetur.*

Ex quo tempore academicis eccleſiaſticos iungit labores. Cum Germania, & Palatinatus in primis, igne ferroque vaſtaretur, in Angliam ſeceſſit, e qua, an redierit, aut in Anglia diem obierit ſupremum, eſt quod ignoramus. Scripta, quae Heidelbergae euulgauit, vt ipſe eorum exhibuit catalogum, ſunt

I. *Erudita pietas, ſiue oratio inauguralis, ad auſpicandam profeſſionem* heidelbergenſem, *anno 1654 habita.*

II. Neohuſium, *ſiue de ortu, & variis mutationibus, coenobii* neuhuſiani *diſſertatio.*

III. Myrtilletus, *ſiue hiſtoria vrbis* heidelbergenſis, *Heidelberg.* 1658. in 4.

IIII. Manhemium, *ciuitatis atque caſtri* manhemiani *deſcriptionem exhibens hiſtoricam, Heidelberg.* 1656. in 4.

V. Lutrea Caeſarea, *ſiue originis, & incrementi vrbis* lutrenſis, *ad praeſens tempus deductio, Heidelberg* 1656. in 4.

VI. *Diſputationum theologico-philoſophicarum inde ab anno 1653. vsque ad annum 74. in athenaeo* heidelbergenſi *habitarum volumen.*

VII. *Nouum Domini noſtri* Ieſu Chriſti *teſtamentum rhythmicum.*

IIX. *Sermonum dominicalium, feſtiuorum, poenitentialium, & funebrium, ad populum* heidelbergenſem, *ab anno 1660. ad 74. pronunciatorum, Tomi duo.*

VIIII.

VIIII. *Lessus funebris gloriosissimae memoriae* Ferdinando IIII. Romanor. *Imperatori publice dictus.*

X. *Panegyricus caesareus augustissimo* Leopoldo roman. *Imperatori*, Germaniae, Hungariae *&* Bohemiae *regi*, *Archiduci* Austriae *&c. solemni coronationis caesareae die consecratus.*

XI. *Panegyricus regius*, *augustissimo* Carolo II. Magnae Britanniae, Franciae, *atque* Hiberniae *regi*, *in regnum paternum*, *auitumque gloriosissime reduci*, *solenniter dictus mense Iunio an.* 1660.

XII. *Emblemata* danica *in nuptias serenissimi Principis ac domini*, Caroli, *Comitis* palatini *ad* Rhenum *&c. cum serenissima Principe ac domina* Wilhelmina Ernestina *regni* danici *Principe regia.*

XIII. *Corona* suecica *siue Panegyricus*, *serenissimo* Carolo Gustauo, *in regem* Sueciae *coronato*, *dictus anno* 1655.

XIIII. Selenius *&* Selene, *siue panegyricus nuptialis* palatino-luneburgicus, *celsissimi & reuerendissimi Principis*, *ac Domini* Ernesti Augusti, *Ducis* Brunsuigo-Luneburgensis, *Episcopi* Osnabrugensis, *ac serenissimae Principis* Sophiae *Comitis* palatinae *electoralis*, *taedis iugalibus applaudens.*

Scripta anglicana sunt:

I. *de vnitate ecclesiae* britannicae, *meditationes sacrae*, *Oxoniae* 1676. *apud Richard. Davis.*

II. *Epistola irenica*, *ad verbi diuini ministros regnorum* Angliae, Scotiae*que indigenas*, *semetipsos*, *ab ecclesia nationali segregantes*, *Londini* 1677. *apud Ionathan Edwin.*

III. *Magnes amoris* Britanno-aurascus, *Celsiss. Principi ac domino* Wilhelmo Henrico *Principi* Oraniae *&c. eiusque sponsae regali*, *celsissimaeque dominae* Mariae, *sereniss. Principis ac domini* Iacobi, *ducis* eboracensis *&* albanicae, *Comitis* Vltoniae, *Thalassiarchi* Angliae *&* Hiberniae *&c.*

 filiae



filiae primogenitae; sub emblematum velo repraesentatus. 4. Nou. 1677.

IIII. C. Iulius Caesar *nomismaticus Londini* 1678. Conf. Io. Alberti Fabricii *Centuria* Fabriciorum, *scriptis clarorum* I. p. 56 sqq. Centuria II. p. 78. qui iisdem narrationibus quidem vsus videtur, sed nonnulla admisit nihilo minus παροράματα, cum in librorum catalogo nonnullos bis adduxit, v. c. Centur. I. p. 56. C. Iulium Caesarem, memorauit *nomismaticum*, & P. II. p. 78. *dissertationem historicam*, *in* Dionis Cassii *scriptoris* graeci *selectiora commata Londini* 1658. in 8. veluti librum, a C. Iulio Caesare *nomismatico* diuersum protulit.

CLXX.

TITI LIVII *Patauini Historici clarissimi:* que extant Decades cum Epitome L. FLORI in omneis libros. Cum Annotationibus M. Antonii Sabellici in eos qui extant. Cum Indice alphabetico recentius ab Ascensio collecto. Et cum explanatione praefationis & praenotamentis eiusdem Ascensii in lectionem Liuianam. *Venundantur ab Ioanne paruo & Ascensio ipso.* in fol. folior. 280. si folia 26. priora exceperis.

Memoratur editio valde rara, a Michaele Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. II. p. 216. ab Arnoldo Drackenborch, in *Syllabo praecipuarum editionum* LIVII, Tomo VII. edit. LIVII. *Lugd. Bat. & Amstelod.* 1746. in 4. p. 332. Ei praefigitur

I. Iodoci Badii, ascensii *epistola*, *ad clarissimum heroa*, Georgium Aloinum, *domus ac ditionis* aloinae, *apud* Flandros, *principem: dominum ac columen singulare*, *moribusque & literis ornatissimum*, scripta *ex Chalcographia*, *apud* Parrhisios: *pridie*

pridie annuntiationis atque incarnationis dominicae M. D. XI. (1511)

II. *Rerum & verborum accuratione* M. Antonii Sabellici, *in marginibus sequentis operis annotatorum, index serie alphabetica, ab* Ascensio *recenter collectus.*

III. IO. AN. *Episcopi* aleriensis, *ad summum Pon.* Paulum II. Venetum, *&* Marcum *Sancti* Marci *Cardinalem epistola.* Desumta est haec *praefatio* ex editione LIVII omnium prima, & rarissima, *Romae*, non addito anni indicio, *per Conr. Sweinheym & Arnoldum Pannarz*, in fol. euulgata. Eam anteuertisse annum 1471. eo argumento, probauerat Io. Fred. Gronouius, in *praefatione*, LIVIO praefixa, quod illo anno, Paullus II. Pontifex, in viuis esse desiit. In eam igitur adducti fuere sententiam Thomas Hearne, & Ioannes Clericus, LIVII editores, in *indice praecipuarum* LIVII *editionum*, vt editionem principem, cum Ioanne Alberto Fabricio in *Biblioth. latina* L. I. Cap. XI. p. 181. & aliis, qui Fabricium sequuntur, ad annum 1470. referrent. Sed errare illos, & editionem anno iam 1469. euulgatam esse demonstrat Michael Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. I. p. 283. & eminentissimus atque illustrissimus QVIRINVS in *Adpendice ad* Michaelis Canensii de Viterbio *vitam* Paulli II. §. XI. p. 178 sqq. ea potissimum ratione, quod LIVIVS *a Vendelino de Spira, Venetiis*, 1470. in fol. excusus, eamdem, quam haec *romana*, Episcopi aleriensis, in fronte referat *epistolam*, & *veneta* omnino, ad *romanam* exscripta videatur. Conf. Arnoldi Drackenborch *Syllabus editionum praecipuarum* TITI LIVII l. cit. p. 329. In ista vero *epistola*, quam pleraeque editiones Seculo XV. & initio seculi XVI. excusae seruarunt, & eminentissimus QVIRINVS l. cit. p. 181 sqq. Arnoldus Drackenborch Tom. VII. p. 252 sqq. integram inseruit, plura, quae retulit, ad veneti



nominis gloriam, maximopere faciunt. Florentissimis nimirum, rempublicam venetam, omni tempore abundasse, ingeniis refert, quae postea Romam transmigrauerint, inter quos, LIVIVM, Plinium & Virgilium nominat. Effert laudibus auxilia, atque subsidia, a Paullo II. Pontifice, eiusque consanguineo, Marco, Cardinale Barbo, typographicae arti, mirum in modum iuuandae, munifice conlata. Multis ornat elogiis Victorinum feltrensem, qui initio, insigni nominis fama, magnoque discentium concursu, scholam Patauii, & Venetiis aperuerat, deinde a Ioanne Francisco, Marchione mantuano, non spernendo stipendio, ad erudiendos eius liberos, conductus, Mantuam concesserat. Victorinus feltrensis, ait Episcopus aleriensis, *aeui nostri* Socrates, *saeculi sui ornator, ac decus, fama, & gloria academiae* mantuanae, *viuens ille quidem, vitae constantia venerabilis, legens admirabilis, absens quaesitus, mortuus admodum desideratus, hospes ille, quin immo pater pauperum studiosorum, humanitatis suscitator, latinitatis erector, sapientiae magister, honestatis specimen, bonitatis exemplum, diuitiarum contemptor, ingeniorum subleuator, & alia pleraque, &* LIVIVM *primus, vt intactum pelagus, atque inexpertum noster* Tiphus *aperuit, &* patauinos *thesauros* Hesperidum *hortis clausiores patefecit. Ille quidem in* Italiae *natus* veneto *angulo*, Patauii *partim, partim* Venetiis, *ingenti gratia, & fama, & (quod est in docentibus laudatissimum) magna docuit cum integritate, vbi cum auditorum liberalitatibus grandem posset pecuniam facere, ita diuitum scholasticorum dona capiebat, (neque enim vir ille quaestu docebat mercenario) vt* Proculi *illius* socratici *praeceptoris more, atque instituta, daturus aliquid, aliquid sumeret, vt diuidenda haberet in pauperes studiosos. Tantum enim aberat, vt fundis delectaretur, ac peculio, vt singularibus annorum*

omnium

omnium contentus vestimentis aestatis, atque hyemis, quotannis in egentiores, quos domi alebat, & docebat, bina sua diuideret suis manibus indumenta. Harum fama virtutum Io. Franciscum *Marchionem illum inclytum* Mantuanum, *Cardinalis illustris, ac liberalissimi* Mantuani *auum, ad illum* Mantuam *trahendum incendit, quo cum plurimo honore, & donis tandem venisset, Principis liberis datus est praeceptor. Istic ego sum illo vsus parente, & magistro, istic* LIVII Decadum *partem praelegentem audiui. Quod ideo non fuit silentio praetereundum, vt siquid in recognitione profeci, auctori acceptum* Victorino *referatur. Tantum enim abest, vt me poeniteat praeceptorum meorum gloriae, vt id vnum, ac maximum docti animi, atque ingenui argumentum censeam, a quibus ipse hauserim omnia fontibus referre magistrorum. Qui plura voluerit discere de* Victorino, (*sunt enim eius omnis splendoris ac dignitatis plenae actiones*) Saxoli Pratensis *inter condiscipulos nostros minime contemnendi, quamquam admodum iuuenis ille fato concesserit, librum legat* de vita, & moribus Victorini, *aut caeterorum, quibus laudi magnae est non mores, & vitam solum, verum etiam totam* Victorini *scholam perscripsisse. Quorum scriptis potueram equidem esse contentus, nisi in eadem cultus officina, obtusiore licet scalpro, mihi visus in praesenti epistola forem, non absque ingratitudinis crimine potuisse dissimulare, ac praeterire* Victorinum. Liber Saxoli pratensis, ad quem eos Episcopus aleriensis ablegat, qui de Victorini feltrensis doctrina, & moribus plura discere cupiunt, editus fuit Studio & opera Domni Edmundi Martene, & Domni Vrsini Durand presbyterorum & monachorum Benedictinorum e congregatione S. Mauri, Tom. III. *Veterum Scriptorum & monumentorum historicorum, dogmaticorum moralium ampliss. collectionis. Paris.* 1724. in fol. Conf. de Victorino feltrensi meretur eminentis-

simi



ſimi QVIRINI *Specimen variae literaturae* brixienſis, paſſim. Heic velut in tranſitu addere licebit, quod de nomine Epiſcopi alerienſis, qui tempore typographicae artis exorientis, tot veterum auctorum ſcripta, e ſitu & obliuione produxit, inter viros doctos nondum conueniat. Alii enim illum Ioannem Antonium, alii IOANNEM ANDREAM DE BVXIIS adpellant. Illi, qui eum Ioannem Antonium adpellatum fuiſſe contendunt, v. c. Auctor der *Merkwürdigkeiten der koeniglichen Bibliothek zu* Dresden, Tom. I. p. 36. Tom. III. p. 547. auctor S. R. *lexici eruditorum* Tom. I. col. 1522. & Philippus Bonamicus *de claris pontificiarum epiſtolarum Scriptoribus*, *Romae* 1753. in 8. p. 100. & p. 201 ſqq. epitaphii nituntur verbis, quod Ferdinandus Vghellus, in Italia *ſacra* Tom. III. col. 504. in templo S. Petri ad vincula romano, poſitum eſſe Epiſcopo alerienſi ſcribit:

IOANNI ANTONIO EPISCOPO ALERIENSI GENTE DE BVXIIS, PATRIA VIGLEVANENSI, SIXTI IIII. PONTIF. MAX. REF. BIBLIOTH. SECRETARIOQVE, VENERANDO SENATVI, AC TOTI ECCLESIAE CHARO, QVI FVIT PIETATE, FIDE, LITERIS INSIGNIS, DE PATRIA, PARENTIBVS, AMICIS, ET OMNIBVS BENE MERITVS. IACOBVS FRATER GERMANVS PIENTISS. VIX. ANN. LVII. MENS. VI. DIES II OBIIT ANNO IOBILEI M. CCCC. LXXV. PRID. NON. FEBR.

Sed nihil impedit, quo minus iis ſuffragemur, qui in ſcriptis ſuis, eum IOANNEM ANDREAM nominant. Nam non ſolum viri ſynchroni, aut certe eius aetati proximi, v. c. Pomponius Infortunatus, in *vita* Lucani, quam ex editione *romana* 1469. recudendam curauit Franciſc. Oudendorpius, in editione Lucani, *Lugd. Batau.*

1728.

1728. in 4. Raphael Maffeius volaterranus, in *Commentar. vrbanis* L. XXI. fol. CCXXIII. edit. *ufcenfianae* 1511. & Petrus Cyrnaeus L. IIII. *de rebus* corficis, in Ludouici Antonii Muratorii *Scriptorib. rerum* italicar. Tom. XXIIII. col. 409. aliique plures, eum IOANNEM ANDREAM adpellant, fed *epiftola* etiam Tom. III *Commentarior.* Nicolai de Lyra, *in S. Biblia*, ab ipfo IOANNE ANDREA, *Romae* ann. 1472. editorum, hifce inchoatur verbis: *In tertium volumen* Nicolai de Lyra IO. ANDREE Alerien. Epifcopi, *fanctiffimi D. N. Papae Bibliothecarii ad* Xyftum IIII. *Pont. Max. Epiftola.* His accedit, quod eminentiffimus QVIRINVS, qui rariffimas editiones, ab Epifcopo alerienfi curatas, fere omnes infpexit, & recenfuit in *Adpendice ad* Michaelis Canenfii *vitam* Paulli II. eum nunquam Ioannem Antonium, fed femper IOANNEM ANDREAM nominauerit, & cum per literas a nobis interrogaretur, quae cauffa fit, ob quam a Ferdinando Vghello, in Italia *facra*, & ab aliis Ioannes Antonius adpelletur, haec talia ad Ioannem Georgium Schelhornium V. Cl. memmingenfem Bibliothecarium, refcripferit Brix. d. XI. Februar. ann. 1754. — *fuauem quem tecum hactenus habui, fermonem de* venetis Aldi *editionibus, diutius aliquantulum protraham, ad* romanas *diuertens, quas ante* Aldum *curauit* IOANNES ANDREAS, Epifcopus alerienfis, *cui primum locum ipfe affignas inter eruditiffimos enafcentis typographiae praefides. Praebuit mihi occafionem illam* Freytagius I. C. *cuius in literis, quas ab ipfo ante menfem accepi, haec funt verba:* Controuerfia mihi nuper mota fuit ab amico de nomine Epifcopi alerienfis, qui exorientis artis typographicae tempore, multa veterum Auctorum monumenta obliuioni eripuit. Cum enim illum, Tuae potiffimum adpendicis, quae hiftoriam feculi Pauli II. literariam, illuftrafti, auctoritate ad

id



id adductus, IOANNEM ANDREAM, in libris meis editis, passim adpellarem, is per literas mihi confirmare sustinuit, illum Ioannem Antonium adpellatum fuisse, Epitaphii verbis ex Vghelli Italiae sacrae Tom. III. col. 504. productis, vbi hoc insignis nomine reperitur. Etsi quidem me multis synchronorum, & recentioris aeui Scriptorum, qui eum vno quasi ore IOANNEM ANDREAM adpellarunt, defendere poteram testimoniis, is tamen Epitaphii verbis, fidem habendam esse regessit, suamque sententiam, nonnullis veterum Auctorum editionibus v. c. editione Liuii, Mediolani anno 1495. in fol. excusa, in qua disertis verbis Ioannes Antonius nominatur, corroborare, meque confundere studit. Ad Te igitur : . prouocaui arbitrum. *Putassesne* Schelhorni, *post laborem, quem nosti ex libro* Pauli II. *gesta illustrata, & vindicata exantlatum a me fuisse in editionibus* Aleriensis Episcopi *non tantum manu contrectandis, sed in recitandis earumdem praefationibus, quarum ne vnam quidem omisi, & praeterea in euoluendis expendendisque* Philelphi Epistolis, *a libro XXIII. vsque ad librum XXXIII. quod eae scilicet ad* Pauli II. *tempora referantur, ac plura babeant de egregio studio per Antistitem illum impenso in sparta, de qua agitur, adornanda; putassesne, inquam, non defuturum eruditum aliquem, qui de germano eiusdem Antistitis nomine litem mihi moueret? In illis autem omnibus*, Aleriensis *noster, non* Io. Antonius, *sed* IOAN. ANDREAS *constanter indigitatur. Annon ergo iure merito affirmem, prae manifestis illis & indubiis monumentis flocci facienda esse, quae in contrarium ex* Minutiano *&* Vghellio *afferuntur? At ea etiam comparatione seposita, aperte constat, ab ea ipsa Editione, quam* Minutianus, *in praefatione sua commendat*, Antonii *nomen dissentire, namque in fronte ipsius praefationis* Aleriensis, *quam suae praemisit* Minutianus, *haud quaquam legi-*

legitur Io. Ant. *sed* IO. AN. *parique ratione, etsi etiam in Regesto, de more ei editioni subiuncto,* IO. AN. *signandum fuisset, attamen Typotheta oscitanter nomen illud expressit prioribus literis* AN. *adiuncta litera* T. *quam ipsam adiunxerat in* Minutiani *praefatione.* *In* mediolanensi *ea Editione, quo* Brixia *mea fruitur, varietatem illam meis oculis inspexi.* *Quoad* Vghellium *vero, nouerit* Freytagius *in sepulchrali* Aleriensis *inscriptione, cuius exemplum* Roma *mihi transmittendum curaui,* Episcopi *illius nomen reuera solis literis* IO. AN. *designari, quamuis in vtraque* Vghellii *editione,* Io. Antonius *scribatur, falso vtique, sicuti falso ab ipso* Vghellio Raphael Volaterranus *allegatur, perinde ac si is in* Commentariis *suis* Aleriensem Episcopum, Io. Antonii *nomine donasset, nam ille* IO. ANDREAM *diserte nominauit. Ridebit modo, vt certo reor,* Freytagius, *allatam sibi molestiam ab — Censore, multoque magis, quod ipse repellendi rationem adinuenerit veritati omnino consentaneam. Scripsit enim in suis ille ad me literis:* Omnem sane controuersiam dirimi posse ego crediderim, si Epitaphium ipsum, quod in templo S. Petri ad vincula, romano, extare dixit Vghellus, a quopiam inspectum, & adcurate descriptum fuerit. Forte enim illius nomen, vt in omnibus fere editionibus, quas Episcopus ille aleriensis curauit, per scribendi compendium IO. AN. expressum, & ab Vghello, aut ab alio, qui Epitaphium descripsit, rei haud satis gnaro, per Ioannem Antonium interpretatum fuit. *Loco futilis illius controuersiae animaduertat, velim,* Freytagius, *perperam in* veneta Vghellii *editione, ex vno* aleriensi Episcopo, *binos confictos reperiri, causamque errandi, eiusdem curatori datam fuisse ab* Trithemio, *illius Antistitis mortem ad an. 1493. referente.* Trithemium *nouimus de rebus* italis *parum accurate scripsisse, cuiusce rei nouum documentum praebet locus ipse,*

ipse, in quo versamur, nam ibi IO. ANDREAM *nostrum cum* Io. Andreae *Iurisconsulto* bononiensi *confundit, huius nempe Opera quaedam illi assignat, deinde* Innocentii *Pontificis, &* Friderici *Imp. notas chronicas affert, quae secum inuicem pugnant. Quam vero consonet nota illa anni 1475. signata in ea Inscriptione tempori, quo vita excessit* IO. ANDREAS, aleriensis, *etsi satis superque ostendant praefationes eiusdem a me recitatae, quarum nullam anno illo posteriorem fuisse constat, testis tamen insuper mihi est* Herodoti *Editio* Romae *excusa, quam hic* Brixiae *in manibus habeo, ad calcem enim eiusdem legitur Epigramma huiusmodi:*

Miraris, fuerim cum scriptor ionicus, vnde est
 Quod nunc romanus perlegor Herodotus:
Magna quidem merito referenda est gratia Vallae:
 Ille meam pulchre transtulit historiam.
Res igitur priscas, memorandaque facta virorum
 Qui cupit ex vno noscere, nostra legat;
Nam ne defuerint nostra exemplaria Romae,
 Arnoldi artifices consuluere manus,
In quibus ANDREAS, Aleriensis Episcopus olim:
 Extremam imposuit, nec sine laude limam.

Prodiit ea editio mense Aprili anno 1475. IO. *autem* ANDREAS, *qui ibi dicitur,* aleriensis Episcopus olim, *ex laudata Inscriptione sepulcrali, mortem ubiit, die 4. mensis Februarii eiusdem anni.* Conf. Arnoldi Drackenborch *Syllabus editionum praecipuarum* LIVII l. cit.

IIII. FLORI *Epitome Decadum quatuor decim* TITI LIVII Patauini *Historici in Centum & quadraginta libros distinctum.*

V. M. An. Sabellici *breuissimae in* LIVIUM *Annotationes Locis suo ordine: aut in integrum restitutis: aut in fronte nequid temere offenderetur breui indice relatis.* Prima, quae in Michaelis Maittaire *Annalib. typograph.* Tom. I. p. 532. LIVII

VII *cum adnotatiunculis* M. Antonii Sabellici, memoratur editio, est quae non addito typographi nomine. *impreſſ.* dicitur Venetiis *die V. Novembr. M. CCCC. LXXXXI.* (1491) *regnante* Augustino Barbadico *duce* Venetiarum, in fol. Conf. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. lat.* L. I. Cap. XI. p. 182. Arnoldi Drackenborch *Syllabus editionum praecipuarum* LIVII p. 331. Refert in *praefatione* Sabellicus *ad* Benedictum Cornarium, *Patricium* venetum, se LIVIVM ad vetustum exemplar, ex bibliotheca Benedicti Cornari, contulisse, petente Bernardino Herasmio, nouocomensi, homine, fide & industria singulari, vt clarissimam historiam aliquanto integriorem, nouae impressioni subiiceret. In editione LIVII, qua vtimur *ascensiana*, Sabellici ad Cornarium, *epistola* omissa est. Inseruit illam Arnoldus Drackenborch Tom. VII. p. 256. Exstant autem duplices M. Anton. Sabellici in LIVIVM *Adnotationes*, aliae breuiores, quae heic exhibentur, sed plures, & ipso Sabellico teste, numero ducentae & amplius; aliae maiori verborum ambitu conceptae, sed numero pauciores, quae Sabellici partim *Adnotationibus* in Plinium, Dominico Irimano *philosopho*, *& equiti clarissimo*, partim *obseruationibus ex varia auctorum lectione*, Francisco Fortunio dedicatis, & prima vice iunctim *Venet.* 1487. in 4. teste Nicerono in *Memoires* Tom. XII. p. 160 sqq. editis subiunguntur. Illas postea excerptas, adnotationibus breuioribus omissis, subiecit Michael Vascosanus LIVIO, quem *sibi & Odoino*, siue Audoëno Paruo *impressit Paris.* 1543. in fol. Conf. Arnoldi Drackenborch *Praefatio* Tom. VII. p. XXXI.

VI. Iodoci Badii, ascensii *in* liuianam *lectionem Isagoge*, *cum prooemii primi expositione apertissima.* Haec omnia, quae a Iodoco Badio, in LIVIVM scripta sunt, tres tantum modo paginas implent.

Quod ad externam codicis, quem describimus, formam adtinet, is literis romanis valde luculentis, chartis crassioribus, albis & puris impressus est, & in libri XXXX. Capite 37. desinit verbis: *Decemuiri supplicationem in biduum valetudinis caussa. in vrbe, & per omnia fora, conciliabulaque edixerunt.* Deficiunt ideo particula capitis 37. & reliqua capita, ad 59. vsque Libri XXXX. cum iis, quae ex libris XXXXI. ad XXXXV. vsque, hodie supersunt. In fine haec leguntur verba: *Diligentiore cura: in aedibus* Ascensianis: *in illustri* Parrhisiorum *academia: Impensis* Ioannis Parui: *& ipsius* Ascensii: *Anno salutis christianae M. D. X.* (1510) *ad Idus Martias.*

Omnia, quae de LIVIO, eius vita, libris, eorumque variis editionibus dici poterant, collecta reperies, Tomo VII. editionis optimae & splendidissimae, quam saepe nominatus Arnoldus Drackenborch, in lucem emisit.

CLXXI.

IOACHIMI PERIONII, *Cormoeriaceni* in omnes T. LIVII Conciones, vt breuiusculae, ita cum primis eruditae Annotationes. Vna cum ipsis T. Liuii Concionibus, per genera causarum distinctis, vt vix quicquam rhetorices ac Latinitatis studiosis proponi accommodatius possit. Accessit quoque rerum ac verborum locuples index. *Basileae* 1545. in 8. pp. 590. exceptis praemissis, & indice pp. 47.

Omnia IOACHIMI PERIONII scripta, praeclara & rara esse innuit, Io Petrus Kohlius V. Cl. *in gesammelten Briefwechsel der Gelehrten. Hamburg* 1751. in 8. p. 338. & Auctor *Thesauri Bibliothecalis* Tom. II. p. 175. & ipsam illam libri, cuius adscripsimus titulum, editionem eo retulit, quae, vt ex verbis, in fine po-

ſitis adparet, *ex officina* Roberti Winter, Baſileae *anno M. D. XLV.* (1545) in lucem prodiit. Niceron in *Memoires* Tom. XXXVI. p. 33 ſqq. ſuccinctam vitae IOACHIM. PERIONII exhibuit notitiam, & operum, quae conſcripſit, catalogum contexuit, ſatis prolixum, nullam iſtius editionis notitiam habuiſſe videtur. Quandoquidem duas tantum modo *pariſienſes* 1532. & 1547. in 8. adtulit. In *epiſtola* dedicatoria, *ad* Dionyſium Briconnetum, *Epiſcopum* maclouienſem, *Abbatemque diui* Paulli *apud* Cormoeriacum (Cormery en Touraine) Pariſiis, *e gymnaſio montis acuti, pridie Cal. Februar. anno 1532. ad calculum* romanum ſcripta, ideo ſeſe huic negotio adcinxiſſe ſcribit, quod LIVIVS ſit auctor, qui nullo tempore, e manibus ſit deponendus, nemoque ante illum, *conciones* LIVII ſeorſum excudendas curauerit, neque hoc negotium, ſuſcipere velle quempiam audiuerit. Eadem vere retulit in *praefatione, ad Lectorem*, qua abſoluta, inuenitur *tabula*, complectens *concionum, velut generis diviſionem in ſpecies, quarum ſuae cuique, ſed inſigniores partes ſubiiciuntur; & index omnium concionum, eo ordine digeſtus, quo illae ſcriptae ſunt*, additur. Cuilibet *concioni* breue *argumentum* praemiſit, & *adnotationibus* ſuis, illas hac ratione illuſtrauit, vt non ſolum artificium, quo vſus eſt LIVIVS, rhetoricum ob oculos poſuerit; ſed ea etiam, quae ad res antiquas, hiſtoriam, cerimonias, ritus populi romani ſpectant, explicuerit. In fine occurrit *lectionum aliquot antibarbararum elenchus*, & *index rerum & verborum.*

IOACHIMVS PERIONIVS, monachus benedictinus doctiſſimus, anno 1559. Cormoeriaci in Turonibus, anno circiter aetatis LX. mortuus eſt, multaque reliquit ſcripta, partim ab ipſo compoſita, partim e graeco conuerſa. Omnes eum ſcriptores, ob linguae latinae puritatem, atque elegantiam, qua omni tempore enituit, maximopere laudant, quam etiam cauſſam eſſe dicunt, quod in verſionibus ſuis, e graeco factis, elegantioris ſtili potius, quam veri rationem, Ciceroni nempe ſuo addictus, habuerit. Gil-

bertus Genebrardus *Chronographiae* L. IIII. p. 727. philosophos, duce PERIONIO, latine loqui coepisse, ac paullatim dedidicisse barbariem adfirmat, qua eorum disciplinae & libri erant foedati, & Theologos praeter ea, Medicos, & Iureconsultos, certatim se ad PERIONII imitationem composuisse, &, impuritate loquendi, e suis scholis, & libris depulsa, suum saeculum reddidisse facundissimum, multis verbis refert. Cum Ioanne Argyropulo, Nicolao Gruchio, Guilielm. Guerentaeo, Ludouico Strebaeo, & Petro Ramo, partim propter Aristotelem, partim ob Ciceronem, controuersias exercuit, & varias aduersus illos euulgauit *orationes* inuectiuas. Conf. de illo, praeter Niceronum citatum Iosiae Simleri *Bibliotheca* p. 332 sqq. Antonii Posseuini *Adparat. sacer* Tom. I. p. 194 sqq. Tom. II. p. 104. Iacobi Augusti Thuani *Histor. sui temporis* Lib. XXIII. Tom. I. edit. *francofurtens.* in 8. p. 1056 sqq. Auberti Miraei *de Scriptorib. Secul. XVI.* Cap. LXXV. p. 169. edit. Io. Alb. Fabricii, Scaeuolae Sammarthani *Elogia* Gallorum L. I. p. 49 sqq. edit. *isenacensis* 1722. in 8. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. III. p. 350 sqq. Petri Daniel. Huetii *de claris interpretibus* L. II. p. 158 sqq. *Thesaurus bibliothecalis* l. cit. die *Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. III. p. 544.

CLXXII.

Q. HORATIVS FLACCVS ex antiquissimis vndecim Lib. M. S. & schedis aliquot emendatus, & plurimis locis cum Commentariis antiquis expurgatus & editus, opera Iacobi Cruquii Messenii apud Bruganos politioris litteraturae professoris publici. Eiusdem in eundem enarrationes, obseruationes & variae lectiones, cum aliis quibusdam, & indice locupletissimo. *Antuerpiae, ex officina*

ficina Christophori Plantini, Architypographi regii M. D. LXXIX. (1579) in 4. pp. 648. exceptis praemissis folior. 8. & iis, quae adiiciuntur, folior. 12.

Praemittitur editioni rariori, Iacobi Cruquii *poema*, hoc titulo insignitum: *Promissa a* Musis HORATIO *noua collyria, ad virum clariss.* Io. de Vooegt, D. *de* Sonnebeke, Geluvelt &c. *&* *Praetorem summum* Cassceyriae Iprensis. HORATIVM enarrationibus suis illustratum, gratitudinis ergo dedicauit, & mancipauit *clarissimis Burgimagistris, amplissimoque senatui* brugano, propter ea quod illum, non poenitendo stipendio, Brugas Louanio arcessitum, liberaliter, & honorifice prosequuti, *ad alacrius*, vt verba eius sunt, *deuorandum, quidquid est, in eiusmodi litteraria professione laboriosi taedii*, non dubitauerint id insuper honorario munere dignari. Maxima *epistolae* dedicatoriae *Kalend. Augusti anno* 1578. Brugis Flandrorum scriptae, pars, historiam complectitur, de origine prima vrbis brugensis, eiusque nomine. Originem a castris Romanorum, quae in Belgio habuerint, & insequuturis temporibus, *Burgi* adpellata fuerint, deducit, a ponte autem, nomen, ligneo, qui olim fuerat in aestu maris Oceani, vulgo dictus *de Leaubrugstock*, quasi Leuacorum pons, deriuat. Eadem sine dubio *epistola* dedicatoria est, quae veluti opusculum singulare, titulo: *encomium vrbis* brugensis, Iacobo Cruquio tribuitur in *lexico eruditorum* Tom. I. col. 2228. In *praefatiuncula ad lectorem*, rationem reddit, cur *Commentarios*, quos ex illis, qui sub Acronis, Porphyrionis, Modesti, & Scauri nomine, insigni eorum, maxima ex parte, iniuria, circumferuntur excerpsit, nulli eorum tribuerit; sed illis praefixerit vocem *Commentator*. Subiecit *praefationi*, *lectiones* quasdam *nouas, in versibus* horatianis, & *epistolam ad* Nicolaum a Briarde D. de Leysele &c. *&* Franconatium *Decurionem perpetuum*, in qua sigillum, brugensis oppidi, in veteribus brugensium monumentis in-

inuentum, & ab Aegidio Wütsio I. C. Regi Hispaniarum a Consiliis Flandriae, secum communicatum describit, illoque, & *chronici* bertinici testimonio confirmat, vrbi brugensi, nomen a ponte sublicio ligneo esse inditum. Sigillum illud ab Huberto Golzio, tam a fronte, quam a tergo delineatum, & ligno incisum, *epistolae* initio conspicitur. Praeter veteris Commentatoris *enarrationes*, suos ipse HORATII *Carminibus*, adposuit *commentarios*, quos ab illis, praemisso nomine, Cruquius distinxit. In fine adposuit *vitam* HORATII, *non vno modo descriptam, e codicibus* blandiniis, vna cum *modis odarum diuersis, & numeris* horatianis, qui crediti fuere ab Aldo, & Perotto dispositi, quos in blandiniis iam ante annos septingentos, (a tempore scilicet, quo illis vsus est Cruquius) aut circiter scriptis, Romaque Gandauum perlatis, inuenit, cum *fabula* Pasiphaes, *a doctissimo quodam, ad numeros* horatianos, *numerose conscripta*. His praeter ea subdidit graecos illos *Odarum titulos, quibus quasi notis singularibus, in suas veluti classes, odae dispositae videntur*. Finem voluminis facit *Index rerum & verborum, obseruatione digniorum, quae commentariis continentur*, cui & Regis Hispaniae, & romani Imperatoris *priuilegium*, Plantino concessum, subiunctum est. Typographus in fine haec adposuit verba: Antuerpiae *excudebat* Christophorus Plantinus, *Architypographus regius, Anno Domini M. D. LXXVIII.* (1578) *VI. Idus Octobris.* Conf. de hac editione Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca latina* L. I. Cap. XIII. p. 238. Io. Nicol. Funccii *de virili aetate lat. linguae Tractat.* Cap. III. §. XXXV. p. 249. Gottfr. Ephraim Mülleri *Einleitung zu noethiger Kenntniss vnd nützlichen Gebrauche der alten lateinischen Schriftsteller.* Tom. III. L. I. Cap. XII. p. 535. qui tamen omnes, editionem oculis vsurpasse non videntur, cum Jani Dousae *notas*, in illa inueniri referunt, quod perperam esse dictum, non modo nostrum exemplar nos docuit, sed etiam adfirmauit Auctor der *Merkwürdigkeiten der koeniglichen Biblioth. zu* Dresden Tom. I. p. 563. Quamvis

vis Adr. Baillet in *Jugemens des Savans* Tom. II, P. II. p. 216. de Iacobo Cruquio ſcribat: *ſes corrections, & ſes notes ſur* HORACE *ſont aſſez eſtimées*, omnia tamen alia elucent e Caſpar. Barthii *Aduerſar.* L. XLII. Cap. 22. col. 1912. qui imperfecta & multa *vetera ſcholia* a Cruquio edita eſſe, ita, vt aliis editionibus ſimul opus ſit, queritur, & Tanaquil Faber in *epiſtolis ad* Vrbanum Chevreau L. I. Epiſtol. II. p. 6 ſqq. edit. *Salmur.* 1674. in 4. & L. II. Ep. LIIII. p. 142. multa in Cruquii *commentariis* notauit, & interdum *miſerabiliter ingenioſum* eſſe adfirmauit. Richardus autem Bentleius, vir ἀριτικώτατος, in *notis ad* HORATIVM p. 19. in Cruquio *modeſtiam & probitatem nunquam*, *iudicium & eruditionem ſaepe* deſiderat.

Nonnulla de Iacobo Cruquio relata legimus in Io. Franciſci Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. I. p. 511.

CLXXIII.

Q. HORATIVS FLACCVS, cum Commentariis & enarrationibus Commentatoris veteris, & Iacobi Cruquii Meſſenii, Literarum apud Brugenſes Profeſſoris. Accedunt Iani Douſae Nordovicis in eundem Commentariolus, vna cum ſuccidanea Appendice ad ſuperiorem Commentariolum. Item Auctarium Commentatoris veteris a Cruquio editi. *Ex officina Plantiniana Raphelengii cIↄ. Iↄ. C. XI.* (1611) in 4. pp. 695. ſi praemiſſa folior. 8. & ea, quae in calce fol. 8. addita ſunt, exceperis.

Omnia, quae in ſuperiore editione exſtant, heic etiam, ſi delineationem ſigilli brugenſis exceperis, reperiuntur. Acceſſit vero illi

1) HORATII *poetae vita*, *per* Suetonium Tranquillum *conſcripta*, *vt a* Petro Nannio *edita eſt*, *libro tertio* miſcellaneorum, *lacera*, *& multis locis vitiata*.

 2) *Te-*

2) *Testimonia veterum scriptorum de* Q. HORATIO FLACCO.

3) Iani Dousae, Nordouicis, in QVINTI HORATII FLACCI *nouam editionem Commentariolus* p. 649-670. Capitibus absoluitur XII. & ad Victorem Giselinum, Franconatem, scriptus est.

4) Eiusdem, *ad superiorem Commentariolum suum, septem capitum succidanea, pro nouissima* HORATII *editione, adpendix. In qua pleraeque auctoritates, in superiore Commentariolo praetermissae, opportune suis quaeque locis conciliantur; nonnulla a nemine vsque adhuc tentata, nunc primitus in lucem protrahuntur: alia partim aut nebulosa declarantur, aut corriguntur, luxata, aut praue alioqui affecta medicinam accipiunt praesentariam* p. 671-687. Iani Dousae *Commentariolum in* HORATIVM, *cum adpendice succidanea*, iam *Antuerpiae* 1582. in 12. & *Lugd. Bat.* 1597. in 4. editum esse, testatur Niceron in *Memoires* Tom. XIIX. p. 200.

5) *Auctarium veteris Commentatoris a* Iacobo Cruquio *editi*. *Praefationem ad lectorem* praemisit Fr. D. qui sine dubio Franciscus Dousa est, qui cum deprehenderet, Iacobum Cruquium in vetere Commentatore concinnando, non satis diligentiae adhibuisse, & proinde multa in aliis non solum emendatiora, verum etiam veterum scriptorum testimoniis auctiora reperiret, praecipua eorum, in vnum fascem collegit, & instar auctarii, heic addidit. Ea vero quae excerpsit, in manuscripto probae ac sincerae vetustatis codice, sub nomine Porphyrionis, principis horatiani interpretis, lecta fuisse adfirmat. Conf. de hac editione Io. Alb. Fabricius, Io. Nicol. Funccius, & Auctor der *Merkwürdigkeiten der koenigl. Bibliothek zu* Dresden, ll. citt.

De Iano Dousa, seniore, qui patrio nomine van der Does adpellabatur, viro, qui tam felici consortio, doctrinam cum virtute, & ornamenta literarum, cum

cum nobilitatis insignibus coniunxit, vt Iacobo Augusto Thuano teste, Batauiae Varro, & *Academiae commune oraculum* adpellaretur, vid. Petri Bertii *Oratio de vita & obitu* Iani Dousae, *Lugd. Bat.* 1604. in 4. Daniel. Heinsii *Panegyricus*, *seu laudatio funebris* Iani Dousae, quae legitur in Daniel. Heinsii *Orationibus*, *Lugd. Batav.* 1627. in 8. p. 470 sqq. Melchior. Adami *vitae Iureconsultorum clarissimor.* p. 179 sqq. Niceron *Memoires* Tom. XIIX. p. 195 sqq. Paul. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 967 sq. Io. Francisc. Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. I. p. 546 sqq. vbi etiam imago illius, a Larmessino aere expressa conspicitur. Conf. Ioan. Burchardi, & Friderici Ottonis Menckeniorum *Bibliotheca virorum, militia aeque ac scriptis illustrium* p. 173 sqq. Thomae-Pope Blount *Censura celebrium auctorum* p. 824 sqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 140. Tom. IIII. P. I. p. 245 sqq. Mortuus est anno 1604. aetatis anno LVIIII. & in *indice* romano, inter haereticos primae classis locum obtinuit.

CLXXIIII.

ACHILLIS STATII, *Lusitani*, in Q. HORATII FLACCI poeticam Commentarii. Ad Iωannem Quartum Lusitaniae Principem augustissimum. *Antuerpiae apud Martinum Nutium. Cum gratia & priuilegio* 1553. in 4. folior. 78.

ACHILLIS ESTAZO, siue STATII, critici inter Lusitanos celeberrimi, scripta omnia, nostra aetate, rarissime in conspectum prodeunt. *Commentarios* suos *in* HORATII *poeticam*, dicauit Ioanni, siue vt nomen eius nonnunquam expressit Iωanni Quarto, Lusitaniae *Principi augustiss.* Iωannis tertii *inuictiss.* Lusitaniae *Regis*, *filio* principi *haeredi*. Ipsa HORATII *ars poetica* literis maiusculis italicis excusa est,

quibus ACHILLIS STATII *adnotationes*, literis minutis subiiciuntur. Iis eiusmodi ad Ioannem IIII. addidit clausulam: *Haec habui Princeps augustissime, quae ad* HORATII *diuinam lucubrationem hanc explicandam afferrem. Reliquae erant* Commentationes *aliae quaedam meae in* Aristotelis poeticam, *quas, quem ad modum ante, in obseruationum mearum libello memini me promittere, nunc etiam simul edidissem, si doctorum hominum illa, quae optabam, & sperabam, hac ipsa de re scripta, iam nactus fuissem. Quae tamen, si quidem gratae tibi futurae sunt, has olim etiam consequentur.* Addidit praeter ea *Auctorum* graecorum & latinorum, veterum pariter atque recentiorum, quorum operibus, in concinnandis commentariis vsus est, Catalogum, siue vt dicere voluit *bibliothecam.*

Vid. de ACHILLE STATIO, Romae anno 1581. mortuo, ibidemque in Patrum Oratorii templo sepulto, eiusque Operibus Nicolai Antonii *Bibliotheca* hispan. *Rom.* 1672. in fol. Tom. I. p. 2 sqq. Andr. Schotti *Bibliotheca* hispan. p. 485 sqq. Prior in primis in *praefatione* eum summis extulit laudibus, & inter Lusitaniae, & Hispaniae criticos ei principem fere adsignat locum. Conf. Anton. Posseuini *Adparat. sacer* Tom. I. p. 13. Adrian Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 95 sqq.

CLXXV.

Q. HORATII FLACCI liber de arte poetica IACOBI GRIFOLI, *Lucinianensis*, interpretatione explicatus, & nuper recognitus, defensis locis omnibus, quos temere Iason de Nores improbauerat. Rhetoricorum libros ad Herennium, ad M. Tul. Ciceronem nihil omnino pertinere per eundem declaratur. *Venetiis apud Ioannem Variscum,*

scum, *& socios M. D. LXII.* (1562) in 8. pp. 243. excepto indice pp. 8.

IACOBVS GRIFOLVS, seu GRYPHOLVS, vel vt ab aliis scribitur GRIFFIOLVS, lucinianensis (Lusignan) Gallus, HORATII *artem poeticam*, *commentario* enucleatam, iam *Florentiae* 1550. in 4. ediderat, qui liber denuo, *nunc primum*, vt titulus habet, *post* florentinam *editionem* Lutetiae *impressus* fuerat, *in typographia Matthaei Dauidis* 1552. in 8. vid. Michael Maittaire *Annal. typograph.* Tom. III. p. 592. & 616. Ob hunc autem librum IACOBVS GRIFOLVS, aduersarium est nactus Iasonem de Nores, siue vt quidem nomen eius scribendum esse, contendit Niceron in *Memoires* Tom. XL. p. 256. Denores, philosophum, & poetam nicosiensem, e Comitum Cypri gente oriundum, qui ob vastatam, & expugnatam a Turcis, anno 1570. patriam, in Italiam se contulerat, mortuoque Francisco Robortello, Patauii, philosophiae moralis professionem impetrauerat, & praeter alios, quos euulgauit libros, in lucem ediderat: *In epistolam* Q. HORATII FLACCI *de arte poetica*, *ex quotidianis* Tryphonis Gabrielii *sermonibus interpretationem*, *& breuem & distinctam summam*, *praeceptorum de arte dicendi*, *ex tribus* Ciceronis *libris*, *de Oratore collectam*, *quibus accedit* Tryphonis Gabrielii *de sphaerica ratione*, *ex* Macrobio, *&* Plinio *breuis & distincta tractatio*, *Venetiis*, *apud Andream Arriuabenum* 1553. in 8. folior. 165. Editionem antiquiorem, *Paris.* 1544. in 8. adtulit Io. Albert. Fabricius in *Bibliotheca latin.* L. I. Cap. XIII. p. 245. quae tamen a Nicerono l. cit. omissa fuit, qui *venetam* omnium primam adtulit. Sed aliam praecessisse, ab Iasone Denores euulgatam, cum adhuc in patria viueret, patet ex *epistola ad fratrem* Calcerandum Denores, editioni *parisiensi*, *apud viduam Mauricii a Porta* 1554. in 8. pp. 269. excusae, & forte etiam *venetae* praemissa, vbi inter alia scribit: *Cum in* Cypro *insula*, *hoc est in patria nostra*, *de* Tryphonis Gabrielii *morte*, *nuncium acce-*

accepissem, scis, qui me percuterit dolor. — *Feci, vt quae illo narrante atque exponente, cognoueram de* HORATII arte poetica, *ea literis a me, dum ille viueret, mandata, recognoscerem, & adcurate digesta, publicarem.* Sed quidquid demum sit, in editionibus *veneta* & *parisiensi* 1554. Iason Denores, GRIFOLVM mirifice perstrinxit, & tantummodo in HORATII *artem poeticam* commentarios scripsisse adfirmauit, vt Tryphonem Gabrielium, patricium venetum, qui muneribus publicis depositis, vitam in Musarum consortio egit priuatam, (vid. de illo, *Dialoge di* Jacopo Gabrielli, *nel quale della Sfera, degli Orti, e degli Occasi delle Stelle minutamente si ragiona. In Venezia per Giovanni de Farri* 1545. in 4. vbi Tryphonis Gabrielii vita exhibetur. Conf. Giacomo Alberici *Catalogo degli illustri Scrittori* veneziani, *Bologna* 1605. in 4. p. 83.) oppugnaret. Aegre id tulit IACOBVS GRIFOLVS, & in *praefatiuncula ad lectorem* ostendit, se ab hisce omnibus, longissime semper abfuisse, cum Tryphonem Gabrielium mirifice semper coluerit, nec vlla vnquam ratione, amicitiam, quae sibi cum illo intercesserat, violauerit. *Verum vtens ego*, pergit *vbique libertate iudicii mei, parum curaui quid aut* Tryphon, *aut quiuis alius opinionis habuissent, nec si* Tryphon *ipse viueret, pro sua probitate, atque ingenuitate, de animo meo, cum* Iasone *sentiret. Nam memini me, quodam die multis abhinc annis cum eo ipso* Tryphone, *omnes fere locos, qui aliqua sunt animaduersione digni, in* arte poetica HORATII, *contulisse, neque molesto animo, vir modestissimus, quod a me contra ipsius opiniones diceretur, quicquam accepit. In quo nostro congressu* Ioannes Forestus, *homo eruditissimus, a principio vsque ad finem praesens quasi testis adfuit.* Ex stylo praeter ea non ita culto, & e graecis sententiis, quas Iason Denores per se nunquam legerit, colligit GRIFOLVS, eum in componendo libro adiutorem habuisse. In *notis* ipsis, nullam GRIFOLVS dimittit e manibus occasionem, qua non in Iasonem inuehatur. Dicata est haec editio Fabio

bio Mignanello, Suceriae *Episcopo*; ex *epistola* dedicatoria adparet, quod ORIFOLVS Bononiae & Romae aliquamdiu vixerit, & in Pannoniam, atque ad Venetos legatus, a quo nescimus, missus fuerit. In fine libelli, nitide excusi, occurrit *disquisitio*, in qua, contra Georgium Vallam, placentinum aliosque demonstrare sustinuit, *rhetoricos ad* Herennium *libros* scriptos, *ad* M. T. Ciceronem *non pertinere*, sed alterius studio esse compositos, qui alienae gloriae vmbram, captare non dubitauerit. Nam illud opus, locis fere omnibus, quae capita sunt artis, cum Ciceronis pugnare, dicendique genus, maximopere ab illo, quo vsus est Cicero, abhorrere contendit. Adiicitur isti *disquisitioni*, compendiosus *rerum*, *in hisce commentariis obseruandarum*, *elenchus*. Librum, omissis tamen iis, quae ad *libros ad* Herennium spectant, recudendum curauit, cum Iosonis Denores *interpretatione*, aliisque in *artem poeticam* HORATII commentatoribus, Georgius Fabricius, chemnicensis, in editione *Operum* HORATII, quam *Basileae* 1555. II Tomis in fol. curauit. Exstat Tom. II. p. 1144 sqq. Inuenitur etiam vtriusque *Commentarius*, in HORATII *Operibus*, *grammaticorum XL. tam antiquiss. quam neotericorum*, *partim iustis commentariis*, *partim succinctis adnotationibus*, *singulari studio*, *&* *amplissimis sumptibus*, *in vnum corpus collectis*, *illustratis*, *studio* Nicolai Hoeniger, koenigshofensis Ostrofr. *Basil.* 1580. in fol. col. 1270 sqq. & 1358 sqq. Alia tamen hic videtur vsus esse editione, quam nostra, cum *epistola* ei praemittitur dedicatoria, ad *illustrissimum principem* Balduinum de Monte; *prolegomena*, praeter ea nostrae editioni praemissa, multo sunt prolixiora iis, quae in aliis editionibus reperiuntur.

De Iasone Denores vid. praeter Niceroni *Memoires* l. cit. Nicol. Comneni Papadopoli *Historia gymnasii* patauini Tom. I. L. III. Sect. II. Cap. XIIX. §. 90. In transitu haeic controuersiae mentionem facere licebit, quae illi cum Baptista Guarini intercessit, tantaque animorum exacerbatione, agitata fuit, vt multi ex

Italiae

Italiae viris criticis, tunc temporis florentibus, illi inuoluerentur. Ediderat nimirum Iason Denores *Discorso intorno à què principii cause & accrescimenti che la Comedia, la Tragedia & il poëma heroico riceuono dalla filosofia morale & ciuile, & da' Governatori delle Republiche. In Padoua per Paolo Mejetti* 1587. in 4. de cuius insigni raritate, vid. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari, nella linguà* italiana p. 219. In isto libro, nec non in sua *Poëtica nella qual per via di definitione & divisione si tratta, secondo l'opinione d'*Aristotele, *della Tragedia, del poëma heroico, & della Commedia, in Padoua per P. Mejetti* 1588 in 4. ausus fuerat, *fabulas* sic dictas *pastorales*, monstra nuncupare, quae ab hominibus artis poëticae ignaris efficta fuerint. Praeter ea multa scripserat alia, quae *Pastorem fidum* Guarini, eiusdem commatis fabulam carpere videbantur. Prouocauit igitur istius viri, in se calamum, qui aduersus eum vulgauit *Il Verato, overo difesa di quanto hà scritto* Giason de Nores *contra le Tragicommedie e le Pastorali. In Ferrara per Alfonso Carafa* 1588. in 4. vid. Nicol. Franc. Haym l. cit. Respondit ei Iason Denores, & editit *Apologia contra l'Autor del Verato, di* Giason de Nores, *di quanto hà egli detto in un suo discorso delle Tragicommedie e delle pastorali. In Padoua per Paolo Mejetti* 1590. in 4. Interea moriebatur Iason Denores, multique ea ex parte eum felicem existimant, quod responsionem guarinianam praeuerterit morte, quam tanta animi acrimonia confectam fuisse, scribit Nicol. Commenus Papadopoli l. cit. vt multi non dubitarent dicere, Iasonem, illa lecta, lycambeam expediturum fuisse restim. Prodiit titulo: *Il Verato secondo ôvero replica dell'* Attizato Accademico Ferrarese, *in difesa del* Pastor fido, *contra la seconda scrittura di* Giason de Nores *intitolata* Apologia. *In Firenze per Filippo Giunti* 1593. in 4. Conf. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua* italiana l. cit. Niceron *Memoires* Tom. XXV. p. 190 sqq. vbi reliqui etiam nominantur viri, qui impliciti fuerunt illa controversia, & partim contra *Pastorem fidum*, partim pro illo

illo, libros scripserunt. Ii autem libri, tantum non omnes, in scriptorum rariorum censum veniunt.

CLXXVI.

De laudibus vitae rusticae Ode HORATII Epodon secunda ab ALDO MANVCCIO explicata. Ad perillustrem Iulium Contarenum Georgii F. Patricium Venetum. *Bononiae cIↃ IↃ XXCVI.* (1586) in 4. pp. 48. si folia 4. priora, non numerantur.

Edidit hunc *Commentarium* ALDVS, Aldi Manuccii, e filio Paullo, nepos, vir sui seculi doctissimus, eo tempore, quo Bononiae rhetoricen publice profitebatur. *Epistola* dedicatoria *ad* Iulium Contarenum, Georgii F. *Patricium* venetum, in qua otium, quietem, animique tranquillitatem, omnibus fortunae bonis, regumque & principum diuitiis, praeferendam esse innuit, exarata est Bononiae *IIII. Id. Mai.* 1586. cui Io. Francisc. Costaeus, eiusmodi subiecit carmen:

Quicunque est gravioribus solutus
Curis pauperiei, honoris, auri,
Quem non sollicitat Venus, Mauors*que*,
Cui si est anxia cura litterarum,
Commiscere iuuat seueriori
Interdum studio lyram, & camoenas,
Quem spreta vrbe nimis negotiosa,
Nunc per florida prata diuagari,
Nunc montes superare, nunc aquosa
Delectat peragrare, nunc in imis
Telluris penetralibus supremae
Naturae intima dona quaeritare
Nunc vel fallere aues libet doloso
Visco, vel laqueis feras, vel hamos,
Nassas, retia, piscibus parare.
Haec si contigerint cuiquam, & ille

Sit

Sit vitae integer, & Dei menior sit,
Illi est parta quies; beatus ille est.

Sequitur *Ode* HORATII II. *Epodon*, cuius initium est:

Beatus ille, qui, procul negotiis &c.

& amplissimus ad illam ALDI MANVCCII *Commentarius*, cui in fine addidit insignem particulam e Virgilii *Georgicon* L. II. a versu 458. ad finem vsque, vt facilius possint conferri cum horatianis. Ob insignem raritatem, opusculum nitide excusum, & in fronte figura, aere admodum eleganter expressa, quae pastorem sub tegmine arboris recubantem & in conspectu gregis sui, tibia cantantem refert, ornatum, a Gaudentio Roberto *Miscellaneis* italicis *eruditis* Tom. III. *Parmae* 1692. in 4. insertum fuit.

Vid. de ALDO MANVCCIO, qui Romae humaniorum, in gymnasio, literarum Professor, maxima in paupertate, anno 1597. quinquagenarius, vita concessit, *vita* succincta, quae Paulli Manuccii, patris, *epistolis* plerumque praefigi solet, v. c. editioni, quam curavit Ioannes Gottlieb Krausius *Lips.* 1720. in 8. Girol. Ghilini *Teatro d'huomini letterati* p. 6. Iani Nicii Erythraei *Pinacotheca imaginum illustrium* p. 184 sqq. qui formam, qua conspicuus fuit, hac ratione descripsit: *Fuit pedibus, praeter modum, enormibus, capite magno, facie oblonga, ore illepido, & inuenusto, barba horrida, cuiusmodi in statuis philosophorum antiquis, & imaginibus cernimus.* Conf. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 122 sqq. Tom. II. P. III. p. 10 sqq. p. 581. Ob subductum Ioanni Rhellicano *Commentarium in* Caesarem, in Iacobi Thomasii *Dissertatione de plagio literario*, vt supra diximus, locum inuenit §. 505. p. 227.

CLXVII.

CLXXVII.

In QVINTI HORATII FACCI *Venusini*, *poetae lyrici*, poemata omnia, rerum ac verborum locupletissimus index, studio & labore THOMAE TRETERI, *Posnaniensis* collectus, & ad communem studiosorum vtilitatem, nunc primum editus. *Antuerpiae ex officina Christophori Plantini*, *Archi-typographi regii*. cIↃ IↃ LXXV. (1575) in 8. pp. 230.

Nitida admodum & prima huius *indicis* est editio, quae raro hodie conspicitur. THOMAS TRETERVS illum, adiuuante Stanislao Drozinio composuit, cum Romae in Stanislai Hosii, R. E. Cardinalis, & Episcopi varmiensis, cuius nomine etiam librum inscripsit, aedibus commoraretur. In illo conficiendo editionem *lugdunensem* HORATII, *apud Sebastianum Gryphium*, anno 1545. in 8. impressam, cui etiam respondet editio, ab eodem typographo anno 1554. euulgata, sequutus est, & numerorum rationem, ad illas adcommodauit. Quid vero in hoc genere, a viro doctissimo praestitum fuerit, ipsis illius indicabimus verbis. Primum sententias magis insignes, quibus HORATIVS plurimum abundat, propemodum integras *Indici* inseruit, vt ad exemplar ipsum recurrere, non semper sit necesse. Modos loquendi elegantiores ita excerpsit, vt eos ad propositum suum, quiuis non difficulter possit adcommodare. Vocabula quantitate syllabarum distincta, productionis aut correptionis notis itidem distinxit. Verba diuersas significationes habentia, ne confusio in errorem aliquem induceret, paragrapho, vt vocant nouo, propria cuique dictioni significatione adposita, discerni curauit. Idem & de illis, quae vel orationis partibus, vel genere, numero, tempore, modo, &c. inter se differunt, diligenter praestitit. Epitheta suis quaeque verbis adtribuit. Dictiones, quae quasi capita quaedam,

aliarum sunt, maiusculis characteribus, vt in quaerendo minus negotii facesserent, adnotauit. Singula HORATII verba, ea fide, diligentiaque, in ordinem *indicis* redegit, vt si quae vocabula, in eo non reperiantur, iis auctorem hunc non esse vsum, certo quilibet credere queat. Ioannes Paptista Arcucius, in TRETERI laudem, hoc composuit epigramma, quod in fine indicis legitur:

Illa tuis expressa coloribus inclyta Roma
Hac etiam debet parte TRETERE *tibi:*
Romanae *quod grande lyrae decus* Indice FLACCVS
Auctus ab ingenio nunc nitet ecce tuo.
Non etenim satis esse putas ornasse ornasse parentem
Ni pariter natum veste decente tegas.

Vt vero iis etiam consuleretur, qui nominatas *Gryphii* editiones sibi parare non poterant, Christophorus Plantinus HORATII editionem adornauit, quae numeris *indicis* respondet, hoc titulo insignitam: QVINCTI HORATII FLACCI venusini *Poetae lyrici poemata omnia. Quibus respondet* Index TH. TRETERI *nuper excusus. Antuerpiae ex officina Christophori Plantini Archtypographi regii. M. D. LXXVI.* (1576) in 8. pp. 294. cui praeter HORATII *vitam*, ex Petro Crinito, & *e vetusto exemplari excerpta*, nihil amplius praemittitur. Conf. die *Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. I. p. 529. Recusus fuit THOMAE TRETERI *index*, teste Io. Alb. Fabricio Lib. I. *Biblioth. latin.* Cap. XIII. p. 249. *Francofurti* 1600. in 8. Quae in eadem *Bibliothec. latina* Tom. II. p. 344. de editione prima *antuerpiensi* 1567. in 8. leguntur, ad typothetarum errores referenda sunt. *Indicem* treterianum, commodato quasi, vt ipse ait, ab auctore suo accepit Daniel Auemannus, Brunopolitanus, Vicarius ad D. Blasii, atque exemplum Antonii Mariae Bassi, cremonensis sequutus, qui erythraeanum in Virgilium *indicem*, cuiuslibet impressionis operi adcommodauit, eumdem, eodem modo, omnibus HORATII editionibus adaptauit,

uit, & edidit titulo: *Hodegeta* Horatianus, *siue Index omnium verborum, in* HORATII *poematibus contentorum absolutissimus, ita adornatus, vt quibuslibet editionibus facili negotio accommodari possit. Brunsuigae anno 1667.* in 12. formae oblongae pp. 690.

Auctores, qui vitam & characterem THOMAE TRETERI, Custodis & Canonici varmiensis, & Stephani Regis Poloniae Secretarii, diuerso admodum penicillo delinearunt, nominauimus in *Analectis de libris rariorib.* p. 1009. Scripta eius, quae in ipsa Polonia, rarissime hodie inueniuntur, recensentur a Io. Daniel. Ianozki in *Nachrichten von denen in der hochgraeflichen* zaluskischen *Biblioth. sich befindenden raren* polnischen *Büchern*, passim. In Catalogo operum, quae THOMAE TRETERO, *in lexico eruditorum* tribuuntur, Tom. IIII. col. 1304. *index in* HORATIVM, non comparet.

CLXXIIX.

VALERII MAXIMI *Ciuis Romani*, de factis ac dictis memorabilibus Exemplorum Libri nouem: tum propter stili maturitatem, tum vero propter vite instructionem vtilissimi.

Vitus Vuerlerus Sultzuellen.

Si vis candidule absoluta Lector
Heus scripta Aeneadum tot & Pelasgum
Prodens noscere Si pium Deique
Cultum syderei nec inuenustos
Mores temporis at vetustioris
Clarum Romulei decus triumphi
Antiquosque duces bonum Camillum
Aut duros Curium boues sequentem
Aut Brutos: Fabios: senes Catones:



Aut fortes Detios patremque natum
Aut Craſſum immodicum: truces Cethegos
Gracchos ſi Marios ſubinde Druſos
Aut quos hiſtoriae ferunt Latinae
Romana proceres domo creatos
Poſthaec vis Geticas ciere gentes
Vel Xerſen: rapido freto: timendum
Vel Poenum Libyco ducem furore
Bellorum celebrem: Iubam: Dareum
Vel Pyrrhum Auſoniam fuga timentem
Cyrum: Deiotharum: potentem in armis
Pellaeum rutilis magis Philippum
Hunc iam iam VALERI librum diurna
Nocturnaque manu: legesque amesque
Hunc Doctorem habeas: vagae Iuuentae
Hunc longae comitem viaeque ſumas
Menſis ille tuis recumbat: atque
Coniunctus capiti tuo frequenter
Cultus molliculum petat ſoporem
Id quod rex Macedum dedit ſuperbus
Chartis Iliacae ſacris ruinae.

Venduntur Lipſi per Melchiarem Lotterum in Regione foeni. in fol. folior. 135.

Editionem literis luculentis romanis excuſam, praecedit *Index capitum*, quae in nouem VALERII MAXIMI Libris, exſtant. Praeter *compendioſam* VALERII MAXIMI *vitam*, haec in fine oculis ſubiiciuntur, typographi verba: VALERII MAXIMI *dictorum ac factorum memorabilium Libri nouem. nitide & emaculate impreſſi in vrbe* Lipſica. *Calcographo* Melchiare Lottero *finiunt foeliciter. Anno ſalutis Milleſimo quingenteſimo decimo quarto.* (1514) Conf. Io. Henric. Leichii *Annales typograph.* lipſienſ. p. 94.

CLXXVIIII.

VALERIVS MAXIMVS cum duplici Commentario: historico videlicet ac literato Oliuerii Arzignanensis: & familiari admodum ac succincto Iodoci Badii Ascensii. Qui quattuor & viginti exempla Aldino auspicio nuper inuenta simili commentatione declarauit. Et totum opus gemina Tabella: altera Titulorum altera literarum ordine illustrauit. *Venundantur ab Ascensio & Ioanne Paruo.* in fol. folior. 340. exceptis fol. 8. prioribus.

Initium editionis nitidae, & rarae facit Iodoci Badii, ascensii, *epistola* nuncupatoria, *ad* Germanum de Ganaio, quem is *amplissimorum honorum decus praecipuum* nominat, scripta *ex officina calcographa, ad nonas Iunias* 1510. Ideo ei VALERIVM MAXIMVM dicandum esse censuit Badius, quoniam eius faustissimo suffragio, regia maiestas sic respexerit, vt *priuilegio & gratia, in fronte praefixis*, illum dignata sit. Quod autem VALERIVM MAXIMVM *succincta*, & *facili commentatione* exposuerit, in qua, *grammaticas*, vt scribit, *nugellas*, consulto praetergressus sit, & in eo, veteranorum potius, quam tyronum iudicauerit palaestram, caussam eam esse dicit, quod talem commentationem intellexerit desiderari ab iis, qui altioribus studiis occupati, neque prolixiorem legere velint, neque difficiliorem, saltem prima lectione, capere possint, simulque, vt in *claustris pagisque ac oppidulis, ab literario gymnasio seiuncti* habeant, quo sitim suam sedent, si non expleant. Sequitur Badii *epistolam* 1) *rerum & verborum praecipue memorabilium, tam in textu, quam in commentariis index* alphabeticus. 2) *Tabula titulorum, secundum eorum seriem.* 3) Oliuerii arzignanensis, *ad* Petrum de Brutis, episcopum catharensem *epistola* dedicatoria, de qua, & *commentariis*

 eius,

eius, *in* VALERIVM MAXIMVM, nonnulla nos dicere meminimus, in *Adparatu literar.* Tom. I. p. 501 sqq. Editionis, quae ante oculos versatur, tempus, typographus, in fine, hisce verbis designauit: *Consummatum est rursus hoc opus optimum Tertio Nonas Martias anni M. D. XIII.* (1513) *cum duplici commentario: altero historica fide opulentissimo: altero compendiosa familiaritate conspicuo, maiore accuratione in aedibus* Ascensianis. Vid. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. II. p. 246. Praecesserat illam editio, vt ex Badij *epistolae* subscriptione colligimus, anno 1510. Conf. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* l. cit. p. 216.

CXXC.

IOANNIS CAMERTIS *Minoritani, Artium & sacrae theologiae Doctoris* in C. IVLII SOLINI πολυίςωρα (πολυίςτορα) Enarrationes. Additus eiusdem CAMERTIS index; tum literarum ordine, tum rerum notabilium copia, percommodus studiosis. Cum gratia & priuilegio Imperiali. in fol. pp. 336. exceptis praemissis folior. 8. & quae in fine, cum indice leguntur folior. 17.

Editionem literis nitidissimis exscriptam, raram esse intelligimus ex Thomae Crenii *Animaduersionibus philologicis & historicis*, P. II. *Lugd. Batau.* 1696. in 8. p. 2. Illam praecedit 1) Maximiliani Imperatoris *priuilegium* Lucae Alantsae in sexennium concessum die XX. mensis Iulii anno 1518. 2) IOANNIS CAMERTIS *epistola* dedicatoria, *ad* Stephanum Verbeneium, Pannonium, *inclyti* Hungariae *regni Maiestatis locumtenentem*, exarata Viennae Pannoniae *VI. Calendas Februarii* 1520. in qua se philosophorum, & in primis theologorum veterum, & recentiorum exemplis, in medium prolatis, defendit, quod ab ineunte aetate, literis sacris, ac religione institutus, in senectam

ctam iam vergens, hosce labores, professione ipsa sua, multo inferiores susceperit. 3) Theodori Kaner S. T. D. zarakouiensis Episcopi, ac Nouae ciuitatis electi Antistitis; M. Thomae Resch, viennensis Ecclesiae Canonici, S. T. Licentiati, poetae laureati; Casparis Vrsini, Doctoris & poetae; Philippi Gundelii, patauiensis; Alexandri Brassicani, cantstatini philosophi, poetae, & Oratoris laureati; Huldrichi Fabri, Rheti; Francisci Lado, Siculi, Transsyluani, *carmina* encomiastica latina, in IOANNEM CAMERTEM, & SOLINVM eius *enarrationibus* illustratum. 4) Lucae Alantse, *Bibliopolae, & ciuis* viennensis, *ad studiosos epistola*, qua illis hanc SOLINI editionem, & Pomponium Melam, Ioachimi Vadiani *scholiis* illustratum commendat. 5) SOLINI *vita per* IOANNEM CAMERTEM *aedita*. In fine adiiciuntur typothetarum *errores*, & *nonnulla, quae varie apud* SOLINVM *legi possunt*, quibus cum insignibus Lucae Alantsae, haec subiiciuntur verba: *Imposita est operi huic extrema manus* Carolo V. *Caesare designato*, *ac* Hispaniarum, Hierusalem, *vtriusque* Siciliae *&c. Rege catholico, Orbi terrarum imperante feliciter. Excusum est hoc opus* Solinianum *cum Enarrationibus egregii sacrae Theologiae Doctoris* IOANNIS CAMERTIS, *Minoritani, Anno natiuitatis Domini M. D. XX.* (1520) Viennae Austriae, *per* Ioannem Singrenium *impensis honesti* Lucae Alantse, *ciuis, & Bibliopolae* viennensis. Cum IOANNES CAMERS, in suis *enarrationibus*, saepissime, in Alberti M. errores, & hallucinationes inuectus esset, istius rei, hancce in *indicis* calce adposuit excusationem: *Scio quosdam contracturos frontem, quod in iis* solinianis, *commentariis nostris, tam frequenter* Magnum Albertum *coarguerim. Id autem, ea ratione factum, sciant, ne scilicet quempiam pulchro allectum nomine, falsum pro vero, vel contra, quo studiosis perniciosius nihil est, amplecti contingat. Simulque vt quorundam tolleretur anilis error, qui in iis, in quibus* Albertus *a primae etiam classis authoribus contraria prodidit abiectis* Ptolomaeo, SOLINO, Pomponio, Strabone.



bone, Plynio, Columella, Varrone, Theophrasto, Aristotele, *iudicio omnium peritissimo, iisque non inferioribus, vni* Alberto, *ad aras vsque etiam peierando, credendum putant. Maluimus enim iure* Albertum *carpere, quam iniuria amicam laedere veritatem. Miror quosdam politiorum etiam literarum studiosos tanti eum facere authorem, cum in iis, quae ad particularia, & bonas fruges maxime pertinent, raritate rarius verum dicat. Fatebuntur id, qui libros eius* de natura locorum, de lapidibus preciosis, de vegetabilibus, & plantis, de animalibus, *deque aliis quam plurimis diligenter introspexerint. Nisi quis non* Alberto, *sed tempori quo floruit, culpam tribuat. Affuit alia me rursus causa mouens magis, quod is* SOLINVM, *quem in manus sumpseram exponendum, praeter ius omne, id est in quibus verum dicit, plerumque laniat, & sugillat. Peperci* Alberto *plurimum, deum testor, cum sexcenta errata eius alia, quae iam ad manus erant, iis commentariis inserere distulerim. Vellem* Alberti *sectatores, tam gratum eis authorem in manus sumerent, eumque tandem quacunque ratione ab erroribus vendicarent. Sed reor hoc laboriosius multo esse, quam vel* Ioui *fulmen, vel* Herculi *clauam subtrahere.* Typographus ad lectorem talia scripsit:

Ioannes Syngrenius *Calcographus Lectoribus.*

Cuperem equidem humanissimi lectores, in SOLINO *tanto authore, eoque demum nitore prodituro, cum a me imprimeretur, hoc praestari potuisset, vti expectationi omnium ac desyderiis velocitate excudendi responderem, tantamque vtilissimi & eximii operis gratiam festinatione cumularem. Verum quando id a me in tanta laboris amplitudine fieri non potuit, vt susque deque feratis moram hanc maiorem in modum rogo quam mihi partim fides mea atque diligentia (dum laboro, quam emendatissimum ex officina mea proficisci) excusabilem partim nouitas difficultasque, ex ipso archetypo primum feliciter efformandi fecerunt etiam necessariam, Vos certe morae veniam dabitis, fidei atque in-*

dustriae

dustriae meae fructum, & nunc, vt spero, accipiatis aliquem, & quantum erit mearum virium deo duce saepius accepturi. Valete.

Melchior Heduigerus *Typicarum notarum compactor Lectori.*

Germanis *omnis debet studiosa iuuentus,*
Scribere qnod praelis ii docuere notas.
Scriptorum nobis debes studiose CAMERTIS,
Quod vigiles nostras haec habuere manus.

In vltima voluminis pagina conspiciuntur Typographi insignia, quatuor euangelistarum symbolis cincta. Scutum nimirum cum literis initialibus I. S. vt Galli vocant *en Chifre* expressis, tauro impositum est. A dextra illud leo vngulis, a sinistra angelus manibus tenet, aquila vero alis expansis illi insidet, his circumscriptis verbis: IOANNES SINGRENIVS CALCOGRAPHVS VIENNENSIS. In Michael. Maittaire *Annalib. typograph.* editionem frustra quaesiuimus, & ipse Io. Alb. Fabricius, & Io. Nicol. Funccius, nullam istius notitiam habuisse videntur. Vterque non antiquiorem SOLINI editionem cum IOAN. CAMERTIS *commentariis*, quos *non contemnendos* vocat Fabricius, adtulerunt *basileensi* 1538. in fol. quae tamen, vt mox videbimus, extra omnem dubitationem nondum posita est.

De IO. RICVTIO VELLINO CAMERTE, ea, quae nobis innotuere, commemorauimus Tom. I. *Adparat. literar.* p. 120 sqq.

CXXCI.

C. IVLII SOLINI Polyhistor, Rerum toto orbe memorabilium thesaurus locupletissimus. Huic ob argumenti similitudinem POMPONII MELAE de situ orbis libros tres, fide diligentiaque

summa recognitos adiunximus. Accesserunt his praeter noua scholia, quae loca autoris vtriusque obscuriora copiose passim illustrant, etiam tabulae geographicae permultae, regionum, locorum, marium, sinuumque diuersorum situs pulchre deliniantes (*dilineantes*). Cum indice rerum atque verborum in vtroque obseruandorum locupletissimo. *Basileae* 1538. in fol. pp. 230. except. praemiss. & indice folior. 10.

Quamuis in editionis non vbiuis obuiae titulo, intuentibus *palma* se offert *bebeliana*, illam tamen Basileae *apud* Michaelem Isingrinium *&* Henricum Petri *M. D. XXXVIII.* (1538) excusam esse, verba, in calce conspicua produnt. Ioannes Albertus Fabricius Tom. II. *Biblioth. latin.* p. 628. & Ioan. Nicol. Funccius *de vegeta latinae linguae senectute*, Cap. IIX, §. XXI. p. 717. editionem *basileensem* producunt, cum Io. Camertis Commentario, anno 1538. euulgatam, & Thomas Crenius in *Animaduersionibus philologicis & historicis* scribit P. II. p. 2. *Curauit* Basileae *in fol.* Henrichus Petri C. IVL. SOLINI Polyhistora *cum enarrationibus non contemnendis* Ioannis Camertis Minoritani, Artium & sacrae Theologiae Doctoris *diligenter & satis industrie, addiditque, omissis priuilegio imperiali & non magnae rei praefatione* Lucae Alantsae Bibliopolae, ciuis viennensis, *reliquas praefationes, quae comparent in editione* viennensi austriaca *per* Ioannem Singrenium, anno M. D. XX. *impensis dicti* Alantsae *excusa, at male fecit, quod* Camertis *vti credo de* Magno Alberto *iudicium, post indicem & in calce istius editionis repertum, neglexerit & susque deque habuerit* &c. Collatio autem inter Camertis *scholia*, & illa, quae huic editioni *basileensi* accesserunt, a nobis instituta, haec, tot, vt aiunt, caelo, ab illis distare nos docuit. Quis eorum sit auctor, nec vola nec vestigium exstat, cum sine omni praefatione, liber in lucem est emissus. Sine dubio, eadem est editio, de qua Andreas

dreas Schottus, in *praefatione ad* POMPONIVM MELAM scribit: *vide & ἀνώνυμον quemdam, qui &* SOLINI Polyhistora *eadem opera illustrarat: sed quia corruptam vulg. codicum lectionem est secutus, (quam tamen nec vitiatam esse in mentem quidem veniebat, nec, quomodo restitui posset, videbat) multa οὐδὲν πρὸς διόνυσον.* Vtrum igitur editio *basileensis* anno 1538. *cum scholiis* Io. Camertis inueniatur, an Io. Alb. Fabricius, & qui illum sequitur Io. Nicol. Funccius, *vita* SOLINI, per Io. Camertem composita, quam editor anonymus huic editioni praefixit, in eam adducti fuerint sententiam, vt & *scholia* Camertis illi addita esse sibi persuaderent, aliis inuestigandum relinquimus. Scribit Io. Alb. Fabricius Tom. I. *Biblioth. latin.* L. II. Cap. XIII. p. 415. editionem exstare SOLINI *cum* Io. Camertis *enarrationibus, Basileae* 1557. in fol. euulgatam, quae forte illa esse poterit, cuius Thom. Crenius l. cit. mentionem fecit. Vterque auctor SOLINVS & POMPONIVS MELA, in editione, qua vtimur, multis schematibus, & tabulis geographicis, ligno incisis, illustratus est, de quarum auctore nihil pronunciare sustinemus. POMPONIO MELAE, qui p. 151. inchoatur, praefixa est *praefatio*, in qua de POMPONIO MELA, eius patria, & ordine, quo situm orbis descripsit, differitur.

Auctores, qui de C. IVLIO SOLINO egere, nominauimus Tom. I. *Adparat. literar.* p. 122.

De POMPONIO MELA, & variis librorum III. *de situ orbis* editionibus, vid. Ioan. Vadiani *vita* POMPONII MELAE, quae nonnullis editionibus, v. c. *viennensi* 1518. in fol. *basileensi* 1522. in fol. &c. praefigitur. Eliae Vineti *vita* POMPONII MELAE, quae praemissa est POMPONIO MELAE e recensione Vineti, *Paris.* 1572. in 4. & ex editione Iacobi Gronouii *Lugd. Bat.* 1722. in 8. Andreae Schotti *praefatio*, *de aetate & patria* POMPONII MELAE, in fronte editionis And. Schotti *Antw.* 1582. in 4. & in editione Gronouii. Petri Ioannis Nunnesii *Epistola ad* Andr. Schottum, *de patria* POMPON. MELAE, quae in eadem Gronouii

editio-

Italiae viris criticis, tunc temporis florentibus, illi inuoluerentur. Ediderat nimirum Iason Denores *Discorso intorno à què principii cause & accrescimenti che la Comedia, la Tragedia & il poëma heroïco ricevono dalla filosofia morale & ciuile, & da' Governatori delle Republiche. In Padoua per Paolo Mejetti* 1587. in 4. de cuius insigni raritate, vid. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari, nella linguà* italiana p. 219. In isto libro, nec non in sua *Poëtica nella qual per via di definitione & divisione si tratta, secondo l'opinione* d'Aristotele, *della Tragedia, del poëma heroïco, & della Commedia, in Padoua per P. Mejetti* 1588 in 4. ausus fuerat, *fabulas* sic dictas *pastorales*, monstra nuncupare, quae ab hominibus artis poeticae ignaris efficta fuerint. Praeter ea multa scripserat alia, quae *Pastorem fidum* Guarini, eiusdem commatis fabulam carpere videbantur. Prouocauit igitur istius viri, in se calamum, qui aduersus eum vulgauit *Il Verato, overo difesa di quanto hà scritto* Giason de Nores *contra le Tragicommedie e le Pastorali. In Ferrara per Alfonso Carafa* 1588. in 4. vid. Nicol. Franc. Haym l. cit. Respondit ei Iason Denores, & editit *Apologia contra l'Autor del Verato,* di Giason de Nores, *di quanto hà egli detto in un suo discorso delle Tragicommedie e delle pastorali. In Padoua per Paolo Mejetti* 1590. in 4. Interea moriebatur Iason Denores, multique ea ex parte eum felicem existimant, quod responsionem guarinianam praeuerterit morte, quam tanta animi acrimonia confectam fuisse, scribit Nicol. Commenus Papadopoli l. cit. vt multi non dubitarent dicere, Iasonem, illa lecta, lycambeam expediturum fuisse restim. Prodiit titulo: *Il Verato secondo òvero replica dell'* Attizato Accademico Ferrarese, *in difesa del* Pastor fido, *contra la seconda scrittura di* Giason de Nores *intitolata* Apologia. *In Firenze per Filippo Giunti* 1593. in 4. Conf. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua* italiana l. cit. Niceron *Memoires* Tom. XXV. p. 190 sqq. vbi reliqui etiam nominantur viri, qui impliciti fuerunt illa controversia, & partim contra *Pastorem fidum*, partim pro

ille

illo, libros scripserunt. Ii autem libri, tantum non omnes, in scriptorum rariorum censum veniunt.

CLXXVI.

De laudibus vitae rusticae Ode HORATII Epodon secunda ab ALDO MANVCCIO explicata. Ad perillustrem Iulium Contarenum Georgii F. Patricium Venetum. *Bononiae clↄ Iↄ XXCVI.* (1586) in 4. pp. 48. si folia 4. priora, non numerantur.

Edidit hunc *Commentarium* ALDVS, Aldi Manuccii, e filio Paullo, nepos, vir sui seculi doctissimus, eo tempore, quo Bononiae rhetoricen publice profitebatur. *Epistola* dedicatoria *ad* Iulium Contarenum, Georgii F. *Patricium* venetum, in qua otium, quietem, animique tranquillitatem, omnibus fortunae bonis, regumque & principum diuitiis, praeferendam esse innuit, exarata est Bononiae *IIII. Id. Mai.* 1586. cui Io. Francisc. Costaeus, eiusmodi subiecit carmen:

Quicunque est gravioribus solutus
Curis pauperiei, honoris,, auri,
Quem non sollicitat Venus, Mauors*que*,
Cui si est anxia cura litterarum,
Commiscere iuuat seueriori
Interdum studio lyram, & camoenas,
Quem spreta vrbe nimis negotiosa,
Nunc per florida prata diuagari,
Nunc montes superare, nunc aquosa
Delectat peragrare, nunc in imis
Telluris penetralibus supremae
Naturae intima dona quaeritare
Nunc vel fallere aues libet doloso
Visco, vel laqueis feras, vel hamos,
Nassas, retia, piscibus parare.
Haec si contigerint cuiquam, & ille

Sit

Sit vitae integer, & Dei memor sit,
Illi est parta quies; beatus ille est.

Sequitur *Ode* HORATII II. *Epodon*, cuius initium est:

Beatus ille, qui, procul negotiis &c.

& amplissimus ad illam ALDI MANVCCII *Commentarius*, cui in fine addidit insignem particulam e Virgilii *Georgicon* L. II. a versu 458. ad finem vsque, vt facilius possint conferri cum horatianis. Ob insignem raritatem, opusculum nitide excusum, & in fronte figura, aere admodum eleganter expressa, quae pastorem sub tegmine arboris recubantem & in conspectu gregis sui, tibia cantantem refert, ornatum, a Gaudentio Roberto *Miscellaneis* italicis *eruditis* Tom. III. *Parmae* 1692. in 4. insertum fuit.

Vid. de ALDO MANVCCIO, qui Romae humaniorum, in gymnasio, literarum Professor, maxima in paupertate, anno 1597. quinquagenarius, vita concessit, *vita* succincta, quae Paulli Manuccii, patris, *epistolis* plerumque praefigi solet, v. c. editioni, quam curavit Ioannes Gottlieb Krausius *Lips.* 1720. in 8. Girol. Ghilini *Teatro d'huomini letterati* p. 6. Iani Nicii Erythraei *Pinacotheca imaginum illustrium* p. 184 sqq. qui formam, qua conspicuus fuit, hac ratione descripsit: *Fuit pedibus, praeter modum, enormibus, capite magno, facie oblonga, ore illepido, & inuenusto, barba horrida, cuiusmodi in statuis philosophorum antiquis, & imaginibus cernimus.* Conf. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 122 sqq. Tom. II. P. III. p. 10 sqq. p. 581. Ob subductum Ioanni Rhellicano *Commentarium in* Caesarem, in Iacobi Thomasii *Dissertatione de plagio literario*, vt supra diximus, locum inuenit §. 505. p. 227.

CLXVII.

CLXXVII.

In QVINTI HORATII FACCI *Venusini*, *poetae lyrici*, poemata omnia, rerum ac verborum locupletissimus index; studio & labore THOMAE TRETERI, *Posnaniensis* collectus, & ad communem studiosorum vtilitatem, nunc primum editus. *Antuerpiae ex officina Christophori Plantini*, *Archi-typographi regii*. cIↄ Iↄ LXXV. (1575) in 8. pp. 230.

Nitida admodum & prima huius *indicis* est editio, quae raro hodie conspicitur. THOMAS TRETERVS illum, adiuuante Stanislao Drozinio composuit, cum Romae in Stanislai Hosii, R. E. Cardinalis, & Episcopi varmiensis, cuius nomine etiam librum inscripsit, aedibus commoraretur. In illo conficiendo editionem *lugdunensem* HORATII, *apud Sebastianum Gryphium*, anno 1545. in 8. impressam, cui etiam respondet editio, ab eodem typographo anno 1554. euulgata, sequutus est, & numerorum rationem, ad illas adcommodauit. Quid vero in hoc genere, a viro doctissimo praestitum fuerit, ipsis illius indicabimus verbis. „ Primum sententias magis insignes, quibus HORATIVS plurimum abundat, propemodum integras *Indici* inseruit, vt ad exemplar ipsum recurrere, non semper sit necesse. „ Modos loquendi elegantiores ita excerpsit, vt eos ad propositum suum, quiuis non difficulter possit adcommodare. Vocabula quantitate syllabarum distincta, productionis aut correptionis notis itidem distinxit. Verba diuersas significationes habentia, ne confusio in errorem aliquem induceret, paragrapho, vt vocant nouo, propria cuique dictioni significatione adposita, discerni curauit. Idem & de illis, quae vel orationis partibus, vel genere, numero, tempore, modo, &c. inter se differunt, diligenter praestitit. Epitheta suis quaeque verbis adtribuit. Dictiones, quae quasi capita quaedam,

 alia-

aliarum sunt, maiusculis characteribus, vt in quaerendo minus negotii facesserent, adnotauit. Singula HORATII verba, ea fide, diligentiaque, in ordinem *indicis* redegit, vt si quae vocabula, in eo non reperiantur, iis auctorem hunc non esse vsum, certo quilibet credere queat. Ioannes Paptista Arcucius, in TRETERI laudem, hoc composuit epigramma, quod in fine indicis legitur:

Illa tuis expressa coloribus inclyta Roma
Hac etiam debet parte TRETERE *tibi:*
Romanae *quod grande lyrae decus* Indice FLACCVS
Auctus ab ingenio nunc nitet ecce tuo.
Non etenim satis esse putas ornasse ornasse parentem
Ni pariter natum veste decente tegas.

Vt vero iis etiam consuleretur, qui nominatas *Gryphii* editiones sibi parare non poterant, Christophorus Plantinus HORATII editionem adornauit, quae numeris *indicis* respondet, hoc titulo insignitam: QVINCTI HORATII FLACCI venusini *Poetae lyrici poemata omnia. Quibus respondet* Index TH. TRETERI *nuper excusus. Antuerpiae ex officina Christophori Plantini Archtypographi regii. M. D. LXXVI.* (1576) in 8. pp. 294. cui praeter HORATII *vitam*, ex Petro Crinito, & *e vetusto exemplari excerpta*, nihil amplius praemittitur. Conf. die *Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. I. p. 529. Recusus fuit THOMAE TRETERI *index*, teste Io. Alb. Fabricio Lib. I. *Biblioth. latin.* Cap. XIII. p. 249. *Francofurti* 1600. in 8. Quae in eadem *Bibliothec. latina* Tom. II. p. 344. de editione prima *antuerpiensi* 1567. in 8. leguntur, ad typothetarum errores referenda sunt. *Indicem* treterianum, commodato quasi, vt ipse ait, ab auctore suo accepit Daniel Auemannus, Brunopolitanus, Vicarius ad D. Blasii, atque exemplum Antonii Mariae Bassi, cremonensis sequutus, qui erythraeanum in Virgilium *indicem*, cuiuslibet impressionis operi adcommodauit, eumdem, eodem modo, omnibus HORATII editionibus adaptauit,

uit, & edidit titulo: *Hodegeta* Horatianus, *siue Index omnium verborum*, *in* HORATII *poematibus contentorum absolutissimus*, *ita adornatus*, *vt quibuslibet editionibus facili negotio accommodari possit.* *Brunsuigae anno 1667.* in 12. formae oblongae pp. 690.

Auctores, qui vitam & characterem THOMAE TRETERI, Custodis & Canonici varmiensis, & Stephani Regis Poloniae Secretarii, diuerso admodum penicillo delinearunt, nominauimus in *Analectis de libris rariorib.* p. 1009. Scripta eius, quae in ipsa Polonia, rarissime hodie inueniuntur, recensentur a Io. Daniel. Ianozki in *Nachrichten von denen in der hochgraeflichen* zaluskischen *Biblioth. sich befindenden raren* polnischen *Büchern*, passim. In Catalogo operum, quae THOMAE TRETERO, *in lexico eruditorum* tribuuntur, Tom. IIII. col. 1304. *index in* HORATIVM, non comparet.

CLXXIIX.

VALERII MAXIMI *Ciuis Romani*, de factis ac dictis memorabilibus Exemplorum Libri nouem: tum propter stili maturitatem, tum vero propter vite instructionem vtilissimi.

Vitus Vuerlerus Sultzuellen.

Si vis candidule absoluta Lector
Heus scripta Aeneadum tot & Pelasgum
Prodens noscere Si pium Deique
Cultum syderei nec inuenustos
Mores temporis at vetustioris
Clarum Romulei decus triumphi
Antiquosque duces bonum Camillum
Aut duros Curium boues sequentem
Aut Brutos: Fabios: senes Catones:

 Aut

Aut fortes Decios patremque natum
Aut Crassum immodicum: truces Cethegos
Gracchos si Marios subinde Drusos
Aut quos historiae ferunt Latinae
Romana proceres domo creatos
Posthaec vis Geticas ciere gentes
Vel Xersen: rapido freto: timendum
Vel Poenum Libyco ducem furore
Bellorum celebrem: Iubam: Dareum
Vel Pyrrhum Ausoniam fuga timentem
Cyrum: Deiotharum: potentem in armis
Pellaeum rutilis magis Philippum
Hunc iam iam VALERI librum diurna
Nocturnaque manu: legesque amesque
Hunc Doctorem habeas: vagae Iuuentae
Hunc longae comitem viaeque sumas
Mensis ille tuis recumbat: atque
Coniunctus capiti tuo frequenter
Cultus molliculum petat soporem
Id quod rex Macedum dedit superbus
Chartis Iliacae sacris ruinae.

Venduntur Lipsi per Melchiarem Lotterum in Regione foeni. in fol. folior. 135.

Editionem literis luculentis romanis excusam, praecedit *Index capitum*, quae in nouem VALERII MAXIMI Libris, exstant. Praeter *compendiosam* VALERII MAXIMI *vitam*, haec in fine oculis subiiciuntur, typographi verba: VALERII MAXIMI *dictorum ac factorum memorabilium Libri nouem. nitide & emaculate impressi in vrbe* Lipsica. *Calcographo* Melchiare Lottero *finiunt foeliciter. Anno salutis Millesimo quingentesimo decimo quarto.* (1514) Conf. Io. Henric. Leichii *Annales typograph.* lipsiens. p. 94.

A CLXXVIIII.

CLXXVIIII.

VALERIVS MAXIMVS cum duplici Commentario: historico videlicet ac literato Oliuerii Arzignanensis: & familiari admodum ac succincto Iodoci Badii Ascensii. Qui quattuor & viginti exempla Aldino auspicio nuper inuenta simili commentatione declarauit. Et totum opus gemina Tabella: altera Titulorum altera literarum ordine illustrauit. *Venundantur ab Ascensio & Ioanne Paruo.* in fol. folior. 340. exceptis fol. 8. prioribus.

Initium editionis nitidae, & rarae facit Iodoci Badii, ascensii, *epistola* nuncupatoria, *ad* Germanum de Ganaio, quem is *amplissimorum honorum decus praecipuum* nominat, scripta *ex officina calcographa*, *ad nonas Iunias* 1510. Ideo ei VALERIVM MAXIMVM dicandum esse censuit Badius, quoniam eius faustissimo suffragio, regia maiestas sic respexerit, vt *priuilegio & gratia*, *in fronte praefixis*, illum dignata sit. Quod autem VALERIVM MAXIMVM *succincta*, & *facili commentatione* exposuerit, in qua, *grammaticas*, vt scribit, *nugellas*, consulto praetergressus sit, & in eo, veteranorum potius, quam tyronum iudicauerit palaestram, caussam eam esse dicit, quod talem commentationem intellexerit desiderari ab iis, qui altioribus studiis occupati, neque prolixiorem legere velint, neque difficiliorem, saltem prima lectione, capere possint, simulque, vt in *claustris pagisque ac oppidulis, ab literario gymnasio seiuncti* habeant, quo sitim suam sedent, si non expleant. Sequitur Badii *epistolam* 1) *rerum & verborum praecipue memorabilium, tam in textu, quam in commentariis index* alphabeticus. 2) *Tabula titulorum, secundum eorum seriem.* 3) Oliuerii arzignanensis, *ad* Petrum de Brutis, episcopum catharensem *epistola* dedicatoria, de qua, & *commentariis*

 eius,

eius, *in* VALERIVM MAXIMVM, nonnulla nos dicere meminimus, in *Adparatu literar.* Tom. I. p. 501 sqq. Editionis, quae ante oculos versatur, tempus, typographus, in fine, hisce verbis designauit: *Consummatum est rursus hoc opus optimum Tertio Nonas Martias anni M. D. XIII.* (1513) *cum duplici commentario: altero historica fide opulentissimo: altero compendiosa familiaritate conspicuo, maiore accuratione in aedibus* Ascensianis. Vid. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. II. p. 246. Praecesserat illam editio, vt ex Badij *epistolae* subscriptione colligimus, anno 1510. Conf. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* l. cit. p. 216.

CXXC.

IOANNIS CAMERTIS *Minoritani, Artium & sacrae theologiae Doctoris* in C. IVLII SOLINI πολυίςωρα (πολυίστορα) Enarrationes. Additus eiusdem CAMERTIS index; tum literarum ordine, tum rerum notabilium copia, percommodus studiosis. Cum gratia & priuilegio Imperiali. in fol. pp. 336. exceptis praemissis folior. 8. & quae in fine, cum indice leguntur folior. 17.

Editionem literis nitidissimis exscriptam, raram esse intelligimus ex Thomae Crenii *Animaduersionibus philologicis & historicis*, P. II. *Lugd. Batau.* 1696. in 8. p. 2. Illam praecedit 1) Maximiliani Imperatoris *priuilegium* Lucae Alantsae in sexennium concessum die XX. mensis Iulii anno 1518. 2) IOANNIS CAMERTIS *epistola* dedicatoria, *ad* Stephanum Verbeneium, Pannonium, *inclyti* Hungariae *regni Maiestatis locumtenentem*, exarata Viennae Pannoniae *VI. Calendas Februarii* 1520. in qua se philosophorum, & in primis theologorum veterum, & recentiorum exemplis, in medium prolatis, defendit, quod ab ineunte aetate, literis sacris, ac religione institutus, in senectam

ctam iam vergens, hosce labores, professione ipsa sua, multo inferiores susceperit. 3) Theodori Kaner S. T. D. zarakouiensis Episcopi, ac Nouae ciuitatis electi Antistitis; M. Thomae Resch, viennensis Ecclesiae Canonici, S. T. Licentiati, poetae laureati; Casparis Vrsini, Doctoris & poetae; Philippi Gundelii, patauiensis; Alexandri Brassicani, cantstatini philosophi, poetae, & Oratoris laureati; Huldrichi Fabri, Rheti; Francisci Lado, Siculi, Transsyluani, *carmina* encomiastica latina, in IOANNEM CAMERTEM, & SOLINVM eius *enarrationibus* illustratum. 4) Lucae Alantse, *Bibliopolae*, *&* *ciuis* viennensis, *ad studiosos epistola*, qua illis hanc SOLINI editionem, & Pomponium Melam, Ioachimi Vadiani *scholiis* illustratum commendat. 5) SOLINI *vita per* IOANNEM CAMERTEM *aedita*. In fine adiiciuntur typothetarum *errores*, & *nonnulla, quae varie apud* SOLINVM *legi possunt*, quibus cum insignibus Lucae Alantsae, haec subiiciuntur verba: *Imposita est operi huic extrema manus* Carolo V. *Caesare designato*, *ac* Hispaniarum, Hierusalem, *vtriusque* Siciliae *&c. Rege catholico*, *Orbi terrarum imperante feliciter. Excusum est hoc opus* Solinianum *cum Enarrationibus egregii sacrae Theologiae Doctoris* IOANNIS CAMERTIS, *Minoritani*, *Anno natiuitatis Domini M. D. XX.* (1520) Viennae Austriae, *per* Ioannem Singrenium *impensis honesti* Lucae Alantse, *ciuis*, *&* *Bibliopolae* viennensis. Cum IOANNES CAMERS, in suis *enarrationibus*, saepissime, in Alberti M. errores, & hallucinationes inuectus esset, istius rei, hancce in *indicis* calce adposuit excusatiotionem: *Scio quosdam contracturos frontem*, *quod in iis* solinianis, *commentariis nostris*, *tam frequenter* Magnum Albertum *coarguerim. Id autem*, *ea ratione factum*, *sciant*, *ne scilicet quempiam pulchro allectam nomine*, *falsum pro vero*, *vel contra*, *quo studiosis perniciosius nihil est*, *amplecti contingat. Simulque vt quorundam tolleretur anilis error*, *qui in iis*, *in quibus* Albertus *a primae etiam classis authoribus contraria prodidit abiectis* Ptolomaeo, SOLINO, Pomponio, Stra-

bone, Plynio, Columella, Varrone, Theophrasto, Aristotele, *iudicio omnium peritissimo, iisque non inferioribus, vni* Alberto, *ad aras vsque etiam peierando, credendum putant. Maluimus enim iure* Albertum *carpere, quam iniuria amicam laedere veritatem. Miror quosdam politiorum etiam literarum studiosos tanti eum facere authorem, cum in iis, quae ad particularia, & bonas fruges maxime pertinent, raritate rarius verum dicat. Fatebuntur id, qui libros eius* de natura locorum, de lapidibus preciosis, de vegetabilibus, & plantis, de animalibus, *deque aliis quam plurimis diligenter introspexerint. Nisi quis non* Alberto, *sed tempori quo floruit, culpam tribuat. Affuit alia me rursus causa mouens magis, quod is* SOLINVM, *quem in manus sumpseram exponendum, praeter ius omne, id est in quibus verum dicit, plerumque laniat, & sugillat. Peperci* Alberto *plurimum, deum testor, cum sexcenta errata eius alia, quae iam ad manus erant, iis commentariis inserere distulerim. Vellem* Alberti *sectatores, tam gratum eis authorem in manus sumerent, eumque tandem quacunque ratione ab erroribus vendicarent. Sed reor hoc laboriosius multo esse, quam vel* Ioui *fulmen, vel* Herculi *clauam subtrahere.* Typographus ad lectorem talia scripsit:

Ioannes Syngrenius *Calcographus Lectoribus.*

Cuperem equidem humanissimi lectores, in SOLINO *tanto authore, eoque demum nitore prodituro, cum a me imprimeretur, hoc praestari potuisset, vti expectationi omnium ac desyderiis velocitate excudendi responderem, tantamque vtilissimi & eximii operis gratiam festinatione cumularem. Verum quando id a me in tanta laboris amplitudine fieri non potuit, vt susque deque feratis moram hanc maiorem in modum rogo quam mihi partim fides mea atque diligentia (dum laboro, quam emendatissimum ex officina mea proficisci) excusabilem partim nouitas difficultasque, ex ipso archetypo primum feliciter efformandi fecerunt etiam necessariam. Vos certe morae veniam dabitis, fidei atque industriae*

dustriae meae fructum, & nunc, vt spero, accipiatis aliquem, & quantum erit mearum virium deo duce saepius accepturi. Valete.

Melchior Heduigerus *Typicarum notarum compactor Lectori.*

Germanis *omnis debet studiosa iuuentus,*
Scribere qnod praelis ii docuere notas.
Scriptorum nobis debes studiose CAMERTIS,
Quod vigiles nostras haec habuere manus.

In vltima voluminis pagina conspiciuntur Typographi insignia, quatuor euangelistarum symbolis cincta. Scutum nimirum cum literis initialibus I. S. vt Galli vocant *en Chifre* expressis, tauro impositum est. A dextra illud leo vngulis, a sinistra angelus manibus tenet, aquila vero alis expansis illi insidet, his circumscriptis verbis: IOANNES SINGRENIVS CALCOGRAPHVS VIENNENSIS. In Michael. Maittaire *Annalib. typograph.* editionem frustra quaesiuimus, & ipse Io. Alb. Fabricius, & Io. Nicol. Funccius, nullam istius notitiam habuisse videntur. Vterque non antiquiorem SOLINI editionem cum IOAN. CAMERTIS *commentariis*, quos *non contemnendos* vocat Fabricius, adtulerunt *basileensi* 1538. in fol. quae tamen, vt mox videbimus, extra omnem dubitationem nondum posita est.

De IO. RICVTIO VELLINO CAMERTE, ea, quae nobis innotuere, commemorauimus Tom. I. *Adparat. literar.* p. 120 sqq.

CXXCI.

C. IVLII SOLINI Polyhistor, Rerum toto orbe memorabilium thesaurus locupletissimus. Huic ob argumenti similitudinem POMPONII MELAE de situ orbis libros tres, fide diligentiaque

 sum-

summa recognitos adiunximus. Accesserunt his praeter noua scholia, quae loca autoris vtriusque obscuriora copiose passim illustrant, etiam tabulae geographicae permultae, regionum, locorum, marium, sinuumque diuersorum situs pulchre deliniantes (*dilineantes*). Cum indice rerum atque verborum in vtroque obseruandorum locupletissimo. *Basileae* 1538. in fol. pp. 230. except. praemiss. & indice folior. 10.

Quamuis in editionis non vbiuis obuiae titulo, intuentibus *palma* se offert *bebeliana*, illam tamen Basileae *apud* Michaelem Isingrinium *&* Henricum Petri *M. D. XXXVIII.* (1538) excusam esse, verba, in calce conspicua produnt. Ioannes Albertus Fabricius Tom. II. *Biblioth. latin.* p. 628. & Ioan. Nicol. Funccius *de vegeta latinae linguae senectute*, Cap. IIX, §. XXI. p. 717. editionem *basileensem* producunt, cum Io. Camertis Commentario, anno 1538. euulgatam, & Thomas Crenius in *Animaduersionibus philologicis & historicis* scribit P. II. p. 2. *Curauit* Basileae *in fol.* Henrichus Petri C. IVL. SOLINI Polyhistora *cum enarrationibus non contemnendis* Ioannis Camertis Minoritani, Artium & sacrae Theologiae Doctoris *diligenter & satis industrie, addiditque, omissis priuilegio imperiali & non magnae rei praefatione* Lucae Alantsae Bibliopolae, ciuis viennensis, *reliquas praefationes, quae comparent in editione* viennensi austriaca *per* Ioannem Singrenium, anno M. D. XX. *impensis dicti* Alantsae *excusa, at male fecit, quod* Camertis *vti credo de* Magno Alberto *iudicium, post indicem & in calce istius editionis repertum, neglexerit & susque deque habuerit* &c. Collatio autem inter Camertis *scholia*, & illa, quae huic editioni *basileensi* accesserunt, a nobis instituta, haec, toto, vt aiunt, caelo, ab illis distare nos docuit. Quis eorum sit auctor, nec vola nec vestigium exstat, cum sine omni praefatione, liber in lucem est emissus. Sine dubio, eadem est editio, de qua Andreas

dreas Schottus, in *praefatione ad* POMPONIVM MELAM scribit: *vide & ἀνόνυμον quemdam, qui &* SOLINI Polyhistora *eadem opera illustrarat: sed quia corruptam vulg. codicum lectionem est secutus, (quam tamen nec vitiatam esse in mentem quidem veniebat, nec, quomodo restitui posset, videbat) multa* οὐδὲν πρὸς διόνυσον. Vtrum igitur editio *basileensis* anno 1538. *cum scholiis* Io. Camertis inueniatur, an Io. Alb. Fabricius, & qui illum sequitur Io. Nicol. Funccius, *vita* SOLINI, per Io. Camertem composita, quam editor anonymus huic editioni praefixit, in eam adducti fuerint sententiam, vt & *scholia* Camertis illi addita esse sibi persuaderent, aliis inuestigandum relinquimus. Scribit Io. Alb. Fabricius Tom. I. *Biblioth. latin.* L. II. Cap. XIII. p. 415. editionem exstare SOLINI *cum* Io. Camertis *enarrationibus, Basileae* 1557. in fol. euulgatam, quae forte illa esse poterit, cuius Thom. Crenius l. cit. mentionem fecit. Vterque auctor SOLINVS & POMPONIVS MELA, in editione, qua vtimur, multis schematibus, & tabulis geographicis, ligno incisis, illustratus est, de quarum auctore nihil pronunciare sustinemus. POMPONIO MELAE, qui p. 151. inchoatur, praefixa est *praefatio*, in qua de POMPONIO MELA, eius patria, & ordine, quo situm orbis descripsit, differitur.

Auctores, qui de C. IVLIO SOLINO egere, nominauimus Tom. I. *Adparat. literar.* p. 122.

De POMPONIO MELA, & variis librorum III. *de situ orbis* editionibus, vid. Ioan. Vadiani *vita* POMPONII MELAE, quae nonnullis editionibus, v.c. *viennensi* 1518. in fol. *basileensi* 1522. in fol. &c. praefigitur. Eliae Vineti *vita* POMPONII MELAE, quae praemissa est POMPONIO MELAE e recensione Vineti, *Paris.* 1572. in 4. & ex editione Iacobi Gronouii *Lugd. Bat.* 1722. in 8. Andreae Schotti *praefatio*, *de aetate & patria* POMPONII MELAE, in fronte editionis And. Schotti *Antw.* 1582. in 4. & in editione Gronouii. Petri Ioannis Nunnesii *Epistola ad* Andr. Schottum, *de patria* POMPON. MELAE, quae in eadem Gronouii

editio-

editione exſtat. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca latina* L. II. Cap. IIX. p. 344 ſqq. Tom. II. p. 475 ſqq. vbi p. 477. editionis facit mentionem, quae cum SOLINI *Polyhiſtore*, & Floridi Sabini *Apologia pro* Plauto *Baſil.* 1538. in fol. in lucem exierit. De Florido Sabino, & eius *apologia*, in editione, quam deſcripſimus, nihil reperitur. Gerardi Ioan. Voſſii *de hiſtoricis latinis* L. III. Cap. I. p. 666 ſqq. Io. Nicol. Funccii *Tractat. de imminenti latinae linguae ſenectute* Cap. VIIII. §. XXXIIII ſqq. p. 526 ſqq. Gottfr. Ephr. Mülleri *Einleitung zu noethiger Kenntniſſ vnd nützlichen Gebrauch der alten lateiniſchen Schriftſteller* T. V. L. II. Cap. V. p. 415 ſqq.

CXXCII.

C. PLINII SECVNDI *Nouocomenſis* Epiſtolarum libri Decem, in quibus multae habentur epiſtolae non ante impreſſae. Tum Graeca correcta, & ſuis locis reſtituta, atque reiectis adulterinis, vera repoſita. Item fragmentatae epiſtolae integrae factae. In medio etiam epiſtolae libri octaui de Clitumno fonte non ſolum vertici calx additus, & calci vertex, ſed decem quoque epiſtolae interpoſitae, ac ex Nono libro octauus factus, & ex octauo nonus. Idque beneficio exemplaris correctiſſimi, & mirae ac potius venerandae vetuſtatis.

EIVSDEM Panegyricus Traiano Imp. dictus.

EIVSDEM de Viris illuſtribus in Re militari, & in adminiſtranda Rep.

SVETONII TRANQVILLI de claris Grammaticis & Rhetorib.

IVLII OBSEQVENTIS Prodigiorum Liber.

Epi-

Epistolae decimi Libri ad Traianum probantur esse PLINII in sequenti epistola. Inibi etiam liber de viris illustribus, non TRANQVILLI, sed PLINII esse ostditur. in 8. pp. 525. exceptis fol. 11. prioribus.

In fine editionis perratae haec leguntur verba: *Venetiis in aedib.* Aldi, *&* Andreae Asulani *soceri. Mense Nouembri. M. D. VIII.* (1508) Titulus, qui longum trahit syrma, non solum ea exponit, quae Aldus hac sua editione praestitit, sed *epistolae* dedicatoriae etiam argumentum, satis superque prodit. Scripta est *ad* Aloisium Mocenicum, *Equitem, & Senatorem* venetum, Venetiis, *Mense Nouembri* 1508. Codicem, quo vsus est Aldus, in excudendis PLINII *epistolis*, Aloisius Mocenicus, e Gallia, vbi, pro senatu veneto legatum egerat, secum in Italiam reportauerat. In membrana codex erat exaratus, *adeo diversis*, vt Aldi verba sunt, *a nostris characteribus, vt nisi quis diu assueuerit, non legere potuerat.* Illum praeter ea, non solum fuisse correctissimum, sed etiam ita antiquum, vt PLINII temporibus scriptus videretur, perhibet. Vetustissimum illum codicem, iam descripserat, quum in Gallia versaretur, Iucundus veronensis, & cum aliis sex, *epistolarum* PLINII voluminibus, partim manu scriptis, partim impressis quidem, sed cum antiquis exemplaribus collatis, cum Aldo communicauerat. Librum *de viris illustribus*, quem AVRELII VICTORES esse, omnes hodie norunt, a PLINIO esse compositum, ideo sibi, & aliis persuadet, quod sub PLINII nomine, in omnibus codicibus manu exaratis inueniatur. Conf. Lilii Gregor. Gyraldi *Dialogismus an liber de viris illustribus* rom. PLINII *sit an alterius*, in Gyraldi *dialogismis*, *Venetiis* 1553. in 8. editis, p. 147 sqq. & in Gyraldi *Operibus* Tom. II. p. 908. edit. *Lugd. Bat.* 1696. II. Tom. in fol. Istum vero, & SVETONII *de claris grammaticis, & rhetoribus* librum, vt correctior exiret

ret in manibus literatorum, Ioannes Baptista Egnatius, cum Aldo, adcurate quidem, sed, vt ipse fatetur, cursim, quod parum erat otii, recognouit. IVLII OBSEQVENTIS librum, ea lege, a Iucundo veronensi acceperat dono, vt eum, vna cum aliis, in hoc volumine imprimendum curaret. Errauit igitur Christianus Theophilus Vngerus, cum in libro *de Aldi Pii Manutii Romani vita, meritisque in rem literatam*, IVLIVM OBSEQVENTEM *de prodigiis*, seorsum ab Aldo, anno 1508. *ad* Iucundum veronensem *editum* scriberet. Per omne enim volumen, nulla *epistola* dedicatoria, *ad* Iucundum, inuenitur, sed IVLIVS OBSEQVENS, vna cum reliquis libris, ab Aldo, Aloisio Mocenico inscriptus fuit. *Epistolam* dedicatoriam, in nostro volumine sequuntur *Index epistolarum* C. PLINII, secundum ordinem Alphabeti, *index libri de claris grammaticis*, & *index libri de claris rhetoribus*. *Epistolae* dedicatoriae particulam, praemisit Paullus Daniel Longolius, suae editioni *epistolarum* PLINII, quam *cum notis selectis variorum, suisque*, & Gottlieb. Cortii *animaduersionibus*, euulgauit *Amstelodami* 1734. in 4. form. mai. sed quid caussae fuerit, vt Mocenici nomen omiserit, eumque Aloisium tantum modo *Equitem & Senatorem* venetum nominauerit, exputare non possumus. Repetita fuit haec, quam descripsimus, editio, in *officina aldina*, anno 1518. vid. Paul. Daniel. Longolii *Praefatio*, Io. Alb. Fabricii *Biblioth. latin.* Tom. II. L. II. C. XXII. p. 763. Michael. Maittaire *Annal. typograph.* T. II. p. 318. Quae in Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca latina* Tom. I. p. 481. de editione *aldina* anni 1504. leguntur, errori typographico tribuenda erunt. Idem *παρόραμα* locum postea inuenit, in Io. Nicol. Funccii *Tract. de imminenti latinae linguae senectute*, *Marburg. Cattor.* 1736. in 4. Cap. VII. §. XXXI. p. 438.

Multi quidem viri docti, & in primis illi, qui edendis PLINII *epistolis*, & *panegyrico* operam dederunt, v. c. Io. Maria Catanaeus, Conrad. Lycosthenes, Ioan. Veenhusius, Christophor. Cellarius, Io. Matth. Gesnerus

rus vir Cl. aliique, in exponenda C. PLINII CAECILII SECVNDI vita, laudabiliter versati sunt, sed nemo maiore adcuratione, id praestitisse videtur, quam Ioannes Masson, qui conscripsit C. PLINII SECVNDI iunioris, *vitam ordine chronologico, sic digestam, vt varia dilucidentur historiae* romanae *puncta, quae* Flauios *Imperatores, vti* Neruam Traianumque *spectant*. Praefixa legitur PLINII *epistolis, & panegyrico, ex recensione* Thom. Hearne, *Oxon.* 1703. in 8. Sed multis in locis auctior est editio, quae seorsum prodiit *Amstelodami, apud Ianssonio-Waesbergios* 1709. in 8. pp. 177. exceptis praemissis in indice. Locum postea inuenit in fronte *Panegyrici* PLINII, quem edidit Ioannes Arntzenius *Amstelod.* 1738. in 4. Conf. Io. Alb. Fabricii, & Io. Nicol. Funccii ll. citt. Optima nostra aetate censetur *panegyrici* pliniani editio, quae tali ornata in lucem prodiit titulo: C. PLINII SECVNDI *Panegyricus* Caesari Imp. Neruae Traiano Aug. *dictus. Quem ex XII. Codicibus MSS. Librisque Collatis recensuit ac Notis obseruationibusque item & nummis aere exscriptis illustrauit. Simulque Adiectis integris pariter atque excerptis virorum eruditorum Commentationibus instruxit* Christianus Gottl. Schwarzius Sacr. Caes. Maiest. Com. Pal. Acad. Altorf. Prof. Publ. & Senior. *Norimbergae Sumtu Io. Georgii Lochneri, A. S. R. cIↄ Iↄcc xxxxvi.* (1746) in 4.

CXXCIII.

Commentationes condite a PHILIPPO BEROALDO ediecta paraphrastica M. ANT. SABELICI interpretatione, in SVETONIVM TRANQVILLVM, additis quam plurimis annotamentis, quae vt facilius cognoscantur Asterisco * notauimus. Eiusdem PHILIPPI BEROALDI vita per BARPTOLOMAEVM BLANCHINVM composita.

Bi-

Bibliopola Candido Lectori.

Facturus certe precium operae Candidissime lector: si nullas praeter hasce, in SVETONIVM TRANQVILLVM Hystoricorum facile principem, commentationes: ad amussim exactaque diligentia excusas emeris. Tanta enim cura castigationeque alias hactenus impressas, vel albis quadrigis precedunt, vt etiam Momo satisfacere possent. Quod si ipse tu Operi nostro album (vt dicunt) calculum adieceris: non secus ac ergo dixi, esse: haud dubie adfirmaueris. Quocirca si admonitioni nostrae purgatas praebueris aures: neque siueris me Hylam inclamitare: hortaberis profecto me tanquam Lydum in planiciem, ad pleraque alia studiosae iuuentuti non parum vtilia, coimprimenda. Sed ne extra oleas ferar, assem para: letaberis. Neque pati velis hoc, quicquid est operis, tanquam Sardum foro superesse. Vale.

I. K.

Venundantur Parrhisiis sub intersignio trium coronarum foelicis Coloniae Agrippinae. In vico diui Iacobi. in folio. folior. 359. si omnia numeraueris.

Debetur editio valde infrequens & nitida curae Ioannis Kierheri, Sletstatini, qui praefatiunculam ei praemisit, *ad Nobilem clarumque virum* Leutholdum de Sala, *amicum admodum singularem*, scriptam. *Ex Lutecia anno a partu virgineo duodecimo, supra millesimum & quingentesimum* (1512) quae nihil continet, quod dignum sit, vt heic repetatur. Eodem auctore sine dubio composita fuere, quae in titulo Bibliopolae nomine, ad lectorem, leguntur. Id sane literae initiales I. K. nobis indicare videntur.

Se-

Sequitur Kierheri praefatiunculam PHILIPPI BEROALDI, *ad Inclytum* Hannibalem Bentiuolum, *illustrissimi* Io. Secundi Bentiuoli *filium*, *epistola*. Cui subiungitur:

I. *Breuiarum rerum aliquot memorabilium: quae cuique commentario insunt: explicatae pensitataeque subtilius, quam literatores agnoscant. vt ex his iam statim declaretur, quid de totis commentariis curiosius* (curiosus) *lector coniectare debeat, & sperare possit.* Desumta haec sunt, ex editione PHILIPPI BEROALDI prima, cuius in fine haec verba leguntur: *Commentarios hosce a* PHILIPPO BEROALDO *diligenter compositos, impressit* Benedictus Hectoris Bononiensis *adhibita pro viribus solertia & diligentia: ne ab archetypo aberraret. Impressum* Bononiae *anno salutis M. CCCC. XCIII.* (1493) *Nonis Aprilibus. Illustrissimo* Io. Bentiuolo *rei. p.* Bononiensis *habenas feliciter moderante. Finis laus Deo.* Recensetur editio in fol. 326. fol. impressa, Nicerono incognita, in *Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. II. p. 491. Conf. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. I. p. 559.

II. M. ANTONII SABELLICI, *ad* Augustinum Barbadicum, *serenissimum* venetiarum *principem, epistola.*

III. Eiusdem *in* C. SVETONII TRANQVILLI *paraphrasim prooemium.* Si fidem Nicerono in *Memoires* Tom. XII. p. 161. habere voluerimus, prima SVETONII editio est, quae M. ANTONII SABELLICI *paraphrasin*, & *adnotationes* refert, *veneta* 1480. in fol.

IIII. PHILIPPI BEROALDI *vita*, *per* BARPTOLOMAEVM BLANCHINVM, bononiensem *condita*, *ad* Camillum Palacottum. Variis postea SVETONII editionibus, BEROALDI *adnotationibus* illustratis, praemissa, & a Ioan. Fichardo *vitis virorum illustr. Francof.* 1536. in 4. p. 55 sqq. inserta fuit. Excerptum dedit Mi-

chael. Maittaire in *Amal. typogr.* Tom. II. p. 236 ſqq. not. a.

V. Io. Baptiſtae Pii, bononienſis *ad librum Tetraſtichon.*

VI. Vgerii Pontremulenſis *Tetraſtichon:* Vtrumque ex editione SVETONII *bononienſi* 1493. in hanc *pariſienſem* tranſiit, vid. *die Merkwürdigkeiten der koenigl. Bibliotb. zu* Dreſden l. cit.

VII. Dominici Fuſci, ariminenſis, *epitaphium* BEROALDO *poſitum:*

IIII. ET. I. S.

REM CVNCTIS NOTAM TIBI FORTE IGNOTAM, VIATOR PELLEGE AC GEMENS ABEI PHILIPPVS BEROALDVS HVMANAS DISCIPLI. SVMME CALLENS. QVI OMNIA PERLEGIT ET APPRIME NOVIT: IN OMNI SCIENTIA SCRIPTORVM INSTAVRATOR ET COLVMEN SENATVSQVE BONONIENSIS. ARCHI. GRAMMATEVS ACCEPTISS. VITA FVNCTVS VIVIT.

QVANTVM VIR HIC VALVERIT. PATRIE. ITALIE. AC PERE TOTIVS ORBIS MOEROR SCRIPTAQVE SVA COMPROBARVNT SECVLA VOLVENTVR: NEC ADHVC NATVRA REPENDET. (PROH DOLOR) A NOBIS QVOD TVLIT HORA BREVIS.

IIX. Virgilii Porti, mutinenſis *Scazon.*

Heus fare virgo, cuius eſt lapis? que tu
Quid plena luctu crinibus ſedes paſſis?
BEROALDVS *hoc* PHILIPPVS *recubat ſaxo,*
Ego Melpomene Apollinis *ſororum vna*
Dictura veni (prefica vt ſolet) laudes,
Sed quid taces? monuit ſilencium frater,
Laudare dicens, neminem hunc ſatis poſſe.

VIIII

VIIII Ioannis Kierheri *Scazon.*

Bis ſex benigne Cеſares ama lector
Opus beatum ex omni parte perfectum
Interprete hoc gemino nitet magis belle
Dein bellulis (vt vix prius) typis prodit
Locis adauctam mille & amplius: monſtrat
Praefixa paginaeque ſtellula elucens
Hec preter, Hyſtorias ſcitu nec indignas.
Habes: & dictionum floſculis plenam
Siluam, quod ipſe Copiae voces Cornu.
Si rite tu ſententiam feras: ergo
Bis ſex Benigne Ceſares ama lector.

In fine *adnotationum* PHILIPPI BEROALDI fol. 331 ſqq. occurrunt 1) *Tetraſtichon de Caeſaribus ex* Auſonio. 2) BEROALDI ſuccincta de SVETONIO narratio. 3) *Ad inclytum* Annibalem Bentiuolum, eiusdem PHILIPPI BEROALDI *Annotamentorum Appendix*, quae XXI. Capitibus abſoluitur.

Cap. I. exponitur, *quid ſignificet illud* Hieronymi, *ab eccleſiaſticis creberrime vſurpatum*: de Tantali fonte potantem.

Cap. II. *Quid ſit vetus prouerbium*: Mutuum muli ſcabunt, *quod in codicibus* Auſonii, *&* Nonii *perperam ſcriptum legitur*.

Cap. III. *quid intelligi voluerit* Heſiodus, *cum ſcripſit* dimidinm eſſe plus toto.

Cap. IIII. *enodatus nodus*, *ex epiſtola* Ciceronis, *ductus ex prouerbio*, ſero ſapiunt Phryges.

Cap. V. *emaculatur verbum e verſu* lucilliano, *ibique notantur quaedam ſuper* accipenſere Decumano.

Cap. VI. *perpenditur emendaturque dictio de* Nartheo *pro* Narthecio.

Cap. VII. *Corrigitur* Senecae *locus enarraturque de* Pſychro lutre.

Cap. IIX. *mendum occupaſſe codices* Senecae *demonſtratur*, *in quibus pro* paraenetica philoſophia, *ſcribitur corrupte* parentia, *pro* euthymia, eſtimia.

In

In fine istius capitis, haec Ioannis Kierheri ad lectorem beneuolum legitur admonitio:

I. K. *Lectori beneuolo* S.

Peruenerunt iam, lector Candide, non mala, vt reor, aui ad vmbilicum: clarissimae illae duorum inquam doctissimorum virorum commentationes: in SVETONIVM TRANQVILLVM, *rerum gestarum scriptorem syncerissimum. Que quidem tanta emendatione tanta denique industria nouissime in lucem prodierunt: vt nihil vel parum sit, in quo labor noster culpe obnoxius esse possit. Est tamen (quod candidum lectorem admonitum velim) non nihil aliquando hallucinatum: in* grecis *potissimum, ex paraphrasi* M. ANTONII SABELLICI, *cum ob exemplaris mendosissimam corruptionem: tum etiam* grecorum (*quos sepiuscule citauit*) *authorum inopia. Quod facile resarcient: qui haec, que nobis defuere: indepti fuerint. Cetera omnia munda: excussa: polita: & ad vnguem facta, ipse, (vel si nolis confiteberis. Mire enim haec noua editio alias omnes hactenus impressas: & superat: & longo relinquit interuallo: quippe cum pre se ferat non tam quod iuuat, quam quod melli sit. Sed iam satis est. Frustra enim probam mercem laudibus oneraueris: cum vulgo quoque iactatum sit. Vino vendibili suspensa hedera nihil opus esse vale.*

Eiusdem Tetrastychon.

Qui fueras vno SVETONI *interprete clarus*
Nunc alio longe clarior, ecce nites
Ille tuos aperit sensus breuitate Laconum
Hic velut effuso flumine cuncta rigat.

Impressum Parrhisiis, *opera cumprimis honesti viri, Magistri* Ioannis Philippi: *aere vero nec non impensis integerrimorum Bibliopolarum* Ludouici Hornken & Godofredi Hittorpii. *M. D. XII.* (1512) Descripsit etiam editionem Michael. Maittaire in *Annal typograph.* Tom. II. p. 236 sqq. not. a. *Indici vocabulorum* qui 18. folia complectitur, & omne volumen claudit, editor haecce praemisit verba: *Accipe & hunc: Lector*

 candide



candide: indicem dictionum selectiorum, tanquam scopum rectissimum: ad quem inquirendi animi propositum certissime fixeris. Verum quia nobis idem vsu venire potuit quod & ceteris: qui in hoc genere laborem suum impenderunt: sepicule accidit. Quis enim Lynceus *adeo semperque tam acutum viderit? Spero tamen nobis hanc veniam, quem & plusculi licet vix equiore iure consecuti sunt, non incommode dari posse. Quod si aequi iudicis mentem erga nos susceperis: credo facile nobis hoc grecanicum σκαζοδαμυκτειν concesseris. Benigni namque lectoris est minutula quaeque, que etiam nolentibus nobis occurrunt, equo animo, & quod aiunt, susque deque ferre. Vale.*

Res ad CAIVM SVETONIVM TRANQVILLVM pertinentes, narrarunt praeter M. ANTONIVM SABELLICVM, & PHILIPPVM BEROALDVM Anonymus, cuius *Collectanea seu loca ex variis Auctoribus excerpta, quae ad* SVETONII *Genus, Vitam, studia, & opus de duodecim Caesaribus pertinent*, leguntur in Samuelis Pitisci editione SVETONII, *Leouardiae* 1715. in 4. Tom. II. p. 1174 sqq. & in recentissima, optimaque Petri Burmanni editione *Amstelod.* 1736. in 4. Tom. II. p. 489 sqq. Daniel Guil. Mollerus in *dissertatione de* C. SVETONIO TRANQVILLO *Altorf.* 1685. in 4. Mr. Laisne in *Remarques sur la personne & les Ecrits de* SVETONE, quae inuenies in *Nouveau Recueil de Pieces fugitives de* Mr. Archimbaud Tom. I. *Paris* 1717. in 12. p. 23 sqq. Ioannes Albert. Fabricius in *Bibliotheca latina* L. II. Cap. XXIIII. p. 494 sqq. Conf. Tom. II. p. 785 sqq. Io. Nicol. Funccius in *Tractatu de imminenti latinae linguae Senectute* C. VIII. §. LI sqq. p. 555 sqq. Inter varias editiones & versiones, quae ab Io. Alb. Fabricio, Io. Nicol. Funccio ll. citt. & in *Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. II. p. 491 sqq. 498 sqq. 508 sqq. 516 sqq. recensentur, principem tenet locum, & rarissima est, quae Ioannis Andreae Episcopi aleriensis cura & auspicio, per Conradum Sweinheim & Arnoldum Pannarz *Romae* 1470. in fol. excusa fuit.

Di-

Diuersa est ab hac editione, *romana* aeque rarissima, cuius in calce haec leguntur verba: CAII SVETONII TRANQVILLI *de XII. Caesarum vitis liber vltimus feliciter finit. Absolutus* Roma *in Pinea regione via Papae Anno Christi Natali M CCCC LXX.* (1470) *Sextili Mense.* Pauli *autem* Veneti II. *Pont. Max. anno sexto.* Curauit posteriorem editionem Ioannes Antonius Campanus. Nomen Impressoris, quod hoc loco desideratur, iam satis notum est. Vlricus scilicet Gallus editionem impressit, quem Campanus elegerat potissimum, cuius curae suas committeret lucubrationes. Vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* T. I. p. 289 sqq. & primo loco nominanda fuerat eminentissimi atque reuerendissimi Principis ANGELI MARIAE R. E. Cardinalis Bibliothecarii QVIRINI *Adpendix ad* Michaelis Canensii *Vitam* Paulli II. §. XIIX. p. 216 sqq. vbi & aliarum editionum rarissimarum mentio facta fuit.

CXXCIIII.

CORNELIVS NEPOS vom Vrsprung des Römischen Reichs, den Sieben künigen, wie die regiert, auch wie si zuletst vertrieben seind worden, vnd das Burgermaisterthumb angefangen. Darnach folgt das leben vnd thaten etlicher waidlicher vnd herlicher Burgermaister bisz uff Gn. Pompeium Magnum. Item C. CRISPVS SALVSTIVS Von der Zusammenrottung Catiline, wie die Cicero erfaren vnd gestrafft. Zuletst findest du auch den Krieg der Römer wider Iugurtham, der Numidier künig, wie der vom Mario vnd L. Sylla gefürt, auch ain end hat genummen durch verreterey Bochi, der Moren künig, darumb Iugurtha gefangen gen Rom gefürt, vnd im

gefencknus mit dem strick gericht worden. Alles von newem verteutscht vnd lustig zulesen. *Getruckt zu Straszburg bey M. Iacob Cammerlandern von Mentz.* in fol. folior. 15. & 42. si omnia numerata fuerint.

Adnotarunt iam Gerard. Io. Vossius L. II. *de Historicis latinis* Cap. IIX. p. 184. Io. Alb. Fabricius L. III. *Bibliotb. latin.* Cap. VIIII. p. 573. Ioan. Arntzenius, in *praefatione* AVRELIO VICTORI, *Amstelodami* 1733. in 4. edito praemissa, aliique AVRELII VICTORIS editores, libellum AVRELII VICTORIS *de viris illustribus vrbis* Romae, praeteritis temporibus, saepius sub nomine CORNELII NEPOTIS, Suetonii Tranquilli, vel Plinii Secundi iunioris prodiisse. Incidit igitur sine dubio, teutonicus libri, qui ex Bibliotheca Io. Christophor. Gottschedii viri Cel. ante oculos versatur, interpres, in eiusmodi editionem, quae CORNELII NEPOTIS nomen in fronte gessit. Quis fuerit interpres nos ignoramus; Praefationem dedit typographus M. Iacob Cammerlander, Argentorati, anno quo nescimus, *Kal. Septembr.* scriptam. Adiicitur illi *Verstand vnd Auszlegung etlicher Aempter namen, so vileicht in allen histtorien gebraucht.* Nisi omnia nos fallunt, Petrus Selbet, vtriusque iuris Licentiatus exstitit interpres, cuius quoddam rei indicium, in clausula praefationis exstare existimauimus, quae hisce verbis concepta legitur: *Ob nun freuntlicher Leser dir nit gnug geschehen inn der verteutschung, so raths best darzu, dweil wir je alle nit ein kopff haben, so seint wir all nitt eins sins. Ich acht in meinem verstandt, es sei zum besten summiert dem* teutschen *leser, wa aber jemants von den gelerten mangel daran hett, mögen dieselbigen wol raht bei ihrs geleichen pflegen, auszlegen wie es jnen gefelt. Noch musz man in allen Sachen des auszspruchs erwarten. Hiemit mich zum besten jderman befehlen. Datum* Straszburg *kal. Septembres.* Ea enim verba propemodum cum iis conspirant, quae in *praefatione* legun-

tur

tur Valerio Maximo a Petro Selbet, in linguam teutonicam conuerso, & *Argentorati*, *apud Iacob Kammerlandern* 1535. in fol. euulgato, praemissa, vbi etiam exhibuit interpretationem quorumdam nominum, quibus Romanorum dignitates, & officia designari solent. Conf. *die Nachrichten von einer* hallischen *Bibliothek*, Tom. IIX. p. 178 sqq. Ioannes Albertus Fabricius, istius versionis, nullam prorsus fecit mentionem, neque in Capite de AVRELIO VICTORE, neque in illo, quod SALLVSTIO destinatum fuit, eius meminit. Quisquis illius demum fuerit auctor, eum paraphrasten potius, quam interpretem egisse, deprehendimus, cum versionem, cum idiomate SEXTI AVRELII VICTORIS conferremus. Vt iis, quae diximus constet fides, primi tantum modo capitis initium, heic adscribimus: Proca *der* Albaneo *könig, hatt zween sün*, Numitorem *vnd* Amulium, *erzogen, denen verliesz er das Reich, dem ältisten* Numitori, *das regiment, vnd* Amulio *als dem jüngsten, die barschäfft. Aber* Amulius, *welcher goldt vnd silber für sein erb hatt, vertrieb den* Numitorem *damit ausz dem Reich, welches jm der Vatter verschaffen, vnangesehen den letsten willen desz vatters, vnd seines bruders alter, Also ward er könig. Vber das hauffet er noch mer laster, schlug seines bruders sun zu todt, vnd thet darnach ausz guter meinung in eyn kloster* Veste, *seins bruders tochter* Rhea Syluia *genannt, damit sie ewig keuschheyt behielt, vnd weiter kein erben desz Reichs auffs bruders seiten kemen. Aber soll sein, schickt sich, darumb warde* Rhea Sylvia *durch* Martem, *ausz dem die Heiden eyn Got gemacht haben, beschlaffen, vnnd gebar zwen männische zwilling*, Romulum *vnd* Remum, *derhalben ward die Nunn jn gefencknusz vom* Amulio *gelegt, vnnd die kinder inn* Tyber *geworffen zu ertrincken, aber das wasser wiech, vnd die kinder blieben onuerseert am gestaden weinent liegen. Hie wil man sagen, es sey eyn wölffin ausz dem nechsten gewiltnusz zum wasser gelauffen, zu trincken, vnd da sie das wainen der kinder erhort, hab sie sich zun kindern genehet, sie gelecket vnd*

zusaugen gehen, in dem sei kummen Faustulus, *eyn hirt des königischen viechs, die kinder zusammen gerafszblet, vnnd frawen*, Acca Laurentia *genannt, heym getragen, weitter zuerneren. Also seint* Romulus *vnnd* Remus *geboren vnd aufferzogen worden. Sie namen zu in manheyt, onuerdrossen in Ställen, vnd bei dem viech, fiengen an in wälden zuiagen, vnd förder sich mit den mördern vnd raubern zuschlagen, liessen denen also offt viel bewten ob. Das verdrosz die rauber, vnd da die hirten jrem Got* Pan, *eyn fest hielten nackent, da fielens heimlich in sie, von welchen sich* Romulus *mit gewalt schlug, aber* Remus *ward gefangen, vnnd dem koenig* Amulio *mit eim falschen zeugnusz, wie er sampt andern hirten stets beraubeten die landtschafft* Numitoris, *vberantwurt, demnach ward er* Numitori *zustraffen übergeben* &c. Additamentum virorum illustrium, ex libris antiquis manuscriptis, quod in recentioribus S. AVRELII VICTORIS editionibus inuenitur, & Iulii Caesaris, Octauiani Caesaris, Catonis Praetorii III. M. Tullii Ciceronis, M. Bruti, C. Cassii Longini, & S. Pompeii historiam complectitur, a versionis auctore, non translatum fuit. In conuertendo SALLVSTIO, se inter cancellos interpres magis continuit, neque alia, quae in textu non inueniuntur, vt in AVRELIO VICTORE factum esse conspeximus, admiscuit. Anteire iussit succinctam vitae SALLVSTII narrationem, quam eiusmodi ornauit praeloquio: *Viel haben beschriben das Leben* SALLVSTII, *vnnd wer doch wol on not gewesen, die weil er ettlicher masz dasselbst in seiner folgenden Vorredt thut, Rürt ihm aber nit gern selbst, den eyssen zuhart an, tregt sein handel am besten für, dann wer wollte sich selbst verrathen? Darumb haben ihn sein nechsten nachbawren recht [illegible] ausbutzen müssen, als nemlich* Cicero *gethan hat [illegible] seinen Schandtreden wider den* SALLVSTIVM, *[illegible] die andern darnach sein Leben — abgemalet [illegible]* &c. Cuilibet SALLVSTII capiti, argumentum [illegible], & initium *praefationis* sallustianae, his ex[illegible] [illegible]bis: *Mit grossem Ernst, sollen alle Menschen w[illegible]*

treffen wöllen die vnuernünfftige thierer, sich befleissen, das sie jr leben nit stilschweigent, on alle gedechtnusz redlicher thaten hienbriengent, gleich dem viech, welches die Natur gebückt, vnnd in viehisch leben geschaffen hat. Wir aber seint jm gemüt des verstandts vnd leip gewaltiger, darum regiert die vernunfft den leip, dardurch dann redliche thaten geschehen. Den verstandt oder das wissen, haben wir mit den göttern, aber das onuerstentlich corpus mit dan bestien gemein. Derhalben dunckt mich meer richtiger sein, ehr zueriagen, mit dem gemüt, dann mit den kräfften des leips, dann das leben, dessen wir vns hie gebrauchen, ist kurtz aber dapffere thaten, machen ein lang gedechtnusz, sonst ist reichthumb, schönheit des leips, alles wie ein wässerblöszlin, deshalben die tugent des gemüts scheint, ist vnd bleibt ewigklich. Ex hisce profecto speciminibus, quilibet intelligere poterit, qualem AVRELIVS VICTOR, & SALLVSTIVS nactus sit interpretem. Posterioris *bellum* catilinarium, & iugurthinum figuris ligno incisis, non adeo inconcinnis ornatum est, inter quas tamen illa, qua fol. XXV. b. Adherbalis cum Iugurtha praelium delineatur, non solum tormentum bellicum; more hodierno confectum, in terra ostendit, sed in mari etiam, nauem ob oculos ponit, tormentis instructum.

CXXCV.

CASSII, *Parmensis, Poetae inter epicos veteres eximii*, Orpheus. Et in eum Nathanys Chytraei Commentariolum ad informandos studiosae iuuentutis mores vtilissimum. *Francofurti apud Ioannem Wechelum M. D. LXXXV.* (1585) in 8. pp. 6c.

Inuentum quidem hoc carmen epicum, a Petro Victorio, viro in omnibus studiis principe, scribit Georgius

gius Fabricius in *Adnotat. ad* Horatii *Epistolar.* Libr. I. Epist. V. col. 2092. edit. Horatii *basileensis* 1580. in fol. sed primum fuisse; qui illud e situ, & obliuione produxerit, vel potius ipse effinxerit, Achillem Statium, Lusitanum, viri docti, vno quasi ore adfirmant. Cum enim is *Commentarium*, *in* Suetonii *de rhetoribus* librum euulgaret, illi hoc carmen subiunxit, & in Brutiis repertum, a Sertorio Quadrimano, secum communicatum esse professus est. Sed ipsum illum Achillem Statium, in suspicionem carminis conficti venisse, testantur Gerard. Io. Vossius *de poetis latinis* p. 27. Conrad. Rittershusius, in *Notis ad* Phaedri L. III. p. 114. Conf. Io. Alb. Fabricii *Bibliothec. latin.* L. IIII. Cap. I. p. 673. Tom. III. p. 266. Vincent. Placcii *Theatr. Pseudonymor.* p. 167. Carmen ipsum tale est:

Arguta primum cum plectra parentis, & auro
Distinctam sumsit citharam Rhodopoëius *heros*
Ridebant segnes pulsus, digitosque micantes
Serius, & chordis indoctae dissona vocis.
Mox pudor exardens & gloria dulcis honesti,
Lusibus auertit puerilibus; omnis & illuc
Perditus incumbens, Musae pallebat amore
Et nunc maternis inhiat, nunc ille paternis
Cantibus: hinc illinc discens dependet vtrinque
Nulla Venus *faciem coepit mentita dolosis*
Compedibus: somni fuerat, parcusque Lyaei,
Donec, ridiculus dudum, modulamine syluas
Euulsosque suis scopulos radicibus egit:
Ausus & ire viam mortalibus inconcessam,
Poenarum oblitos demulsit carmine manes.
Non leuis adscensus; siquis petit ardua: sudor
Plurimus hunc tollit: nocturno exsomnis oliuo.
Immoritur: delet, quod mox laudauerat in se
Qui cupit aeternae donari frondis honore.

Insertum iam fuit a Georgio Fabricio, in *Adnotation. ad* Horatii l. cit. a Conrado Rittershusio *Adnotat. ad* Phaedri l. cit. qui & Matthiae Bergii *metaphrasin* adiunxit

iunxit graecam. Nathan Chytraeus, editionem suam, nitide excusam, & nostra aetate valde raram, dicauit carmine epico, Christiano Distelmeyero, *Electoris* brandenburgici *Consiliario*. In Commentario suo, nonnulla dixit, de auctore, de patria eius, de Orpheo, de fragmento ipso, & de illius argumento, qua occasione de indiciis bonae indolis, de adiumentis, quibus bona indoles magnopere indiget, quae in flore aetatis, a pueris, & adolescentibus ingenuis potissimum fieri oporteat, & de impedimentis, quae bonae indolis pueris, & adolescentibus, potissimum sint fugienda, multa praeclare disseruit. Librum quidem a Nathane Chytraeo, ad calcem latinae versionis *Galatei*, quem italice scripsit Ioannes Casa, *Francof.* 1575. in 8. editum esse, perhibet Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. latin.* l. cit. p. 673. not. (s) sed eiusmodi editionem inueniri, maximopere dubitamus, cum ex descriptione *Galatei*, quam Tom. I. *Adparat. literar.* p. 471 sqq. suppeditauimus, oppido adpareat, *Galateum* ante annum 1577. a Chytraeo non editum esse, quo nimirum anno, eius *epistola* dedicatoria, *ad* Nicolaum Casam, *regni* Daniae *Cancellarium*, Rostochii scripta fuit. Sine dubio, haec, quae ante oculos est, omnium prima Nathanis Chytraei est editio, quae quidem, si formam illius spectaueris, Ioannis Casae *Galateo*, a Nathane Chytraeo, in latinum sermonem conuerso, adligari commode poterit, sed illam eum in finem, a Chytraeo euulgatam esse, vix ac ne vix quidem persuadere nobis possumus.

Quod ad CASSIVM adtinet, ad quem *poemation* referunt, eumdem esse dicunt, de quo Horatius L. I Sat. X. v. 62 sqq. scripsit:

Non secus ac siquis pedibus quid claudere senis,
Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem coenatus, Etrusci
Quale fuit CASSI *rapido feruentius amni*
Ingenium; capsi quem fama est esse, librisque
Ambustum propriis.

Eum

Eum Parma oriundum Horatius alio loco prodidit, nimirum Libr. I. Epist. IIII. ad Album Tibullum v. 3.

Albi *nostrorum sermonum candide iudex*
Quid nunc te dicam facere in regione pedana?
Scribere quod CASSI parmensis *opuscula vincat?*

Discrepare plurimum videntur ea, quae Valerius Maximus L. I. Cap. VII. de illo retulit, a narratione Horatii, *cum apud* Actium, inquit, M. Antonii *fractis opibus*, CASSIVS parmensis, *qui partes eius sequutus fuerat*, Athenas *confugit*, *ubi concubia nocte, cum solicitudinibus & curis mente sopita, in lectulo iaceret, existimauit ad se venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalidum barba, & capillo demisso. Interrogatumque quisnam esset, respondisse* κακοδαίμονα. *Perterritus deinde tam tetro visu, & nomine horrendo, seruos inclamauit, sciscitatusque est, si quem talis habitus, aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidissent. quibus adfirmantibus, neminem illuc accessisse; iterum quieti & somno se dedit; atque eadem animo eius obuersata est species. Itaque fugato somno, lumen introferri iussit, puerosque a se discedere vetuit. Inter hanc noctem, & supplicium capitis, quo eum Caesar adfecit, paruulum admodum tempus intercessit.* Nathan Chytraeus diuersas hasce narrationes, non alia ratione, inter se conciliari posse existimat, *nisi quis* valeriana *haec, de morte* CASSII, horatiana *vero de exsequiis eiusdem intelligere velit.* Nonnulli igitur Horatii interpretes v. c. Leiunus Torrentius, Petrus Rodellius, & Ludouicus Desprez, in eam inducti fuere sententiam, vt CASSIVM parmensem, diuersum fuisse crederent, hetrusco; sed Abraham Torrenius in *Notis ad* Valerii Maximi l. cit. p. 81. & Ioannes Masson in Q. Horatii Flacci *vita*, *ordine chronologico delineata*, *Lugdun. Bat.* 1708. in 8. p. 157 sqq. CASSIVM parmensem, ab hetrusco minime diuersum, & ipsum illum fuisse, qui vt Velleius Paterculus L. II. Cap. 87. ait, *vltimus ex interfectoribus* Iulii Caesaris, *morte poenas dedit*, demonstrarunt, cum Parma, non

secus

fecus ac Bononia, vt Plinius L. III. *Histor. natural.* C. 15. docuerit, antiquitus ad Herturiam pertinuerit. Vetus scholiastes ad Horatii *Epistolar.* L. I. Ep. IIII. v. 3. interfectorem CASSII, Quintum Varium nominat: *Hic est* CASSIVS, ait, *qui in partibus* Bruti *&* Cassii *Tribunus militum militauit, quibus victis,* Athenas *se contulit.* Quintus Varius *ab* Augusto *missus, vt eum interficeret, studentem reperit, & perempto eo, scrinium cum libris tulit: vnde multi crediderunt,* Thyesten CASSII parmensis *fuisse, scripserat enim multas tragaedias* CASSIVS. Conf. de CASSIO parmensi, praeter scriptores iam nominatos, & alios Horatii commentatores Plinii *Histor. natural.* Libr. XXXI. C. II. vbi ex *epistola* CASSII parmensis, *ad* Marcum Antonium, refert, Cydnum, Ciliciae amnem, podagricis mederi. Suetonius in Octauio Caesare Augusto Cap. IIII. alterius *epistolae* mentionem fecit, in qua CASSIVS parmensis Augusto exprobrat, quod pistoris, & nummularii sit nepos: *materna tibi farina: siquidem ex crudissimo* Ariciae *pistrino hanc finxit manibus collybo decoloratis* Nerolunensis *mensarius.* Lil. Gregor. Gyraldus Dialog. IIII. *de histor. poetar.* T. II. *Operum* p. 160. eius dedit historiam, sed perperam GASSIVM *Seuerum*, parmensem adpellat. Nomen *Caius*, quod ei inditum fuit in *Lexico eruditorum* T. I. col. 1736. apud neminem veterum scriptorum inuenimus. Inter poetas eum etiam, retulit Olaus Borrichius Dissert. I. *de poetis latinis* §. XX. p. 50.

CXXCVI.

PETRI CRINITI *viri eruditissimi* De honesta disciplina lib. XXV. de poetis latinis lib. V. Et poematum lib. II. Cum indicibus suis. Cumque tabellis alphabeticis rerum dictorumque insignium ad finem cuiusque operis nuper ab Ascensio collectis & appositis. *Venundantur in vico sancti Iacobi*



cobi ab Iohanne paruo & ipso ascensio. in fol. folior. 144.

Ex quo tempore, editionem *Operum* PETRI CRINITI *ascensianam*, an. 1508. descripsimus in *Adparat. literar.* Tom. I. p. 662 sqq. recentior quaedam, ab amico nobis cum communicata fuit editio, cuius, & iam tum mentionem fecimus, p. 664. Editioni priori, omni ex parte similis est. In fine librorum *de honesta disciplina*, praeter *legis cautionem*, *contra ineptos criticos* l. cit. p. 663. a nobis excerptam, haec occurrit

Authoris protestatio.

Illud in calce operis addimus PETRVM CRINITVM *in his commentariis nihil omnino approbare, nisi quod a* Romana *tantum ecclesia decretum atque assertum fuerit: ne quis maiore audacia: quam iudicio ad maledicendum atque obtrectandum rapiatur.* Istis verbis typographus addidit: *Rursus ex aedibus* ascensianis *ad Idus Ianuarias. ab Anno salutifero M. D. X.* (1510) In fine libri *V. de poetis latinis* per typothetarum errorem legitur: *Ex aedibus* Ascensianis *ad Octauum Idus Ianuarius M. D. XI.* (1511) Annus enim 1510. denuo adscriptus est in calce voluminis: *Rursus ex aedibus* Ascensianis *ad Idus Ianuarias post natalem Dominicum M. D. X.* Michaeli Maittaire haec Editio, incognita fuisse videtur.

CXXCVII.

M. ANTONII MVRETI Variarum lectionum Libri VIII. Ad Hippolytum Estensem, Cardinalem, ac principem illustrissimum. Cum priuilegio. *Venetiis ex officina Iordani Zilleti MDLIX.* (1559) in 4. folior. 99. si praemissa, adpendicem, & indicem folior. 24. exceperis.

Sine

Sine dubio haec editio, satis nitida & rara, omnium est prima, a M. ANTONIO MVRETO, e Gallia profugo, Venetiis euulgata, quamuis veronenses *Operum* MVRETI editores, *varias* eius *lectiones*, ad editionem *parisiensem* 1531. se exhibuisse adfirmauerint. Nemini enim huc vsque, quod nos quidem sciamus, tam felici esse licuit, vt eiusmodi editionem *parisiensem* conspexerit, id quod iam monuit Niceron in *Memoires* Tom. XXVII. p. 168. vbi *je ne sçai*, ait, *ce que les editeurs de* Verone *ont voulu dire par l'edition de* Paris 1531. *C'est une faute d'impression, & on en trouve dans leur recueil un grand nombre des semblables.* Ipsum autem Niceronum, in adducenda editione prima, errorem admisisse, illius nos docuit inspectio. Minime enim XV. libros, vt is sibi persuasit, sed octo tantum modo libros priores continet. *Epistolam* illis praefixit dedicatoriam, *ad* Hippolytum, *Cardinalem, ac Principem* estensem, quam panegyricam potius orationem in Hippolyti, & Francisci Valesii, Galliarum Regis, laudem compositam, quam epistolam dixeris. Quam sibi praescripserit MVRETVS, in componendis *variarum lectionum* libris, normam, ipse his verbis innuit: *Primum cum in praestantissimis vtriusque linguae scriptoribus multa, vel temporum vel hominum culpa corrupte & deprauate legantur: eaque res vel non animaduersa errorem, vel animaduersa molestiam, & difficultatem legentibus obiicere soleat: eius incommodi vt pars aliqua per me tolleretur operam dedi. deinde cum & illud constet, veteres* latinos *summo studio esse in* Graecorum *imitatione versatos, & eorum locorum, quos illi, ab his acceptos, in vsum suum transtulerunt, diligens & adcurata notatio, magnam his temporibus vtilitatem habere credatur: huius quoque generis inspergenda nonnulla esse duxi. Narratiunculas etiam aliquot admiscui quarundam historiarum, quae neque contritae ac communes essent, neque fore iniucundae cognitu viderentur. Vbi autem ita res tulit, vt ab iis, qui vel aetate nostra, vel etiam superioribus temporibus, in hoc ipso curriculo, indu-*

ſtriam ſuam exercuerant, diſſentirem: feci id, vt & natura, & conſuetudo mea fert, libere: ſed ea tamen moderatione ſeruata, vt imminutam eſſe a me dignitatem ſuam, nemo conqueri poſſit, niſi qui tantum ſibi tribuat, vt errare ſe poſſe non putet. quod neque cuiquam vnquam contigit, & maius eſt, quam vt conuenire in humanam fragilitatem queat. ſed nos quid fecerimus, ipſa res indicabit. teſtatum quidem omnibus eſſe volumus, nihil aliud propoſitum nobis fuiſſe, quam vt ſine cuiusquam offenſione, auxilii aliquid attuliſſe huic ſtudiorum generi diceremur. Hiſce octo libris M. ANTONIVS MVRETVS ſeptem nouos edidit, & Chriſtophoro Plantino excudendos tradidit, qua de re vid. MVRETI *Epiſtolar.* L. III. Ep. LXXVIIII. Prodiit iſta editio *ex officina plantiniana*, *Antuerpiae* 1580. in 8. non 1586. vt in Chriſtophor. Aug. Heumanni *adnotat. ad* Scaeuolae Sammarthani *Elogia* Gallorum L. III. p. 160. legimus. Reperita fuit in eadem *officina plantiniana* editio anno 1587. Alias editiones, qui XV. libros, ob oculos ponunt, recenſet Niceron l. cit.

Tantem conſcripſit MVRETVS *quatuor variarum lectionum libros nouos*, quorum non antiquiorem adtulit Niceronus editionem, quam *auguſtanam*, quae mortuo iam MVRETO, cum libro ſingulari *Obſeruationum iuris* 1600. in 8. euulgata fuit. Omnes libros XVIIII. inſeruit Ianus Gruterus *Lampadi, ſiue Faci artium liberalium* Tom. II. *Francof.* 1604. p. 897 - 1242. Iſtas vero MVRETI lucubrationes, Niceron l. cit. p. 169. eiusmodi condecorauit elogio: MVRET *a joint dans ſes diverſes leçons, l'elegance & la delicateſſe, au jugement, & a bon goût, & on y trouve mille choſes, qui en rendent la lecture agréable.* Prodierunt anno 1727-1730. MARCI ANTONII MVRETI *Opera*, quinque tomis, quibus praemittitur *vita noua* ipſius MVRETI, & *noua de eiusdem Operibus, & editionibus Diſſertatio, Veronae apud Albertum Tumermanum* in 8. At enim haec editio, omne doctorum virorum ſuffragium minime tulit, id quod ſaltem ex

Nice-

Niceroni verbis intelligi poterit, quae l. cit. p. 172. leguntur: *On ne peut trop blâmer ceux, qui conduisent cette edition, qui est d'un mauvais caractère, & sur de vilain papier, par rapport à l'épargne qui leur a fait négliger ce qui pouvoit la rendre plus belle, & par rapport aux fautes d'impression dont elle est remplie. D'ailleurs il auroit fallu mettre à la tête de chaque Ouvrage une Préface, qui contient l'histoire de cet ouvrage, & les differences des éditions qui en ont été faites; car rien n'est plus maigre, ni moins instructif que ce qu'on lit dans la préface generale; qui a été mise, à la tête du Recueil; & où l'on a prétendu instruire le public de tout cela.*

Conf. de MARCO ANTONIO MVRETO, Francisci Bencii ab Aquapendente, Itali, e Societate Iesu, *Oratio in funere* M. ANTONII MVRETI, *Paris. apud Robertum Columbellum* 1585. in 8. & in *Orationibus* Franc. Bencii, quae *Ingolstadii* 1595. in 8. prodiere p. 219 sqq. *Vita* M. ANTONII MVRETI I. C. Presbyteri, & Ciuis romani, *ex scriptis eius, & funebri oratione* Franc. Bencii S. I. Sacerdotis, *ab* Andrea Schotto, *eiusdem* S. I. Sacerdote, *collecta*, quae editionibus *orationum*, *epistolarum & carminum* MVRETI praemitti solet, quas Iacob. Thomasius curauit, v. c. *lipsiensi* 1707. in 8. p. 47 sqq. Eiusd. Iacobi Thomasii *Praefatio ad lectorem*, ibid. p. 3 sqq. *Vita* MVRETI ab Anonymo scripta, vna cum *dissertatione de* MVRETI *Operibus & editionibus*, quae Tomo I. *Operum* MVRETI edit. *veronens.* praemittitur. Iani Nicii Erythraei *Pinacotheca imaginum illustrium* I. p. 11 sqq. edit. lipsiens. 1692. in 8. Scaeuolae Sammarthani *elogia* Gallorum L. 3. p. 158 sqq. Iacobi Aug. Thuani *Historiar. sui temporis* L. LXXXII. Tom. IIII. p. 94. Ioannis Imperialis *Museum historicum* p. 108 sqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 94. Tom. II. P. III. p. 384 sqq. Tom. IIII. P. I. p. 317 sqq. Aegid. Menagii *Antibaillet* Tom. I p. 283 sqq. Niceron l. cit. Io. Vogtii *Apologia, pro* MARCO ANTONIO MVRETO *criminis sodomiae postulato*, quae ex-

ſtat in *Adparatu literario Societatis colligentium Viteberg.* 1717. in 8. Collect. I. p. 93 ſqq. *Anecdotes litteraires ou hiſtoire de ce qui eſt arriué de plus ſingulier & de plus intéreſſant aux Ecrivains* François, *depuis le renouvellement des lettres ſous* François I. *jusqu' à nos jours. Paris* 1750. in 12. Tom. I. p. 35 ſqq.

CXXCIIX.

PETRI VICTORII variarum lectionum Libri XXV. *Florentiae excudebat Laurentius Torrentinus MDLIII.* (1553) *Cum Summi Pontif. & Coſmi Medicis Florent. Ducis II. Priuilegio.* in fol. pp. 410. exceptis praemiſſis & indice pp. 40.

PETRI VICTORII ſcripta omnia, in pretio maxime ſunt, & rara, quod in primis de *variarum lectionum* libris teſtatur *Catalogus Bibliothecae* Kielmannsegg. Tom. II p. 95. *Catalogus biblioth. ſelectiſſ.* Samuel. Engel P. I. p. 161 Nicol. Hieron. Gundlingii *vollſtaendige Hiſtorie der Gelahrheit* T. II. p. 2825. & *Catalog. Biblioth.* Daniel. Salthenii p. 173. & 472. vbi tamen editio tantum modo *lugdunenſis* 1554. in fol. & *argentinenſis* 1609. in 8. quas prima *florentina,* & nitore, & raritate longe ſuperat, libri rari nota commendantur. Librum ſacrum eſſe voluit PETR. VICTORIVS, Alexandro Farneſio, R. E. *Cardinali Vicecancellario. Epiſtola* eius dedicatoria, ſcripta Florentiae *VII. Kal. Septembr.* inſignis eloquentiae, qua enituit VICTORIVS, teſtis eſt. Sequitur illam eorum, quae ſingulis libris, per capita tractantur *index* Liber ipſe talis omnino eſt, vt PETRVM VICTORIVM, in veterum auctorum monumentis, maximo pere verſatum eſſe conſtet. Minime tamen lucubrationes illius, viris criticis ſe, omni ex parte, probauerunt, qui crebro eum impegiſſe, cum in notis & caſtigationibus graecorum ſcriptorum, tur

i

in eorum expofitione, exiftimant. Scaliger in primis, Balzacius, Muretus, & alii, qui *varias lectiones*, & *adnotationes* confcripferunt, paffim in libris fuis adnotarunt errores, quos, in fcriptis eius, & in primis in *variarum lectionum* libris, fe inuenire exiftimant. Adr. Billet fcribit in *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 98. *le principal ouvrage de critique que* VICTORIVS *ait fait*, *est celui*, *des diverses leçons qui ne sont pas grand chose*, *au jugement de* Saliger, in pofterioribus fcaligeranis p. 251. & p. 126. *parce*, *dit-il*, *qu'il n'y a presque*, *que des mots & du babil*, *& fort peu de conjectures. Il ajoute qu'il s'est néanmoins fort appliqué à conferer les livres*, *mais qu'il n'avoit pas le genie propre pour les livres*, *& particulierement pour cette sorte d'etude.* Quaedam a Scaligero, in VICTORIVM effe inclementius dicta, negari non poffe, iam obferuauit Daniel Georg. Morhofius in *Polyhist. literar.* L. V. Cap. I. §. 5. p. 924. Idem Adrian. Baillet p. 99. & Thom. Hyde in *Catalog. Biblioth.* bodleian. Tom. II. p. 231. *Florentiae* anno 1582. *variarum lectionum libros XXIIX. cum additione & alteratione*, in fol. prodiiffe adfirmant. In *Catalogo Bibliothecae* bünauianae editio decem libris inuenitur auctior Tom. I. Vol. III. p. 1882. hoc titulo infignita: PETRI VICTORII *variarum & antiquarum lectionum libri XXXIIX. quibus veterum tum* graecorum *tum* latinorum *loci quamplurimi difficiliores aut emendantur*, *aut explicantur*, *Argentorati sumtibus Lazari Zetzneri* 1609 An vero haec editio decem libris fit auctior, aut ad *florentinam* anni 1582. expreffa XXIIX. tantum modo complectatur libros, ii viderint, quibus illam euoluendi facta fuerit poteftas. Praeter *Catalogum* enim *Bibliothecae* bünauianae, illam referre libros XXXIIX. legimus in Nicol. Hieron. Gundlingii *vollstaendigen Historie der Gelahrheit* Tom. II. p. 2825. not (b. 31) cum e contrario in *Catalogo Bibliothecae* falthenian. p. 472. illa XXIIX. tantum libros complecti dicatur. Conf. de prima editione, cui duplici *indice*, altero *locorum insigniorum tam* graecorum,

 quam

quam latinorum *scriptorum*, *emendatorum*, *vel explicatorum*, altero *rerum ac verborum memorabilium* finis imponitur, *die Nachrichten von einer* hallischen *Bibliothek* Tom. IIX. p. 282 sqq.

Res pertinentes ad PETRVM VICTORIVM, virum doctissimum, qui non modo Hetruriam, sed vniuersam Italiam, eruditionis gloria illustrauit, & anno 1586. aetatis anno LXXXVII. diem obiit supremum, exposuerunt Antonio Benivieni in *vita di* PIERO VETTORI, *l'antico gentilhuomo* fiorentino. *Fiorenza nella stamperia de' Giunti* 1583. in 4. Maxima ex parte, excerpta ex illa videntur, quae leguntur in PETRI VICTORII *elogio*, quod subiunctum est PETRI VICTORII, *&* Io. Caselii *epistolis Flancof.* 1597. in 8. p. 137 sqq. Francesco Bocchi *Orazione sopra le lodi di* PIETRO VETTORI, *Firenz.* 1585. in 4. Lionardi Salviati *Orazione delle lodi di* PIERO VETTORI, exstat in *Raccolta di prose* fiorentine Tom. III. *Firenze* 1719. in 8. p. 81 sqq. Legi praeter ea merentur Ioan. Imperialis *Museum historicum* p. 156. Paul. Freheri *Theatrum virorum eruditione clarorum* p. 1478. Michael Poccianti *Catalogus Scriptorum* florentinor. *Florent.* 1589. in 4. p. 147 sqq. Antoine Teissier *Eloges des Hommes savans* Tom. III. p. 334 sqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* l. cit. Thomae - Pope Blount *Censura celebrium auctorum* p. 673 sqq. Conrad. Samuel. Schurzfleischii *introductio in notitiam Scriptorum* P. III. p. 219 sqq. Nicol. Hieron. Gundlingii *vollstaendige Historie der Gelahrheit* l. cit. Iacobi Bruckeri *Historia critica philosophiae* Tom. IIII p. 197 sqq. Eiusdem *Fragen aus der philosophischen Historie* Tom. VI. p. 218 sqq.

CXXCVIIII.

ADRIANI TVRNEBI *Regii philosophiae graecae Professoris* Aduersariorum tomus primus, duodecim libros continens. Cum Indice copiosissimo. Ad

Ad clarissimum & amplissimum virum Michaëlem Hospitalem Franciae Cancellarium. *Parisiis, Ex officina Gabrielis Buonii, in clauso Brunello sub signo D. Claudii* 1564. *Cum priuilegio Regis* in 4. pp. 243. exceptis praemissis & indice pp. 39.

ADRIANI TVRNEBI Aduersariorum Tomus Secundus duodecim libros continens. Cum Indice copiosissimo. Ad C. V. Erricum Memmium, Supplicum libellorum in Regia magistrum. *Parisiis ex officina Gabrielis Buonii, in clauso Brunello, ad D. Claudii insigne 1565. Cum priuilegio Regis* in 4. pp. 307. praemissis & indice pp. 32. exceptis.

Tanto virorum criticorum adplausu, ADRIANI TVRNEBI *aduersaria* excepta fuere, vt non solum operis elegantissimi ac doctissimi elogio, illa passim in suis celebrarent scriptis, sed Iustus Iosephus etiam Scaliger, in laudandis aliorum operibus, haud adeo prodigus, vno *aduersariorum* libro, plus haberi censeat, quam Victorii omnibus XXV. Niceron in *Memoires* Tom. XXXVIIII. p. 353. *ce livre*, scribit, *a merité l'estime des savans. En effet l'auteur y corrige & explique tant d'endroits difficiles de toutes sortes d'Ecrivains* grecs, *&* latins, *qu'on ne peut qu'y admirer sa sagacité, & son erudition. Ce qu'il y a de louable en lui, est qu'il ne lui arrive jamais de relever durement, ni de reprendre les Savans, à qui il donne au contraire les louanges qu'ils méritent, contre l'ordinaire des critiques, qui se deshonorent souvent, & se rendent méprisables, par la maniére dont ils traitent ceux, qui courent la même carriere qu'eux.* Alia virorum doctorum elogia, de hoc opere, collecta reperiuntur in Thomae-Pope Blount *Censura celebrium Auctorum* p. 688 sqq. & in Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 62 sqq. Omnes *Aduersariorum* editiones valde raras, & inuentu esse difficiles, pro-

diderunt Daniel Gerdesius in *Florileg. libr. rar.* p. 115. Auctor *Thesauri bibliothecalis* Tom. IIII. p. 230. *Catalogus Bibliothecae* faltheniana e p. 172. Editio, quam, manibus nunc versare licet, omnium prima est, quam auctor, ipse cum viueret, euulgauit. Primae parti praemittitur *Silua* TVRNEBI *ad* Michaelem Hospitalium, qua duodecim libros priores ei dicat, vbi de suo opere, & tempore, quo illud consarcinauit, haec talia retulit:

Nos — quo tempore tristis Erynnis
In ferrum ciues odiis furialibus egit,
Scripsimus haec subito nimis indigesta labore:
Confusum chaos glomeratamque agmine turbam,
Atque iteratarum nugantem murmure vocum,
Immemor interdum quas mens reuocauit, inepte
Miscuimus. Nam cum studiis grauioribus esset
Mens aliena, malis patriae communibus aegra;
Auxilium nobis, animiqui leuatio moesti,
Peruolitare fuit doctrinae scripta politae:
Atque notare manu siquid succurreret, & mens
Suggereret: modo chirographis contendere pressa
Et falsi damnare, leui sed semper opella.
Sic charae clades patriae, & mala publica tandem
Hoc peperere malum. schedium sic vendito nostrum.
Nec tamen aerumna lector se existimet vna
Defunctum, restare aliam sibi sentiet hydram,
Cui linguae tot & ora sonant, tot surrigit aures,
Bissenoque trahit sinuosa volumine terga.
Ergo facem, clauamque paret spoliumque leonis
Vt monstrum tutus plaga flammaque sequatur &c.

Qua ratione a Michaele Hospitalio exceptus fuerit hic *Aduersariorum* Tomus, versus docent, qui leguntur in eius *epistolarum* libr. V. in Iani Gruteri *deliciis poetat.* Gallor. P. II. p. 261 sqq.

Ad ADRIANVM TVRNEBVM.

Me tam praeclari noli, TVRNEBE, *putare*
Muneris oblitum, quod semper & omnibus horis
Contrecto manibus, morbi solamen acuti,

Atque

Atque lubens vtor tali tantoque magistro:
Vnde legens disco veterum secreta librorum
Aut reuoco in mentem longos desueta per annos.
Quodsi scripta iuuant tua me tot pondere rerum
Oppressum, tanta curarum mole, senemque
Maxima; crede mihi, iuuenes curisque solutos
Maxima venturos capiet quandoque voluptas.
Felix ille tua potuit qui voce Latinis
Institui; Graecisque *haud ille requiret* Athenas,
Haud Latium, Romamque *beata* Lutetia *tanti*
Moribus ingenioque viri: sed amice futuris
Consule temporibus, scribendi multa laborem
Suscipe, nec dubita chartis mandare, sequentum
Quae veniens aetas sit miratura nepotum:
Aude magnum aliquid: quaeso (nam posse putamus)
Et veterem longo possessam tempore palmam
Extorque Graecis Italisque: *vt propria sicut*
Armorum, sic sit studiorum gloria nobis.

Adiectuntur ADRIANI TVRNEBI *siluae* 1) Leodegarii a Quercu, *ad* ADRIANVM TVRNEBVM *collegam; carmen* hexametron. 2) Eiusdem *ad librum prosopopoeia;* & 3) Fusciani Clerici, in libri commendationem, *Epigramma.* Praeter *corrigendorum, & addendorum elenchum* satis amplum, Tomo primo accessit *index* copiosissimus, *potiorem eorum partem complectens, quae in illo volumine continentur.*

Tomus secundus, qui *Aduersariorum* complectitur libros XII. posteriores, *epistolam* dedicatoriam in fronte gerit, *ad* Erricum Memmium, *supplicum libellorum, in regia magistrum*, exaratam Luteriae Parisiorum *V. Kal. Maias anno* 1565. Initio quaeritur de mendis & erroribus typographicis, quibus prima pars inquinata fuerit, & de titulo operis, qui illo inscio, & inconsulto fuerit praefixus. *Praeterquam*, ait, *quod non satis liberata mendis, & purgata in apertum prodierunt* Aduersaria, *eum imprudente me, ignaro, inscio eis praescripserunt titulum, qui arrogantia sui, & stultitia, me perpetua traduceret apud omnes ordines infamia: vt non tantum meorum peccatorum, quae*



in illis libris nimis multa scimus esse, culpa praestanda esset, sed etiam alienae stultitiae & temeritatis luenda poena. Eum ego titulum vt legi, deum immortalem! quam acerbe grauiterque tuli? vt prope animum despondi, vitaeque renunciaui? & tamen cum eo nomine apud tanti mali auctores conquererer, vltro iniuriam expostulabant, quod ingratus essem in eos, a quibus laudatus & ornatus essem. Vos, inquam, istam laudem ducitis, qua qui afficitur, turpius foediusque se contaminari putat, quam vlla censoria nota? ne multa ita sibi in ea inscriptione belli videbantur, vt vix tandem summis precibus, & obsecrationibus impetrare potuerim, vt de libri principio tam foeda macula labesque tolleretur. Nescimus an hodie exemplaria, cum eiusmodi titulo, qui stomachum adeo TVRNEBO mouit, inueniantur; a nostro sane iam abscissus & nouus ei praemissus videtur, cum ADRIANI TVRNEBI nomen, nullo elogio, si *regium professorem philosophiae graecae* exceperis ornatum compareat. Aegidius quidem Menagius, in *Antibaillet*, Tom. I. edit. *Amstelod.* 1725. in 12. quae VII. constituit Tom. des *Jugemens des Savans* d'Adrien Baillet p. 327. sibi persuadet, ADRIANO TVRNEBO vocem *Aduersaria* displicuisse, sed minime eius sententiae subscribere possumus, cum verba, quae excerpsimus, eum nimio elogio, ab illo qui titulum effinxerat, ornatum fuisse, satis superque produnt. His accedit, quod TVRNEBVS, summis tandem precibus & obsecrationibus se impetrasse adfirmet, vt de libri principio, tam foeda macula labesque tolleretur, nostra autem aetate nulla editio, nullumque, quod ipse Menagius l. cit. fatetur, inueniatur exemplar, quod *Aduersariorum* titulum non in fronte gerat. *Index eorum, quae partim omissa, partim male excusa sunt*, prolixitate illum aequat, qui in fine partis primae occurrit, id quod etiam de *indice rerum scitu dignarum, quae in Tomo II. exstant*, dici debet.

CXC.

ADRIANI TVRNEBI Aduerſariorum Tomi III. Auctorum loci, qui in his ſine certa nota appellabantur, ſuis locis inſerti auctoribusque ſuis adſcripti ſunt. Additi praeterea indices tres copioſiſſimi: vnus rerum & verborum Latinorum: alter Graecorum: tertius Auctorum qui explicantur aut emendantur. Omnia vero in hac altera editione ſumma fide ac diligentia recognita atque emendata, & cum vocum praecipuarum ad oram appoſitione, tum typorum varietate diſtincta & illuſtrata exhibentur. Cum gratia & priuilegio Imperatorio. *Argentinae ſumptibus Lazari Zetzneri M. D. XCIX.* (1599) in fol. col. 1134. ſi praemiſſa, additamenta, & indices pp. 101. non numeraueris.

Cum anno. 1565. ADRIANVS TVRNEBVS mortuus eſſet, ac vidua eius, & amici, inter chartas non nulla inuenirent, quae *Aduerſariorum* Tomo III. quem viuus meditabatur TVRNEBVS, deſtinata fuerant, a ſitu & tenebris liberanda, etiamſi neque ſatis elaborata, neque recognita erant ab auctore, euulganda tamen eſſe duxerunt, illiusque rei curam, filio Adriano Turnebo demandarunt. Is igitur ADRIANI TVRNEBI, *philoſophiae & graecarum literarum Regii profeſſoris, Aduerſariorum Tomum tertium, libros ſex continentem, ad* Chriſtophorum Tuthaeum, *Senatus* pariſienſis *Praeſidem, primum, Paris.* 1573. in fol. emiſit in lucem. Ex illo tempore *Aduerſariorum Tomi tres*, aliquoties iunctim editi fuere. Sic v. c. *Aduerſariorum libri XXX. in tres Tomos diuiſi, Auctorum locis, qui in his ſine certa nota adpellabantur, ſuis locis inſertis, auctoribusque ſuis adſcriptis*, prodierunt *ſtudio & labore* Ioannis Furdini, *Paris. apud Martinum Iuuenem* 1580. in fol. Recuſa fuit haec editio,

Eum Parma oriundum Horatius alio loco prodidit, nimirum Libr. I. Epist. IIII. ad Album Tibullum v. 3.

Albi *nostrorum sermonum candide iudex*
Quid nunc te dicam facere in regione pedana?
Scribere quod CASSI parmensis *opuscula vincat?*

Discrepare plurimum videntur ea, quae Valerius Maximus L. I. Cap. VII. de illo retulit, a narratione Horatii, *cum apud* Actium, inquit, M. Antonii *fractis opibus*, CASSIVS parmensis, *qui partes eius secutus fuerat*, Athenas *confugit*, *vbi concubia nocte*, *cum sollicitudinibus & curis mente sopita*, *in lectulo iaceret*, *existimauit ad se venire hominem ingentis magnitudinis*, *coloris nigri*, *squalidum barba*, *& capillo demisso*. *Interrogatumque quisnam esset*, *respondisse* κακοδαίμονα. *Perterritus deinde tam tetro visu*, *& nomine horrendo*, *seruos inclamauit*, *sciscitatusque est*, *si quem talis habitus*, *aut intrantem cubiculum*, *aut exeuntem vidissent*. *quibus adfirmantibus*, *neminem illuc accessisse*, *iterum quieti & somno se dedit*; *atque eadem animo eius obuersata est species*. *Itaque fugato somno*, *lumen inferri iussit*, *puerosque a se discedere vetuit*. *Inter hanc noctem*, *& supplicium capitis*, *quo eum Caesar adfecit*, *paruulum admodum tempus intercessit*. Nathan Chytraeus diuersas hasce narrationes, non alia ratione, inter se conciliari posse existimat, *nisi quis* valeriana *haec*, *de morte* CASSII, horatiana *vero de exsequiis eiusdem intelligere velit*. Nonnulli igitur Horatii interpretes v. c. Leiunus Torrentius, Petrus Rodellius, & Ludouicus Desprez, in eam inducti fuere sententiam, vt CASSIVM parmensem, diuersum fuisse crederent, hetrusco; sed Abraham Torrenius in *Notis ad* Valerii Maximi l. cit. p. 81. & Ioannes Masson in Q. Horatii Flacci *vita*, *ordine chronologico delineata*, *Lugdun. Bat.* 1708. in 8. p. 157 sqq. CASSIVM parmensem, ab hetrusco minime diuersum, & ipsum illum fuisse, qui vt Velleius Paterculus L. II. Cap. 87. ait, *vltimus ex interfectoribus* Iulii Caesaris, *morte poenas dedit*, demonstrarunt, cum Parma, non

secus

fecuta ac Bononia; vt Plinius L. III. *Histor. natural.* C. 15. docuerit, antiquitus ad Herruriam pertinuerit. Vetus scholiastes ad Horatii *Epistolar.* L. I. Ep. IIII. v. 3. interfectorem CASSII, Quintum Varium nominat: *Hic est* CASSIVS, ait, *qui in partibus* Bruti *&* Cassii *Tribunus militum militauit, quibus victis,* Athenas *se contulit.* Quintus Varius *ab* Augusto *missus, vt eum interficeret, studentem reperit, & perempto eo, scrinium cum libris tulit: vnde multi crediderunt,* Thyesten CASSII parmensis *fuisse, scripserat enim multas tragaedias* CASSIVS. Conf. de CASSIO parmensi, praeter scriptores iam nominatos, & alios Horatii commentatores Plinii *Histor. natural.* Libr. XXXI. C. II. vbi ex *epistola* CASSII parmensis, *ad* Marcum Antonium, refert, Cydnum, Ciliciae amnem, podagricis mederi. Suetonius in Octauio Caesare Augusto Cap. IIII. alterius *epistolae* mentionem fecit, in qua CASSIVS parmensis Augusto exprobrat, quod pistoris, & nummularii sit nepos: *materna tibi farina: siquidem ex crudissimo* Ariciae *pistrino hanc finxit manibus collybo decoloratis* Nerolunensis *mensarius.* Lil. Gregor. Gyraldus Dialog. IIII. *de histor. poetar.* T. II. *Operum* p. 160. eius dedit historiam, sed perperam GASSIVM *Seuerum*, parmensem adpellat. Nomen *Caius*, quod ei inditum fuit in *Lexico eruditorum* T. I. col. 1736. apud neminem veterum scriptorum inuenimus. Inter poetas eum etiam, retulit Olaus Borrichius Differt. I. *de poetis latinis* §. XX. p. 50.

CXXCVI.

PETRI CRINITI *viri eruditissimi* De honesta disciplina lib. XXV. de poetis latinis lib. V. Et poemarum lib. II. Cum indicibus suis. Cumque tabellis alphabeticis rerum dictorumque insignium ad finem cuiusque operis nuper ab Ascensio collectis & appositis. *Venundantur in vico sancti Iacobi*

cobi ab Iohanne paruo & ipso ascensio. in fol. folior. 144.

Ex quo tempore, editionem *Operum* PETRI CRINITI *ascensianam*, an. 1508. descripsimus in *Adparat. literar.* Tom. I. p. 662 sqq. recentior quaedam, ab amico nobis cum communicata fuit editio, cuius, & iam tum mentionem fecimus, p. 664. Editioni priori, omni ex parte similis est. In fine librorum *de honesta disciplina*, praeter *legis cautionem*, *contra ineptos criticos* l. cit. p. 663. a nobis excerptam, haec occurrit

Authoris protestatio.

Illud in calce operis addimus PETRVM CRINITVM *in his commentariis nihil omnino approbare, nisi quod a* Romana *tantum ecclesia decretum atque assertum fuerit: ne quis maiore audacia: quam iudicio ad maledicendum atque obtrectandum rapiatur.* Istis verbis typographus addidit: *Rursus ex aedibus* ascensianis *ad Idus Ianuarias. ab Anno salutifero M. D. X.* (1510) In fine libri *V. de poetis latinis* per typothetarum errorem legitur: *Ex aedibus* Ascensianis *ad Octauum Idus Ianuarius M. D. XI.* (1511) Annus enim 1510. denuo adscriptus est in calce voluminis: *Rursus ex aedibus* Ascensianis *ad Idus Ianuarias post natalem Dominicum M. D. X.* Michaeli Maittaire haec Editio, incognita fuisse videtur.

CXXCVII.

M. ANTONII MVRETI Variarum lectionum Libri VIII. Ad Hippolytum Estensem, Cardinalem, ac principem illustrissimum. Cum priuilegio. *Venetiis ex officina Iordani Zilleti MDLIX.* (1559) in 4. folior. 99. si praemissa, adpendicem, & indicem folior. 24. exceperis.

Sine

Sine dubio haec editio, satis nitida & rara, omnium est prima, a M. ANTONIO MVRETO, e Gallia profugo, Venetiis euulgata, quamuis veronenses *Operum* MVRETI editores, *varias* eius *lectiones*, ad editionem *parisiensem* 1531. se exhibuisse adfirmauerint. Nemini enim huc vsque, quod nos quidem sciamus, tam felici esse licuit, vt eiusmodi editionem *parisiensem* conspexerit, id quod iam monuit Niceron in *Memoires* Tom. XXVII. p. 168. vbi *je ne sçai*, ait, *ce que les editeurs de* Verone *ont voulu dire par l'edition de* Paris 1531. *C'est une faute d'impression, & on en trouve dans leur recueil un grand nombre des semblables.* Ipsum autem Niceronum, in adducenda editione prima, errorem admisisse, illius nos docuit inspectio. Minime enim XV. libros, vt is sibi persuasit, sed octo tantum modo libros priores continet. *Epistolam* illis praefixit dedicatoriam, *ad* Hippolytum, *Cardinalem, ac Principem* estensem, quam panegyricam potius orationem in Hippolyti, & Francisci Valesii, Galliarum Regis, laudem compositam, quam epistolam dixeris. Quam sibi praescripserit MVRETVS, in componendis *variarum lectionum* libris, normam, ipse his verbis innuit: *Primum cum in praestantissimis vtriusque linguae scriptoribus multa, vel temporum vel hominum culpa corrupte & deprauate legantur: eaque res vel non animaduersa errorem, vel animaduersa molestiam, & difficultatem legentibus obiicere soleat: eius incommodi vt pars aliqua per me tolleretur operam dedi. deinde cum & illud constet, veteres* latinos *summo studio esse in* Graecorum *imitatione versatos, & eorum locorum, quos illi, ab his acceptos, in vsum suum transtulerunt, diligens & adcurata notatio, magnam his temporibus vtilitatem habere credatur: huius quoque generis inspergenda nonnulla esse duxi. Narratiunculas etiam aliquot admiscui quarundam historiarum, quae neque contritae ac communes essent, neque fore iniucundae cognitu viderentur. Vbi autem ita res tulit, vt ab iis, qui vel aetate nostra, vel etiam superioribus temporibus, in hoc ipso curriculo, indu-*

ſtriam ſuam exercuerant, diſſentirem: feci id, vt & natura, & conſuetudo mea fert, libere: ſed ea tamen moderatione ſeruata, vt imminutam eſſe a me dignitatem ſuam, nemo conqueri poſſit, niſi qui tantum ſibi tribuat, vt errare ſe poſſe non putet. quod neque cuiquam vnquam contigit, & maius eſt, quam vt conuenire in humanam fragilitatem queat. ſed nos quid fecerimus, ipſa res indicabit. teſtatum quidem omnibus eſſe volumus, nihil aliud propoſitum nobis fuiſſe, quam vt ſine cuiusquam offenſione, auxilii aliquid attuliſſe huic ſtudiorum generi diceremur. Hiſce octo libris M. ANTONIVS MVRETVS ſeptem nouos edidit, & Chriſtophoro Plantino excudendos tradidit, qua de re vid. MVRETI *Epiſtolar.* L. III. Ep. LXXVIIII. Prodiit iſta editio *ex officina plantiniana*, *Antuerpiae* 1580. in 8. non 1586. vt in Chriſtophor. Aug. Heumanni *adnotat. ad* Scaeuolae Sammarthani *Elogia* Gallorum L. III. p. 160. legimus. Reperita fuit in eadem *officina plantiniana* editio anno 1587. Alias editiones, qui XV. libros, ob oculos ponunt, recenſet Niceron l. cit.

Tantem conſcripſit MVRETVS *quatuor variarum lectionum libros nouos*, quorum non antiquiorem adtulit Niceronus editionem, quam *auguſtanam*, quae mortuo iam MVRETO, cum libro ſingulari *Obſeruationum iuris* 1600. in 8. euulgata fuit. Omnes libros XVIIII. inſeruit Ianus Gruterus *Lampadi, ſiue Faci artium liberalium* Tom. II. *Francof.* 1604. p. 897-1242. Iſtas vero MVRETI lucubrationes, Niceron l. cit. p. 169. eiusmodi condecorauit elogio: MVRET *a joint dans ſes diverſes leçons, l'elegance & la delicateſſe, au jugement, & a bon goût, & on y trouve mille choſes, qui en rendent la lecture agréable.* Prodierunt anno 1727-1730. MARCI ANTONII MVRETI *Opera*, quinque tomis, quibus praemittitur *vita noua* ipſius MVRETI, & *noua de eiusdem Operibus, & editionibus Diſſertatio, Veronae apud Albertum Tumermanum* in 8. At enim haec editio, omne doctorum virorum ſuffragium minime tulit, id quod ſaltem ex Nice-

Niceroni verbis intelligi poterit, quae l. cit. p. 172. leguntur: *On ne peut trop blâmer ceux, qui conduisent cette edition, qui est d'un mauvais caractére, & sur de vilain papier, par rapport à l'épargne qui leur a fait négliger ce qui pouvoit la rendre plus belle, & par rapport aux fautes d'impression dont elle est remplie. D'ailleurs il auroit fallu mettre à la tête de chaque Ouvrage une Préface, qui contient l'histoire de cet ouvrage, & les differences des éditions qui en ont été faites; car rien n'est plus maigre, ni moins instructif que ce qu'on lit dans la préface generale; qui a été mise, à la tête du Recueil; & où l'on a prétendu instruire le public de tout cela.*

Conf. de MARCO ANTONIO MVRETO, Francisci Bencii ab Aquapendente, Itali, e Societate Iesu, *Oratio in funere* M. ANTONII MVRETI, *Paris. apud Robertum Columbellum* 1585. in 8. & in *Orationibus* Franc. Bencii, quae *Ingolstadii* 1595. in 8. prodiere p. 219 sqq. *Vita* M. ANTONII MVRETI I. C. Presbyteri, & Ciuis romani, *ex scriptis eius, & funebri oratione* Franc. Bencii S. I. Sacerdotis, *ab* Andrea Schotto, *eiusdem* S. I. Sacerdote, *collecta*, quae editionibus *orationum, epistolarum & carminum* MVRETI praemitti solet, quas Iacob. Thomasius curauit, v. c. *lipsiensi* 1707. in 8. p. 47 sqq. Eiusd. Iacobi Thomasii *Praefatio ad lectorem*, ibid. p. 3 sqq. *Vita* MVRETI ab Anonymo scripta; vna cum *dissertatione de* MVRETI *Operibus & editionibus*, quae Tomo I. *Operum* MVRETI edit. *veronens.* praemittitur. Iani Nicii Erythraei *Pinacotheca imaginum illustrium* I. p. 11 sqq. edit. lipsiens. 1692. in 8. Scaeuolae Sammarthani *elogia* Gallorum L. 3. p. 158 sqq. Iacobi Aug. Thuani *Historiar. sui temporis* L. LXXXII. Tom. IIII. p. 94. Ioannis Imperialis *Museum historicum* p. 108 sqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 94. Tom. II. P. III. p. 384 sqq. Tom. IIII. P. I. p. 317 sqq. Aegid. Menagii *Antibaillet* Tom. I p. 233 sqq. Niceron l. cit. Io. Vogtii *Apologia, pro* MARCO ANTONIO MVRETO *criminis sodomiae postulato*, quae ex-

ſtat in *Adparatu literario Societatis colligentium Viteberg.* 1717. in 8. Collect. I. p. 93 ſqq. *Anecdotes litteraires ou hiſtoire de ce qui eſt arrivé de plus ſingulier & de plus intéreſſant aux Ecrivains* François, *depuis le renouvellement des lettres ſous* François I. *jusqu' à nos jours. Paris* 1750. in 12. Tom. I. p. 35 ſqq.

CXXCIIX.

PETRI VICTORII variarum lectionum Libri XXV. *Florentiae excudebat Laurentius Torrentinus MDLIII.* (1553) *Cum Summi Pontif. & Coſmi Medicis Florent. Ducis II. Priuilegio.* in fol. pp. 410. exceptis praemiſſis & indice pp. 40.

PETRI VICTORII ſcripta omnia, in pretio maxime ſunt, & rara, quod in primis de *variarum lectionum* libris teſtatur *Catalogus Bibliothecae* Kielmannsegg. Tom. II p. 95. *Catalogus biblioth. ſelectiſſ.* Samuel. Engel P. I. p. 161 Nicol. Hieron. Gundlingii *vollſtaendige Hiſtorie der Gelahrheit* T. II. p. 2825. & *Catalog. Biblioth.* Daniel. Salthenii p. 173. & 472. vbi tamen editio tantum modo *lugdunenſis* 1554. in fol. & *argentinenſis* 1609. in 8. quas prima *florentina*, & nitore, & raritate longe ſuperat, libri rari nota commendantur. Librum ſacrum eſſe voluit PETR. VICTORIVS, Alexandro Farneſio, R. E. *Cardinali Vicecancellario. Epiſtola* eius dedicatoria, ſcripta Florentiae *VII. Kal. Septembr.* inſignis eloquentiae, qua enituit VICTORIVS, teſtis eſt. Sequitur illam eorum, quae ſingulis libris, per capita tractantur *index.* Liber ipſe talis omnino eſt, vt PETRVM VICTORIVM, in veterum auctorum monumentis, maximopere verſatum eſſe conſtet. Minime tamen lucubrationes illius, viris criticis ſe, omni ex parte, probauerunt, qui crebro eum impegiſſe, cum in notis & caſtigationibus graecorum ſcriptorum, tum

in

in eorum expositione, existimant. Scaliger in primis, Balzacius, Muretus, & alii, qui *varias lectiones*, & *adnotationes* conscripserunt, passim in libris suis adnotarunt errores, quos, in scriptis eius, & in primis in *variarum lectionum* libris, se inuenire existimant. Adr. Billet scribit in *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 98. *le principal ouvrage de critique que* VICTORIVS *ait fait, est celui, des diverses leçons qui ne sont pas grand chose, au jugement de* Saliger, in posterioribus scaligeranis p. 251. & p. 126. *parce, dit-il, qu'il n'y a presque, que des mots & du babil, & fort peu de conjectures. Il ajoute qu'il s'est néanmoins fort appliqué à conferer les livres, mais qu'il n'avoit pas le genie propre pour les livres, & particulierement pour cette sorte d'etude.* Quaedam a Scaligero, in VICTORIVM esse inclementius dicta, negari non posse, iam obseruauit Daniel Georg. Morhofius in *Polyhist. literar.* L. V. Cap. I. §. 5. p. 924. Idem Adrian. Baillet p. 99. & Thom. Hyde in *Catalog. Biblioth.* bodleian. Tom. II. p. 231. *Florentiae* anno 1582. *variarum lectionum libros XXIIX. cum additione & alteratione*, in fol. prodiisse adfirmant. In *Catalogo Bibliothecae* bünauianae editio decem libris inuenitur auctior Tom. I. Vol. III. p. 1882. hoc titulo insignita: PETRI VICTORII *variarum & antiquarum lectionum libri XXXIIX. quibus veterum tum* graecorum *tum* latinorum *loci quamplurimi difficiliores aut emendantur, aut explicantur, Argentorati sumtibus Lazari Zetzneri* 1609 An vero haec editio decem libris sit auctior, aut ad *florentinam* anni 1582. expressa XXIIX. tantum modo complectatur libros, ii viderint, quibus illam euoluendi facta fuerit potestas. Praeter *Catalogum* enim *Bibliothecae* bünauianae, illam referre libros XXXIIX. legimus in Nicol. Hieron. Gundlingii *vollstaendigen Historie der Gelahrheit* Tom. II. p. 2825. not (b. 31) cum e contrario in *Catalogo Bibliothecae* falthenian. p. 472. illa XXIIX. tantum libros complecti dicatur. Conf. de prima editione, cui duplici *indice*, altero *locorum insigniorum tam* graecorum,

 quam

quam latinorum *ſcriptorum*, *emendatorum*, *vel explicatorum*, altero *rerum ac verborum memorabilium* finis imponitur, *die Nachrichten von einer* halliſchen *Bibliothek* Tom. IIX. p. 282 ſqq.

Res pertinentes ad PETRVM VICTORIVM, virum doctiſſimum, qui non modo Hetruriam, ſed vniuerſam Italiam, eruditionis gloria illuſtrauit, & anno 1586. aetatis anno LXXXVII. diem obiit ſupremum, expoſuerunt Antonio Benivieni in *vita di* PIERO VETTORI, *l'antico gentilhuomo* fiorentino. *Fiorenza nella ſtamperia de' Giunti* 1583. in 4. Maxima ex parte, excerpta ex illa videntur, quae leguntur in PETRI VICTORII *elogio*, quod ſubiunctum eſt PETRI VICTORII, *&* Io. Caſelii *epiſtolis Flancof.* 1597. in 8. p. 137 ſqq. Franceſco Bocchi *Orazione ſopra le lodi di* PIETRO VETTORI, *Firenz.* 1585. in 4. Lionardi Salviati *Orazione delle lodi di* PIERO VETTORI, exſtat in *Raccolta di proſe* fiorentine Tom. III. *Firenze* 1719. in 8. p. 81 ſqq. Legi praeter ea merentur Ioan. Imperialis *Muſeum hiſtoricum* p. 156. Paul. Freheri *Theatrum virorum eruditione clarorum* p. 1478. Michael Poccianti *Catalogus Scriptorum* florentinor. *Florent.* 1589. in 4. p. 147 ſqq. Antoine Teiſſier *Eloges des Hommes ſavans* Tom. III. p. 334 ſqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* l. cit. Thomae-Pope Blount *Cenſura celebrium auctorum* p. 673 ſqq. Conrad. Samuel. Schurzfleiſchii *introductio in notitiam Scriptorum* P. III. p. 219 ſqq. Nicol. Hieron. Gundlingii *vollſtaendige Hiſtorie der Gelahrheit* l. cit. Iacobi Bruckeri *Hiſtoria critica philoſophiae* Tom. IIII p. 197 ſqq. Eiusdem *Fragen aus der philoſophiſchen Hiſtorie* Tom. VI. p. 218 ſqq.

CXXCVIIII.

ADRIANI TVRNEBI *Regii philoſophiae graecae Profeſſoris* Aduerſariorum tomus primus, duodecim libros continens. Cum Indice copioſiſſimo.

Ad

Ad clarissimum & amplissimum virum Michaëlem Hospitalem Franciae Cancellarium. *Parisiis, Ex officina Gabrielis Buonii, in clauso Brunello sub signo D. Claudii* 1564. *Cum priuilegio Regis* in 4. pp. 243. exceptis praemissis & indice pp. 39.

ADRIANI TVRNEBI Aduersariorum Tomus Secundus duodecim libros continens. Cum Indice copiosissimo. Ad C. V. Erricum Memmium, Supplicum libellorum in Regia magistrum. *Parisiis ex officina Gabrielis Buonii, in clauso Brunello, ad D. Claudii insigne* 1565. *Cum priuilegio Regis* in 4. pp. 307. praemissis & indice pp. 32. exceptis.

Tanto virorum criticorum adplausu, ADRIANI TVRNEBI *aduersaria* excepta fuere, vt non solum operis elegantissimi ac doctissimi elogio, illa passim in suis celebrarent scriptis, sed Iustus Iosephus etiam Scaliger, in laudandis aliorum operibus, haud adeo prodigus, vno *aduersariorum* libro, plus haberi censeat, quam Victorii omnibus XXV. Niceron in *Memoires* Tom. XXXVIIII. p. 353. *ce livre*, scribit, *a merité l'estime des savans. En effet l'auteur y corrige & explique tant d'endroits difficiles de toutes sortes d'Ecrivains* grecs, *&* latins, *qu'on ne peut qu'y admirer sa sagacité, & son erudition. Ce qu'il y a de louable en lui, est qu'il ne lui arrive jamais de relever durement, ni de reprendre les Savans, à qui il donne au contraire les louanges qu'ils méritent, contre l'ordinaire des critiques, qui se desbonorent souvent, & se rendent méprisables, par la manière dont ils traitent ceux, qui courent la même carriere qu'eux.* Alia virorum doctorum elogia, de hoc opere, collecta reperiuntur in Thomae-Pope Blount *Censura celebrium Auctorum* p. 688 sqq. & in Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 62 sqq. Omnes *Aduersariorum* editiones valde raras, & inuentu esse difficiles, pro-

 dide-



diderunt Daniel Gerdesius in *Florileg. libr, rar.* p. 115. Auctor *Thesauri bibliothecalis* Tom. IIII. p. 230. *Catalogus Bibliothecae* salthenianae p. 172. Editio, quam, manibus nunc versare licet, omnium prima est, quam auctor, ipse cum viueret, euulgauit. Primae parti praemittitur *Silua* TVRNEBI *ad* Michaelem Hospitalium, qua duodecim libros priores ei dicat, vbi de suo opere, & tempore, quo illud consarcinauit, haec talia retulit:

Nos — quo tempore tristis Erynnis
In ferrum ciues odiis furialibus egit,
Scripsimus haec subito nimis indigesta labore:
Confusum chaos glomeratamque agmine turbam,
Atque iteratarum nugantem murmure vocum,
Immemor interdum quas mens reuocauit, inepte
Miscuimus. Nam cum studiis grauioribus esset
Mens aliena, malis patriae communibus aegra;
Auxilium nobis, animiqui leuatio moesti,
Peruolitare fuit doctrinae scripta politae:
Atque notare manu siquid succurreret, & mens
Suggereret: modo chirographis contendere pressa
Et falsi damnare, leui sed semper opella.
Sic charae clades patriae, & mala publica tandem
Hoc peperere malum. schedium sic vendito nostrum.
Nec tamen aerumna lector se existimet vna
Defunctum, restare aliam sibi sentiet hydram,
Cui linguae tot & ora sonant, tot surrigit aures,
Bissenoque trahit sinuosa volumine terga.
Ergo facem, clauamque paret spoliumque leonis
Vt monstrum tutus plaga flammaque sequatur &c.

Qua ratione a Michaele Hospitalio exceptus fuerit hic *Aduersariorum* Tomus, versus docent, qui leguntur in eius *epistolarum* libr. V. in Iani Gruteri *deliciis poetar.* Gallor. P. II. p. 261 sqq.

Ad ADRIANVM TVRNEBVM.

Me tam praeclari noli, TVRNEBE, *putare*
Muneris oblitum, quod semper & omnibus horis
Contrecto manibus, morbi solamen acuti,

Atque

Atque lubens vtor tali tantoque magistro:
Vnde legens disco veterum secreta librorum,
Aut reuoco in mentem longos desueta per annos.
Quodsi scripta iuuant tua me tot pondere rerum
Oppressum, tanta curarum mole, senemque
Maxima, crede mihi, iuuenes curisque solutos
Maxima venturos capiet quandoque voluptas.
Felix ille tua potuit qui voce Latinis
Institui; Graecisque: *haud ille requiret* Athenas,
Haud Latium, Romamque. *beata* Lutetia *tanti*
Moribus ingenioque viri. sed amice futuris
Consule temporibus, scribendi multa laborem
Suscipe, nec dubita chartis mandare, sequentum
Quae veniens aetas sit miratura nepotum.
Aude magnum aliquid: quaeso (nam posse putamus)
Et veterem longo possessam tempore palmam
Extorque Graecis Italisque: *vt propria sicut*
Armorum, sic sit studiorum gloria nobis.

Adnectuntur ADRIANI TVRNEBI *siluae* 1) Leodegarii a Quercu, *ad* ADRIANVM TVRNEBVM *collegam*; *carmen* hexametron. 2) Eiusdem *ad librum prosopopoeia*; & 3) Fusciani Clerici, in libri commendationem, *Epigramma.* Praeter *corrigendorum, & addendorum elenchum* satis amplum, Tomo primo accessit *index* copiosissimus, *potiorem eorum partem complectens, quae in illo volumine continentur.*

Tomus secundus, qui *Aduersariorum* complectitur libros XII. posteriores, *epistolam* dedicatoriam in fronte gerit, *ad* Erricum Memmium, *supplicum libellorum, in regia magistrum*, exaratam Lutetiae Parisiorum *V. Kal. Maias anno* 1565. Initio quaeritur de mendis & erroribus typographicis, quibus prima pars inquinata fuerit, & de titulo operis, qui illo inscio, & inconsulto fuerit praefixus. *Praeterquam*, ait, *quod non satis liberata mendis, & purgata in apertum prodierunt* Aduersaria, *eum imprudente me, ignaro, inscio eis praescripserunt titulum, qui arrogantia sui, & stultitia, me perpetua traduceret apud omnes ordines infamia: vt non tantum meorum peccatorum, quae*

in illis libris nimis multa scimus esse, culpa praestanda esset, sed etiam alienae stultitiae & temeritatis luenda poena. Eum ego titulum vt legi, deum immortalem! quam acerbe grauiterque tuli? vt prope animum despondi, vitaeque renunciaui? & tamen cum eo nomine apud tanti mali auctores conquererer, vltro iniuriam expostulabant, quod ingratus essem in eos, a quibus laudatus & ornatus essem. Vos, inquam, istam laudem ducitis, qua qui afficitur, turpius foediusque se contaminari putat, quam vlla censoria nota? ne multa ita sibi in ea inscriptione belli videbantur, vt vix tandem summis precibus, & obsecrationibus impetrare potuerim, vt de libri principio tam foeda macula labesque tolleretur. Nescimus an hodie exemplaria, cum eiusmodi titulo, qui stomachum adeo TVRNEBO mouit, inueniantur; a nostro sane iam abscissus & nouus ei praemissus videtur, cum ADRIANI TVRNEBI nomen, nullo elogio, si *regium professorem philosophiae graecae* exceperis ornatum compareat. Aegidius quidem Menagius, in *Antibaillet*, Tom. I. edit. *Amstelod.* 1725. in 12. quae VII. constituit Tom. des *Jugemens des Savans* d'Adrien Baillet p. 327. sibi persuadet, ADRIANO TVRNEBO vocem *Aduersaria* displicuisse, sed minime eius sententiae subscribere possumus, cum verba, quae excerpsimus, eum nimio elogio, ab illo qui titulum effinxerat, ornatum fuisse, satis superque produnt. His accedit, quod TVRNEBVS, summis tandem precibus & obsecrationibus se impetrasse adfirmet, vt de libri principio, tam foeda macula labesque tolleretur, nostra autem aetate nulla editio, nullumque, quod ipse Menagius l. cit. fatetur, inueniatur exemplar, quod *Aduersariorum* titulum non in fronte gerat. *Index eorum, quae partim omissa, partim male excusa sunt*, prolixitate illum aequat, qui in fine partis primae occurrit, id quod etiam de *indice rerum scitu dignarum, quae in Tomo II. exstant*, dici debet.

CXC.

ADRIANI TVRNEBI Aduerſariorum Tomi III. Auctorum loci, qui in his ſine certa nota appellabantur, ſuis locis inſerti auctoribusque ſuis adſcripti ſunt. Additi praeterea indices tres copioſiſſimi: vnus rerum & verborum Latinorum: alter Graecorum: tertius Auctorum qui explicantur aut emendantur. Omnia vero in hac altera editione ſumma fide ac diligentia recognita atque emendata, & cum vocum praecipuarum ad oram appoſitione, tum typorum varietate diſtincta & illuſtrata exhibentur. Cum gratia & priuilegio Imperatorio. *Argentinae ſumptibus Lazari Zetzneri M. D. XCIX.* (1599) in fol. col. 1134. ſi praemiſſa, additamenta, & indices pp. 101. non numeraueris.

Cum anno. 1565. ADRIANVS TVRNEBVS mortuus eſſet, ac vidua eius, & amici, inter chartas non nulla inuenirent, quae *Aduerſariorum* Tomo III. quem viuus meditabatur TVRNEBVS, deſtinata fuerant, a ſitu & tenebris liberanda, etiamſi neque ſatis elaborata, neque recognita erant ab auctore, euulganda tamen eſſe duxerunt, illiusque rei curam, filio Adriano Turnebo demandarunt. Is igitur ADRIANI TVRNEBI, *philoſophiae & graecarum literarum Regii profeſſoris, Aduerſariorum Tomum tertium, libros ſex continentem, ad* Chriſtophorum Tuthaeum, *Senatus* pariſienſis *Praeſidem, primum, Paris.* 1573. in fol. emiſit in lucem. Ex illo tempore *Aduerſariorum Tomi tres*, aliquoties iunctim editi fuere. Sic v. c. *Aduerſariorum libri XXX. in tres Tomos diuiſi, Auctorum locis, qui in his ſine certa nota adpellabantur, ſuis locis inſertis, auctoribusque ſuis adſcriptis*, prodierunt *ſtudio & labore* Ioannis Furdini, *Paris. apud Martinum Iuuenem* 1580. in fol. Recuſa fuit haec editio,

editio, teste Niceronо l. cit. *Basileae* 1581. in folio. Exscripta etiam ad illam videtur editio, cuius titulum adscripsimus. Tomis duobus prioribus, eadem praemittuntur, quae in editione modo descripta exstant. Tomo tertio praefixit *epistolion ad* Christophorum Tuthaeum, Adrianus Turnebus filius, scriptum Lutetiae Parisiorum *XII. Cal. Ian.* 1572. quod Ioannis Aurati, poetae regii, *ad* Christophorum Tuthaeum, *epigramma* latinum quo liberos a TVRNEBO relictos, eius curae commendat, & Ioannis Gardesii, *ad* TVRNEBVM *epigramma* graecum excipit. In fine tomi tertii occurrunt Ioannis Spondani, *in* ADRIANI TVRNEBI *Aduersariorum libros, quaedam obseruationes*, quae ex editione *basileensi guariniana* 1581. transcriptae fuerunt, quod ex *epistolio* Spondani, *ad* Thomam Guarinum, *typographum solertissimum* Basil. *XXVI. Nouembr.* 1580. exarato, & *obseruationibus* anteposito colligere licet. *Indices tres* libro adnexi, in titulo iam memorati fuere. Recentior *Aduersariorum* editio, *Aureliopoli* 1604. in fol. excusa, allata est in *Catalogo Bibliothecae* Danielis Salthenii p. 172.

CXCI.

Viri Clariss. ADRIANI TVRNEBI *Regii quondam Lutetiae Professoris* Opera: Nunc primum ex Bibliotheca Ampliss. viri Stephani Adriani F. Turnebi Senatoris regii, in vnum collecta, emendata, aucta, & tributa in Tomos III. Quorum elenchum Lector post praefationem Operum inueniet. Additi sunt singulis Tomis, singuli indices rerum & verborum locupletissimi. Cum gratia & priuilegio imperatorio &c. *Argentorati. Sumptibus Lazari Zetzneri Bibliopolae. Anno Domini M. D. C.* (1600) in fol. pp. 397. 175. & 122. exceptis praemissis, & indice pp. 65.

Li-

Libri, qui raritatis testes sunt, nominantur in *Catalogo Biblioth.* salthen. p. 334. *Praefationem*, *ad* Stephanum Turnebum, ADRIANI F. *in suprema* Francorum *curia*, *regium senatorem*, Operi praefixit Lazarus Zetznerus, Bibliopola argentinensis, qui Ioannis Valcobii, regis Galliarum in S. Consistorio Consiliarii, opera & studio, patris ADRIANI TVRNEBI autographa ab illo impetrauerat. Emendatione igitur indigent, quae in *lexico eruditorum* Tom. IIII. col. 1360. de Odone Turnebo leguntur, qui ex verbis Niceroni Tom. XXXIX. in *Memoires* p. 339. *il a mis des epitres dedicatoires à la tête de quelques ouvrages de son pere qu'il a pris soin de publier*, haud adcurate ponderatis, omnia patris sui opera, iunctim edidisse dicitur. *Epistolam* dedicatoriam sequuntur ADRIANI TVRNEBI *elogia*, partim ligato, partim soluto sermone concepta, & e scriptis Scaeuolae Sammarthani, Gil. Genebrardi, Ioachimi Camerarii, Leodegarii a Quercu, Dionysii Lampini, Michaelis Hospitalii, Steph. Paschasii, Ioachimi Bellaii, Caroli Vtenhouii, & Claudii Roilleti, excerpta, quibus *elenchus variorum Operum* ADRIANI TVRNEBI, quae in hac collectione continentur, succedit. Opera autem tali ordine reposita sunt, vt Tomo I. inueniatur

I. M. T. Ciceronis *Oratio pro* C. Rabirio, *perduellionis reo*, *Commentario* ADR. TVRNEBI *illustrata*. Ipse hunc *commentarium*, ex sua officina typographica euulgauerat *Paris* 1553. in 4. vid. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. III. p. 626.

II. *Commentarii in orationes* M. T. Ciceronis *tres*, *de lege agraria*, *contra* P. Seruilium Rullum. Mortuo iam ADRIANO TVRNEBO, cum *epistola* dedicatoria, ad Stephanum Paschasium, editi fuerant ab Othone filio, *Paris. apud Ioannem Bene-natum* 1576. in 4. vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* l. cit. p. 769. eiusd. *historia typographorum aliquot* parisiensium. p. 63.



III. *Animaduerſiones in* rullianos Petri Rami *commentarios.* Cum Petrus Ramus Ciceronis *de lege agraria orationes tres*, *praelectinonibus* ſuis *illuſtratas*, *Lutetiae apud Ludouicum Grandinum* 1553. in 4. in lucem emitteret TVRNEBVS hasce contra illum conſcripſit *animaduerſiones*, & ſub Leodegarii a Quercu nomine, publici iuris fecit, *Paris. apud Michael. Vaſcoſanum* 1553. in 4. vid. Michaelis Maittaire *Annal. typograph.* l. cit. p. 627.

IIII. Ciceronis *academicarum quaeſtionum liber primus*, *cum commentariis* ADRIANI TVRNEBI, lucem vidit primum *Lutetiae apud* ADR. TVRNEBVM 1553. in 4. vid. Mich. Maittaire l. cit. p. 627.

V. Ciceronis *libri III. de legibus*, *cum Commentario* ADRIANI TVRNEBI, & *epiſtola* dedicatoria, *ad Cardinalem* Odonem Caſtilionaeum, prodierunt *ex officina* ADRIANI TVRNEBI, graecarum *literarum Profeſſoris*, *& typographi regii Paris* 1552. *Calend. Iul.* in 4. & *ex officina Guil. Morelii Paris.* 1557. in 4. vid. Mich. Maittaire l. cit. p. 615. & p. 697.

VI. *Apologia aduerſus quorumdam calumnias*, *ad librum I.* Ciceronis *de legibus Epiſtolion ad* Lancilotum Carlum, regienſem *Epiſcopum* in fronte gerit. Ex ſua officina emiſerat TVRNEBVS, *Paris* 1554. in 4. vid. Mich. Maittaire l. cit. p. 645. Omnis controverſia, quae inter ADRIANVM TVRNEBVM, & Petrum Ramum, caeterosque eius aduerſarios intercedebat, in eo verſabatur, quod ille negauerat, hi adfirmauerant, a Cicerone ſcribi L. III. *de legib.* nihil a veteribus ſtoicis, ad hunc vſum popularem & ciuilem de republ. eſſe diſputatum: & Ciceronem Platonicos, & ariſtotelicos, non ſtoicos imitatum fuiſſe. Conf. de hac diſputatione, *argumenta* in Petri Rami & ADR. TVRNEBI *Commentariis*, ad hunc Ciceronis locum prolata.

VII.

VII. *Locus, in quo tractantur ioci L. II. de Oratore, ab* ADRIANO TVRNEBO *explicatus*. Excudendum hunc libellum curauit TVRNEBVS, *Paris. apud Guil. Morelium* 1555. in 4. *Epistola* dedicatoria exarata est *ad* P. Danesium Delphini Galliarum *Praeceptorem*, vid. Mich. Maittaire l. cit. p. 666.

IIX. Ciceronis *liber de fato*, *& in eumdem commentarius* e propria officina euulgatus fuit, *Paris.* 1552. in 4. vid. Mich. Maittaire l. cit. p. 615.

VIIII. *Disputatio ad librum* Ciceronis *de fato, aduersus quendam, qui non solum logicus esse, verum etiam dialecticus haberi vult.* Petit hac *disputatione*, cum *epistola* dedicatoria, *ad* Lancilotum Carlum *Episcopum* regiensem euulgata, *Paris* 1556. *apud Michael. Vascosanum* in 4. Petrum Ramum, qui occasione quauis adrepta, in Ciceronem inuehebatur, vid. Mich. Maittaire *historiam typographor. aliquot* parisiensium p. 53 sqq. Niceron *Memoires* Tom. XXXVIIII. p. 343. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* l. cit. p. 681.

X. Leodegarii a Quercu *Responsio ad* Audomari Talaei *Admonitionem*. Ipse ADRIANVS TVRNEBVS auctor est. Cum enim animaduerteret, Petrum Ramum auctorem esse *Admonitionis*, quae sub Audomari Talaei nomine prodierat *Paris.* 1556. in 4. sub persona sui amici, in palaestram processit, & hanc *responsionem* in lucem emisit, *Lutetiae ex officina Michaelis Vascosani* 1556. in 4. vid. Auctores modo nominati ll. citt.

XI. *Commentarii & emendationes, in libros* M. Varronis, *de lingua* latina. Typothetarum error est apud Niceronum l. cit. p. 344. cum isti *Commentarii Paris. apud Wechelum* 1556. in 8. editi dicuntur. Mortuo patre illorum editionem curauit filius Odo Turnebus, an. 1566. & *epistolam* dedicatoriam illis praefixit, *ad* Michalem Hospitalem Franciae *Cancellarium*, in qua refert, quod patris manuscripta, & hi ipsi *commentarii*, ita

con-



confusi & perturbati, ita situ & puluere obducti, & lituris deformati fuerint, vt pro derelictis haec omnia habuerint, nisi in tanta rei difficultate Iacobus Daniel in comitatu regio consiliarius, Franciaeque relator, Ioannem Furdinum Rothomago miserit, qui manus hisce *commentariis* admouerit obstetricias. Cum enim is, qui diu cum ADRIANO TVRNEBO vixerat, eique in studiis sedulam nauauerat operam & industriam, eius manum & scripturam paucis cognitam, propter diuturnum vsum, penitus perspectam, & exlploratam haberet, illius labore, industria & vigilantia effectum fuit, vt plurima, quasi tempestate disiecta, e naufragio colligerentur, & quae alioquin penitus erant peritura, seruarentur. Isti *commentarii*, quos Iosephus Iustus Scaliger in *Adpendice ad Coniectanea in* M. Terentium Varronem *de lingua* latina p. 179. *abortiuum magni viri foetum* vocat, cum Varrone aliquoties editi fuere.

XII. ADRIANI TVRNEBI *Commentarius in librum primum carminum* Horatii. Eiusdem *Commentarius, in locos obscuriores* Horatii, *ex eius* Aduersariorum *libris excerptus.* M. Antonii Mureti *&* Aldi Manucii *in eundem* Horatium *Adnotationes.* Et hoc opus posthumum est, quod, vt e *praefatiuncula* Odonis Turnebi, ad lectorem adparet, studio & labori Ioannis Furdini, originem suam acceptam refert, qui illud in lucem edidit *Paris.* 1577. in 8.

XIII. C. Plinii *Historiae naturalis praefatio, emendata & adnotationibus illustrata. Epistolion* praefixit ADRIANVS TVRNEBVS, *ad* Guilielmum Pellicerium Monspessuli *Episcopum.* Opusculum anno 1597. in *officina commeliniana* excusum esse in 8. testatur Niceron l. cit. p. 345.

XIIII. *In eandem* C. Plinii Secundi veronensis *praefationem* Leodegarii a Quercu, rothomagaei *racematio, ad sacratiss. Abbatem diui* Paulli verco-

todunensis Nicolaum Psaulmaeum. Illa finita inuenitur.

XV. *Index rerum & vocum insignium, quae in primo hoc* ADRIANI TVRNEBI *Operum Tomo continentur.*

In Secundo Tomo leguntur:

I. *Versio* latina *libelli* Aristotelis, *de his quae auditu percipiuntur*, Prodiit teste Nicerono l. cit. *Paris.* 1600. in 8. Guilielm. Duvallius inseruit editioni graecolatinae *Operum* Aristotelis Tom. II. p. 783 sqq.

II. Theophrasti *libellus de odoribus* graece *ab* A. TVRNEBO latinitate *donatus*, *& scholiis atque Adnotationibus illustratus.* Prima editio lucem adspexit *Paris. apud Michael. Vascosanum* 1556. in 4. Dicauit illam Margarethae Valesiae *Duci* Biturigum, Henrici II. Gallorum *regis sorori.* vid. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. III. p. 678. Separatim graece & latine, *cum versione & scholiis* ADRIANI TVRNEBI, prodiisse *libros tres* Theophrasti *de igne*, *de odoribus*, *& de lapidibus*, *Paris.* 1566. in 4. retulit Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. graec.* L. III. Cap. VIIII. p. 238.

III. Theophrasti *de lapidibus libellus*, ab eodem latinitate *donatus.* Anno 1557. *Parisiis* editum esse in 4. memorauit Niceron l. cit. p. 345.

IIII. Theoprasti *de igne libellus*, A. TVRNEBO *interprete*, eiusdem *in eundem Annotatiunculae.* Praefixa habet versio latina *epistolam*, *ad* Stephanum Poncerium, Turonum *Archiepiscopum.* Niceron l. cit. *Paris* 1552. in 4 in lucem exiisse scribit. Mich. Maittaire de latina versione, hoc anno edita, nihil retulit, sed p. 612. Theophrastum *de igne*, graece *apud* ADRIAN. TVRNEBVM 1552. editum esse scribit. Conf. Io. Alb. Fabricii l. cit. p. 238. vbi §. VI. aliae versionis latinae recentiores editiones memorantur.

V. Theophrasti *de ventis libellus* A. TVRNEBO *interprete.*

VI. *Versio* latina Plutarchi *de fato, & conuiuio septem sapientum.* Opus esse posthumum ex *praefatione* Odonis Turnebi elucet, *Lutet. Paris.* 1566. scripta.

VII. Plutarchi *Commentarius de primo frigido*, A. TVRNEBO *interprete.* Non solum Plutarchi textus graecus heic reperitur, sed & TVRNEBI *versio* latina. *Parisiis in officina typographica* TVRNEBI, excusa fuit 1552. in 4. vid. M. Maittaire l. cit. p. 612. Versionem latinam sacram esse voluit Petro Montaureo, *Consiliario, & Bibliothecario regio.*

IIX. Plutarchi chaeronaei, *de procreatione animi in* Timaeo Platonis A. T. *interprete.* Et huic versioni, TVRNEBI *officina* parisiensis dedit natales, anno 1552. in 4. vid. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* l. cit. qui eodem anno, librum graecum, *apud. Guil. Morelium*, in 4. excusum esse scribit. *Epistola* versioni latinae praefixa, ad Petrum Gallandium, latinarum *literarum regium Professorem*, scripta est.

VIIII. Plutarchi *de oraculorum defectu liber ab* ADR. TVRNEBO latinitate *donatus, & Annotationibus quibusdam illustratus.* Versionem, quae teste Mich. Maittaire l. cit. p. 678. *Paris. apud Mich. Vascosanum* 1586. in 8. emissa fuit in lucem, inscripsit auctor nomine Caroli *Cardinalis* lotharingici.

X. Plutarchi *libellus de fluuiorum & montium nominibus, & quae in iis reperiuntur, e* graeco *in* latinum *ab* ADR. TVRNEBO *conuersus.* Protulit M. Maittaire l. cit. p. 678. hunc Plutarchi libellum latine, *interprete* Ang. Ver. *Paris. apud Carolum Stephanum* 1556. in 8. & in nota subscripta haec adnotauit: Claudio Lauallo *Archiepiscopo* ebredennensi Ang. Ver. S. — *Huius interpretis nomen, quod integrum noluit adiicere,*

non-

nondum noui. Maussacus *solus memorat* Natalis Comitis, *&* TVRNEBI *versiones, quae ad illius manus peruenerunt: neque alias recenset* Fabricius *in Bibliotheca graeca.* Sed ipsam illam esse TVRNEBI versionem, cui *epistola* dedicatoria nomine abbreuiato Ang. Ver. *ad* Claud. Lauallium praemittitur, ex eo coniicimus, quod eadem *epistola*, nomine Ang. Ver. ad Lauallium scripta, heic TVRNEBI versioni praefigitur, e quo colligimus, vel ipsum TVRNEBVM sub adscito nomine, Ang. Ver. latere, vel ab alio, cui TVRNEBVS versionem suam commiserat, illam editam esse. Niceron in *Memoires* l. cit. p. 346. *Cette traduction*, scribit, *& les precedentes se trouvent dans une edition des morales de* Plutarque *faite à* Geneve *en 1572.* Sed fallitur sine dubio Niceronus. Quod nos enim sciamus anno 1572. non alia *operum moralium* latinorum Plutarchi in lucem prodiit editio, illam si exceperis, quae ab Henrico Stephano profecta est, qui tamen in illa, sicut & in graeca editione librum *de fluuiorum & montium nominibus* omisit, propter ea quod extra dubitationem positum nondum sit, num ille a Plutarcho chaeroneo sit conscriptus. Conf. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. IIII. Cap. XI. p. 364 sqq. E reliquis vero TVRNEBI, quas recensuimus, versionibus, Henricus Stephanus, suae inseruit collectioni, *de primo frigido* Tom. III. p. 278 sqq. *de procreatione animae in* Timaeo Platonis ibid. p. 352 sqq. *de defectu Oraculorum* Tom. I. p. 681 sqq.

XI. Philonis Iudaei, *de vita* Mosis, *libri III.* ADR. TVRNEBO *interprete.* Mich. Maittaire l. cit. p. 633. illos libros, *cum quibusdam ad finem emendationibus*, *Paris. apud* A. TVRNEBVM 1554. in 8. esse euulgatos scribit, quae autem heic desiderantur. *Epistola* praemissa conspicitur *ad Cardinalem* Odonem Castilionaeum.

XII. Demetrii Pepagomeni, *liber de podagra & id genus morbis. Ad Imperatorem* Michaelem Paleologum A. TVRNEBO *interprete.* Non solum latina versio, sed & graecus liber seorsum *Paris. apud Guil. Morelium* 1558. in 8. excusus fuit, vid. Mich. Maittaire l. cit. p. 707. Cum Ioannes Stephanus Bernardus Demetrii Pepagomeni *de podagra librum, Lugduni Batauor.* 1743. in 8. form. mai. in lucem denuo emitteret, TVRNEBI versionem illi adiecit. Quod autem de vero auctore versionis adhuc dubitauerit in *praefatione* p. VII. est quod miramur, cum omnes scrupulos ipsi eximere potuisset Morelii editio, si eam, cum hac, quae inter TVRNEBI *Opera* legitur, versione, conferre illi placuerit.

XIII. Arriani *Periplus Ponti* Euxini, ADR. TVRNEBO *interprete.*

XIIII. Oppiani *de venatione libri IIII. ita conuersi ab* A. T. *vt singula verba, singulis respondeant. In eorum gratiam, qui* graeca *cum* latinis *coniungere volunt.* Vidit ista versio lucem *Parisiis apud Guil. Morelium* 1555. in 4. praemissis *halieuticon* libris, a Laurentio Lippio, collense, versibus heroicis expressis. vid. Mich. Maittaire l. cit. p. 668. De editione Oppiani turnebiana graeca vid. quae in *Analectis literar.* p. 642. sqq. adnotauimus.

XV. M. Τύλλιου Κικέρωνος παράδοξα Δ. Ἑρμηνεία ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΤΟΥΡΝΕΒΟΥ Διδασκάλου βασιλικοῦ. Illis Federic. Morellus praemisit Τετράστιχον

Quae Marcus παράδοξα *penu deprompta* pelasgo
Donarat gazae Tullius ausoniae.
Illa probus doctusque tibi, gens attica *reddit*
Attamen haud graeca TVRNEBVS *ecce fide.*

XVI. *Index rerum & verborum.*

Tomi tertii opuscula haec sunt:

I. *Libelli de Methodo, calore, & vino.* Primum editi fuerunt, cum Aristotelis libro *de his, quae auditu*

auditu percipiuntur, *ab* eodem TVRNEBO latinitate *donato*, *Paris. apud Claud. Morel.* 1600. in 8. vid. Mich. Maittaire l. cit. p. 836. Conf. Daniel. Gerdesii *Florileg. libror. rarior.* p. 281. Io. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 692. qui editionem protulerunt *Paris.* 1608. in 8. quam nullibi reperire nobis licuit, *Analecta literar. de libris rarior.* p. 1015. Recentiores editiones *libelli de vino*, in Germania factas, memorat Niceron l. cit. p. 347 sqq.

II. *Oratio habita post* Io. Tusani *mortem*, *cum in eius locum suffectus esset.*

III. *Praefatio in* Thucidydem.

IIII. *Praefatio in* Dionysium alexandrinum.

V. *Oratio habita*, *cum philosophiam profiteri coepit.*

VI. *Praefatio in* Timaeum Platonis.

VII. *Praefatio in* Phaedonem Platonis, *de animorum immortalitate.* Teste Mich. Maittaire l. cit. p. 812. primum luce donata fuit *Lutet. apud Fed. Morellum* 1595. in 8.

IIX. *Epistola ad* Carolum Maximilianum Francorum *Regem.*

VIIII. *Epistola ad* Michaelem Hospitalium graeca, quae exstat in fronte editionis Aeschyli graecae, *ex officina* ADRIANI TVRNEBI, *typis regiis*, *Paris.* 1552. in 8. euulgatae. Conf. de editione admodum rara Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. II. Cap. XVI. p. 615. Cl. David Clement *Bibliotheque historique & critique des livres difficiles à trouver*. Tom. I. p. 67.

X. *Epistola* graeca *ad* Aimarum Ranconetum, quam praefixit editioni Sophoclis graecae, *cum* graecis Demetrii Triclini *scholiis*, excusae *apud* ADRIAN. TVRNEBVM, *typis regiis Paris* 1553. in 4. vid. Mich. Maittaire l. cit. p. 628. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. II. Cap. XVII. p. 633 sqq. Ista editio rara, & bibliothecarum cimelion est.

XI. *Epistola* graeca, *ad* Carolum Lotharingiae *Cardinalem.* Exstat initio Philonis iudaei graeci, *ex*



Bibliotheca regia, *&* *officina* A. TVRNEBI *typographi regii*, *regiis typis*, *Paris* 1552. in fol. euulgati, vid. Mich. Maittaire l. cit. p. 609. Io. Alb. Fabricii *Bibliothec. graec.* L. IIII. Cap. IIII. p. 106 sqq. *Adparatus literarius* Tom. I. p. 610 sqq.

XII. *Epistola* graeca, *ad* Lancilotum Carlum *Episcopum* rhegiensem, qua illi dicauit Synesium graecum, *ex Bibliotheca regia*, *&* *officina* A. TVRNEBI, *typis regiis*, prolatum *Paris.* 1553. in fol. vid. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* p. 620. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. V. Cap. XXII. p. 231.

XIII. *Epistola* graeca *ad* Nicolaum Mallarium *Theologum*, *&* *Ecclesiasten* S. Mariae, comparet in fronte S. Clementis rom. *epitom. de rebus gestis*, *peregrinationibus*, *&* *concionibus* S. Petri, *ad* Iacobum Hierosolymorum *Episcopum*, graece, *Parisiis apud* ADRIAN. TVRNEBVM 1555. in 4. vid. M. Maittaire l. cit. p. 656.

XIIII. *Epistola* graeca *ad* Ioachimum Camerarium. In *libello nouo*, *epistolas*, *&* *alia quaedem monumenta doctorum superioris* *&* *huius aetatis complectente*, *edito*, *studio* Ioachimi Camerarii *Lipsiae* 1568. haec *epistola* locum inuenit fol. 86 sqq.

XV. *Poemata.* ADRIANI TVRNEBI *poemata* iunctim euulgata fuere, a filio Othone Turnebo, cum *dedicatione* metro adstricta, *ad* Achillem Harlaeum, Bellomontanum, parisiensis *Senatus Praesidem*, *sanctiorisque praetorii Consiliarium*, *Paris.* 1580. in 8. cum iam antea pars eorum in Leodegarii a Quercu *farragine poematum*, *Paris.* 1560. in 16. & in fine *poematum* Georgii Buchanani edit. 1568. in 8. legeretur. Ianus Gruterus illa inseruit *Deliciis poetarum* Gallorum P. III. p. 1014 sqq. Maxima ex parte seorsum, viuo adhuc TVRNEBO excusa fuere. Sic v. c. a) *Panegyricus de* Calisio *capto Parisiis* 1558. in 8. editus fuit. Io. Schardius eum inseruit, cum aliis

poeta-

poetarum gallicorum de hac expeditione carminibus *Scriptoribus rerum* germanicar. Tom. III, p. 19 sqq. b) *Epithalamion* Francisci Valesii, Franciae Delphini, *&* Mariae Stuartae, Scotorum *reginae*, lucem vidit *Paris. apud Guil. Morelium*, eodem anno, in 8. c) *de noua captandae vtilitatis, e literis ratione, epistola, ad* Leoquernum (Leodegarium a Quercu) *Paris.* 1559. in 8. typis exscripta fuit. Sale perfricuit satyrico Petrum Paschalium, pauperis ingenii hominem, qui multa quotidie se editurum promiserat opera, nihilque fere in lucem protulerat. Ioachimus Bellaius gallica illam donauit ciuitate, quae versio titulo: *Nouvelle maniére de faire son profit de l'étude des lettres*, legitur in *Oeuvres poetiques* françoises *de* Ioachim de Bellay, quorum editiones varias recenset David Clement in *Bibliotheque historique & critique des livres difficiles à trouver* Tom. III. p. 66 sqq. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XVI. p. 397. d) *Ad* Michaelem Hospitalem *epistola, de minimorum iudicum iurisdictione tollenda, Paris.* 1560. in 8. e) *ad* Sotericum *gratis docentem.* Per Sotericum intelligit Iesuitam. Patres enim Loiolitae, tunc temporis, vt maiorem sibi in academia parisiensi conciliarent adplausum, praelectiones suas, auditoribus offerebant gratis, id quod TVRNEBVM commouit, vt illos hac satyra perstringeret, quam Stephanus Pasquierus in gallicum sermonem conuertit, & edidit titulo: *Contre le soterique enseignant gratis, Paris* in 4. f) Francisci Duareni, *Iurisconsultorum, huius memoriae facile principis funebre carmen, ab* A. T. Legitur in collectione, quae talem prae se fert titulum: ADRIANI TVRNEBI, Ioannis Aurati, *& doctorum aliquot virorum epitaphia in* Franc. Duarenum, *Iurisconsultorum huius memoriae facile principem. Paris.* 1559. in 4. Collectionis editor est Ludouicus Russardus. g) Ioachimi

 Bel-



Bellaii, Andini *poetae Clarissimi tumulus.* Et hoc carmen in collectione exstat, hoc insignita titulo: *In* Ioachimum Bellaium *virorum doctorum carmina, & tumuli, Paris. apud Federic. Morellum* 1560. in 4. Variis praeter ea *Operum* Io. Bellaii *poeticorum* editionibus adiectum fuit. Hisce vero & aliis *carminibus*, *Operum* TVRNEBI collectioni finis imponitur. Quae illa sequuntur, mortuo TVRNEBO, ab amicis, in eius honorem composita sunt. Nimirum

I. Philarchi Calani *epistola, quae vere exponit Obitum* ADRIANI TVRNEBI, *regii Professoris. Adiecta sunt nonnulla epitaphia, in memoriam tanti viri, ab amicis piis, iisdemque doctissimis conscripta. Paris.* 1565. *apud Federic. Morellum*, in 4.

II. *Oratio funebris de vita & interitu* ADRIANI TVRNEBI *habita* Lutetiae, *in regio auditorio, anno domini* 1565. *mense decembri, per* Leodegarium a Quercu.

III. ADRIANI TVRNEBI *regii Philosophiae Professoris Cl. tumulus, a doctis quibusdam viris, e* graeco, latino, *&* gallico *carmine excitatus, Paris. apud Feder. Morel.* 1565. in 4.

IIII. *In* ADRIANI TVRNEBI *regii philosophiae Professoris Cl. Obitum, naenia*, D. Lambino Monstrol. *eius collecta authore, ibid. apud eumd. eod. anno* in 4.

V. *In* ADRIANI TVRNEBI *Obitum* Ioannis Passeratii *elegia, ad* Dionys. Lambinum, *ib. ap. eumd. eod.* in 4.

VI. P. Ronsardi, Alphonsi d'Elbene, N. Vergerii, Io. Passeratii, St. Paschasii, Henr. Stephani, Mich. Ripautii, Franc. Piccardi *in* A. TVRNEBI *obitum, epicedia* gallica, graeca, & latina. Vltimum tandem in collectione occupat locum

XVI. *Index rerum & verborum, quae in tertio Tomo continentur.* Caue autem existimes, omnia TVRNEBI *opera*, in hac collectione inueniri. Nam praeter *aduersaria* seorsum edita, alia eius

exstant

exstant *opuscula*, quae recenset Niceron l. cit. p. 353 sqq.

In scriptorum, qui res ad ADRIANVM TVRNEBVM pertinentes exposuere, censum veniunt Michael Maittaire in *Historia typographorum aliquot* parisiensium, p. 47 sqq. in *Annal. typograph.* Tom. III. p. 433 sqq. Scaeuola Sammarthanus in *elogiis* Gallorum L. II. p. 83. Aegid. Menagius in *Adnotationibus ad vitam* P. Aerodii, *Quaestoris regii* andegauensis, & Guil. Menagii *Aduocati regii* andegauensis. *Paris.* 1675. in 4. Elogia virorum doctorum, quibus A. TVRNEBVS, in scriptis eorum, passim, ornatus fuit, collegerunt Thomas Pope Blount in *Censura celebrium Auctor.* p. 688. Adr. Baillet in *Jugemens des Savans* Tom. I. P. II. p. 35. Tom. II. P. II. p. 62 sqq. Tom. II. P. III. p. 357 sqq. Tom. IIII. P. I. p. 255. Conf. Aegid. Menagii *Antibaillet* Tom. I. p. 325 sqq. edit. *Amsterdam.* 1725. in 12.

CXCII.

THOMAE REINESII D. Variarum Lectionum Libri III. priores. In quibus de Scriptoribus sacris & profanis classicis plerisque differitur; loca obscuriora multa illustrantur, difficilia explicantur, corrupta emendantur; recentiorum etiam quorundam circa ea frustrationes, Interpretumque in quamplurimis Graecis alucinationes notantur. Adiecti sunt indices necessarii. Cum gratia & priuilegio Sereniss. Elect. Saxoniae ad annos IX. *Altenburgi imprimebat Otto Michael Anno MDCXL,* (1640) in 4. pp. 694. si praemissa & indices pp. 81. non numeraueris.

Insignem excellentis doctrinae gloriam, quam Petrus Victorius, M. Antonius Muretus, Adrianus Tur-

nebus, homines exteri, apud Germaniae viros doctissimos sibi parauerant, eamdem profecto admirationem apud exteros THOMAS REINESIVS, Germanus sibi conciliauit. Luculentus huius rei testis est liber, quem heic proferimus, in *Catalogo Bibliothecae* menckenianae p. 746. asterisco, raritatis indicio notatus, & in *Catalogo Biblioth.* falthen. p. 177. in librorum classem rariorum relatus, qui communi fere omnium criticorum adplausu exceptus fuit. Vt nostris fides constet dictis, vnum heic proferre licebit Ioan. Georgii Graeuii, at quam docti viri! testimonium, qui in *epistola* dedicatoria, qua THOMAE REINESIO, Isaaci Casauboni dicauit *epistolas, Amstelod.* 1655. in 4. editas, hisce REINESIVM compellauit verbis: *Tu non tam vestigia tanti viri* (Casauboni) *premis, quod imputare possunt, quibus hoc Deorum munere licet, quam inuidiosa ingenii vbertate ad eandem eruditionis summam enituisti, vt si a paucissimis discesserimus, quorum nomina, in vno annulo, quod olim non nemo de bonis principibus dixit, inscribi possunt, tu vnus hac tempestate literarum illarum, quibus ὁ θεῖος cultum & praesidium praestitit, fata moreris, earumque gloriam augeas ac tuearis. Nullam ego hic adulationis notam metuo. Satis me ab hac suspicione absoluunt, tot praestantissima ingenii tui monumenta, quibus seculum tibi deuinxisti, ac iuxta aduertisti — Loquuntur variarum lectionum libri, tantis eruditissimorum hominum studiis excepti, vt omnium ora, manusque occuparent, ac nemo eos detrectaret, nisi cui inscitia & liuor oculos praestrinxerat. Et sane absque iis, si essemus, quantum abstrusissimarum rerum nesciremus; quot praeclaros auctores aeterna nos premeret; quot insignia loca in squalore & mendis cubarent; quot omnium seculorum antiquitatis sacrae & profanae mysteria laterent; quot quantique errores, sub auctoritate magnorum nominum, ac splendidis verborum titulis quanto tutiores, tanto & nocentiores, & deprehensu difficiliores nobis imponerent. Quae vti iam omnes, qui doctrina & candore censeri volunt, in admirationem rapuerant, ita magnam*

gnam

gnam exſpectationem illorum, quorum ſpem feciſti, excitarunt, adeo vt nonnulli impatientius ferant, tanta aduocatione ardentiſſima deſideria ſua ſuſpendi &c. Conf. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 292. THOMAM REINESIVM animo habuiſſe conſtitutum, operis ſecundum edere tomum, ſatis dilucide adparet ex titulo, vbi *libri tres priores* adpellantur, & Adrian. Baillet l. cit. *variarum lectionum*, *ſex libros II. Tomis* prodiiſſe ſcripſit, ſed in exquirendo ſecundo volumine, inanem collocauimus operam, omnesque bibliothecarum catalogi, & viri, qui de REINESII vita, & libris ſcriptis expoſuerunt, trium tantum modo librorum faciunt mentionem. Sine dubio Adrianus Baillet, haec ex Georg. Matth. Koenigii *Bibliotheca vetere & noua* transſcripſit, quae, vt Petr. Baile in *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. III. p. 2442. not. D. Ludouicum Moreri, in eumdem induxit errorem, vt *ſex variarum lectionum libros* extare ſibi perſuaderet, & hanc ob cauſſam P. Baile incurreret cenſuram, qui tamen ipſe librum non ſpectauiſſe videtur, cum THOM. REINESIVM plures edere libros animo habuiſſe conſtitutum dubitat. Tituli enim verba *libri tres priores*, id omnino ſatis ſuperque produnt. Initium voluminis facit *epiſtola* dedicatoria, *ad* Fridericum Wilhelmum Saxoniae *Ducem*, ſcripta Altenburgi *d. XII. Febr.* 1640. Ea quae *addenda & emendanda* cenſuit, in tribus libris, in *Epilogum* retulit, *ad Lectorem*, in fine Libri III. conſpicuum. Illum ſequuntur decem *indices* I. *Scriptorum gentilium, & horum ſcholiaſtarum, anonymorum plerorumque, qui in his libris allegantur, explicantur, illuſtrantur.* II. *Scriptorum gentilium, de quibus in his libris diſſeritur, quibus ſua nomina, aetates, opera, lectiones, inſcriptiones, & argumenta reſtituuntur, & vel data opera, vel obiter mendae eximuntur.* III. *Scriptorum veterum, qui plerique chriſtiani ſunt, & in his libris citantur, explicantur, illuſtrantur, vel operibus ipſis, vel inſcriptionibus vel rebus ſuis.* IIII. *Scriptorum chriſtianorum, locis corruptis emaculatorum.* V. *Scripto-*

rum

rum mediae aetatis semibarbarorum, *vel productorum solum*, *vel explicatorum vel correctorum vbi vitiati.* VI. *Scriptorum de re medica*, *& adfinium tam veterum quam recentiorum.* VII. *Doctorum quarumuis nationum*, *a duobus seculis virorum*, *quorum in his libris*, *vel meminit solum*, *vel in literas merita depraedicauit*, *vel sententias*, *censuras*, *lectiones*, *expositiones*, *versiones*, *coniecturas adprobauit*, *& illustrauit.* IIX. *Scriptorum recentiorum*, *a quibus quocunque modo*, *saluis cuiusque honoribus*, *dissentit.* VIIII. *Rerum verborumque memorabilium*, *latinorum*, *latino - barbarorum*, *exoticorum.* X. *notabilium verborum graecorum.* Omni finem volumini imposuit *errorum catalogus*, quos typographus lipsiensis, *homo refractarius*, vt a REINESIO vocatur, in hoc libro sparsit, a quibus ipsa illius clausula, libro adposita, non immunis est: Altenburgi Misniae *exprimebat* Otto Michael *M DC cIↄ Iↄc LX.* qui numeri annum 1640. designare debent. Multas autem *variis* suis *lectionibus* THOMAS REINESIVS sibi contraxit inimicitias, cum viri critici, quorum errores notauerat, id aegre admodum ferrent. Eminent inter eiusmodi aduersarios Gaspar Barthius, & Andreas Riuinus, qui adrepta quauis occasione, REINESIVM in suis scriptis dederunt depexum. Riuino respondit singulari libello, quem titulo *defensionis variarum lectionum*, *contra poetam* lipsiensem, euulgauit *Rostochii* 1653. in 4. qui, vt scripta eius minora omnia, teste Iacobo Bruckero, im *Ehrentempel* deutscher *Gelehrsamkeit* Decad. III. p. 114. inuentu nostra aetate admodum est difficilis. Vid. de hac controuersia, insigni animorum exacerbatione agitata P. Baile *Dictionaire historique & critique* Tom. III. p. 2441. not. B. Adhaerent nostro exemplari *variarum lectionum* haec opuscula reinesiana:

I. THOMAE REINESII *ἱστορούμενα linguae* punicae: *errori populari*, arabicam *& punicam esse eandem*, *opposita. Ad Cl. Theol.* D. Vitum Wolfrum *Nunc post tot annorum latebras primum in publicum producta Opera* Tobiae Seifarti, Leucopetr.

nopetr. *Scholae* altenb. *p. t. Rectore* (Rectoris) *Pusillum hoc: sed doctis etiam perpusilla elegantia, & veritas in minutis suauis est. Altenburgi per Othonem Michaelem anno clↄ Iↄc xxxvii.* (1637) in 4. folior. 54. In calce, variae leguntur literae, a THOMA REINESIO, ad Vitum Wolfrum, &, ab hoc, ad REINESIVM, ob eamdem materiam scriptae. Io. Georg. Graeuius libellum inseruit *Syntagmati variarum dissertationum rariorum Vltraiect.* 1702. in 4.

II. THOMAE REINESII D. *de Deo* Endouellico, *cuius memoria nullibi veterum monumentorum, praeterea quam in Inscriptionibus antiquis in* Villa vizosa Lusitaniae *repertis, & post* Resendium *a* Cl. Grutero *editis, extat, Commentatio parergica:* Plin. *ad* Vespas. Aug. *Res ardua vetustis nouitatem dare, nouis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem; omnibus vero naturam, & naturae suae omnia. Altenburgi per Ottonem Michaelem. Anno MDCXXXVII.* (1637) in 4. folior. 30. Et hanc commentationem Io. Georg. Graeuius, ob insignem raritatem, *Syntagmati* cit. inseruit.

Miramur, quod in *lexico eruditorum* T. III. col. 1990. inter opera REINESII relata fuerit, quae sub eius nomine prodiit, *Schola Iureconsultorum medica, relationum libris aliquot comprehensa, quibus principia medicinae, in ius transsumpta, ex professo examinantur. Lipsiae* 1679. in 8. cum iam Henning. Witten, Niceron, & P. Paile adnotauerint, librum minime ad REINESIVM spectare, & iam anno 1602. *Palermi* in 4. & *Lipsiae* 1604. in 8. titulo: Fortunati Fidelis *de relationibus medicorum libri IIII. in quibus ea omnia, quae in forensibus, ac publicis caussis, Medici referre solent, plenissime traduntur*, editum, REINESII que nomen, a bibliopolis esse praefixum libro, vt emtoribus facerent fucum, & pro nouo opere venditarent.

Mortuus est THOMAS REINESIVS, Ducum Saxoniae Archiater, & ciuitatis altenburgensis Physicus, &

& Consul, Lipsiae, quam in vrbem, depositis muneribus suis discesserat, anno 1667. aetatis anno LXXX. propemodum exacto. Vitam suam ipse literis consignauit, e qua originem duxit *Memoria* THOMAE REINESII, *cum ex curriculo vitae, ab ipso* germanice *conscripto, tum ex aliis schedis renouata, & translata*, quae legitur in Henning. Witten. *Memoriis philosophor. & philologor.* Dec. IIX. p. 461 sqq. Legi praeter ea merentur Friderici Brummeri *panegyrici dicti scriptique* THOM. REINESIO, in *Opusculis* brummerianis, *Lips.* 1712. in 8. p. 487 sqq. Frid. Gotth. Gotteri *Elogia clarorum virorum, qui* Altenburgum, *nostra, patrumque memoria, tum scriptis, tum egregiis meritis illustrarunt, Ien.* 1713. in 8. p. 31 sqq. Io. Fabricii *Historia Bibliothecae* suae P. III. p. 93 sqq. P. Baile *Dictionaire historique & critique* Tom. III. p. 2440 sqq. Niceron *Memoires* Tom. XXX. p. 65 sqq. Iacob. Bruckeri *Ehrentempel* teutscher *Gelehrsamkeit* l. cit.

CXCIII.

IANI RVTGERSII variarum lectionum libri sex ad Gustauum II. Suecorum &c. Regem. *Lugduni Batauorum ex officina Elzeuiriana. Anno cIↄ Iↄc xviii.* (1618) in 4. pp. 638. praemissa pp. 24. sin excepta fuerint.

Viginti octo annorum iuuenis, IANVS RVTGERSIVS hunc librum conscripsit, quem rarum, neque in omnium doctorum esse manibus, nos docuit *Catalog. Biblioth.* salthen. p. 172. Cum illum in lucem ederet, Regis Sueciae Consiliarius, apud ordines Belgii foederati, negotia tractabat, tanta quidem prudentia, vt illum anno 1619. e Belgio reducem Ordini nobilium regni suecici rex adscriberet, & aureo magni pretii torque donaret. *Epistola* dedicatoria, *ad* Gustauum II. Sueciae *Regem*, scripta est *Kal. Nouembr. anno 1617.* Librum

Librum elogiis suis, metro adstrictis, latinis pariter atque graecis condecorarunt Hugo Grotius, Heinsius, & Gerardus Ioannes Vossius. Posterioris epigramma, paullo breuius, heic adscribere licebit:

Turnebe o rediuiue, idem rediuiue Murete,
Vt lego tam varia, & tam bona, IANE, *libens.*
Pagina Turnebi *docta est, facunda* Mureti
Certat at amborum laudibus iste liber.

Opus ipsum praecedit *index capitum Librorum sex.* Quolibet liber nouo titulo ornatus & breui inscriptione, viro cuidam ex adfinibus, & propinquis RVTGERSII dicatus est. I. Hugoni Musio ab Holy, *auunculo, equiti torquato, ordd. duct. emerito, Praetori* dordrechtano, *Baiiuo terr.* stridens. II. Arnoldo Musio ab Holy, *Auunculo, Australis* Hollandiae *Praefecto.* III. Danieli Heinsio, *Affini*, Gustaui II. Suec. *Reg. Historiographo, historiar. in Acad.* Bat. *Prof. eidemque a Bibliotheca & Secretis.* IIII. Cornelio van der Mylen, *Propinquo, Equiti torquato, in* Mylen *&c. domino, Consilii status Ord equestr. non. Assess. Acad.* Batau. *Curatori.* V. Rumoldo Hoogerberio, Rocho Honerdo, Paullo ab Asperen, *Cognatis, Supremi Consilii Assess. Iuris Consultis.* VI. Ioanni Berckio, *Cognato, Equiti torquato, Illustriss.* Batau. *Metrop.* Dordrechti *Consiliario, & Syndico primario.* Operi finis imponitur 1. *Indice Scriptorum veterum, qui apud* RVTGERSIVM *laudantur, illustrantur, emendantur.* 2. *Nomenclatore recentiorum, & amicorum, quorum codices, Censurae, aut diuinationes, in medium adducuntur, probantur, vel reiiciuntur.* 3. *Indice rerum & verborum, sex variarum lectionum libris comprehensorum.* 4. *Indiculo dictionum, & rerum* graecanicarum. In vltima pagina typographus haec adscripsit: Lugduni Batauorum *Typis* Isaaci Elzeuirii *Anno* CIↃ IↃCXVIII. (1618) Daniel Morhofius *Polybistor. literar.* L. V. Cap. I. §. II. p. 926. *opus* vocat *eruditissimum*, & Niceron *Memoires* Tom. XXXII. p. 143. *cet ouvrage*, ait, *est estimé. Le stile en est net,*

&

& poli, & les penseés en sont justes & fines. Il n'est point chargé de citations superflues, il ne rapporte que celles, qui sont necessaires à son Sujet.

Diem obiit supremum IANVS, siue IOANNES RVTGERSIVS, anno 1605. in flore aetatis, cum annum expleuisset XXXVI. & in αὐτοβιογράφων venit censum. Euulgauit *vitam* IANI RVTGERSII, Gustaui Magni, Suecorum *Regis consiliarii, & ad aliquot principes Legati: ab ipso olim conscriptam, & inter schedas eius repertam*, Guilielmus Goes, eius *Nepos*, & *Senatus* Hollandiae *Adsessor. Lugduni Bat.* 1646. in 4. pp. 14. Inserta deinde fuit *vitis selectis viror. quorumdam eruditissimor. Vratislau.* 1739. in 8. p. 162 sqq. Conf. Niceron *Memoires* l. cit. p. 139 sqq. Ioan. Francisc. Foppens *Bibliotheca* belgica Tom. I. p. 551.

CXCIIII.

IACOBI PALMERII *a Grentemesnil* Exercitationes in optimos fere Auctores Graecos, velut Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Polybium, Diodorum Siculum, Appianum, Memnonis fragmentum, Plutarchum, Arrianum &c. vt & in antiquos poetas, Aristophanem, Theocritum, Moschi Idyllia. Cum gemino Indice, Graeco & Latino. *Lugduni Batauorum. Ex officina Danielis, Abrahami, & Adriani a Gaasbeeck* cIↃ IↃc LXVIII. (1568) in 4. pp. 819. si praemissa duo folia, quae marmora arondeliana ob oculos ponunt, & indices folior. 25. & dimid. exceperis.

Raro IACOBVS PALMERIVS exemplo, Martis studia, cum mansuetioribus Musis coniunxit, & cum aures eius lituorum tubarumque clangore vacarent, in bibliotheca consedit, optimos quosque auctores graecos

cos pariter atque latinos, manu diurna nocturnaque versauit, & difficiliores eorum locos, suis suspicionibus & coniecturis illustrauit, & identidem in margine notauit, quod ad emendationem textus, vel elucidationem prodesse videbatur. Minime vero animo habuerat constitutum, hasce emendationes & notas publicare. Sed cum libros suos, ad vsum cum amicis communicaret, qui illum obiurgabant saepius, quod eas notas & emendationes sibi soli reponeret, & publici iuris facere nollet, paruit tandem monitis, & eas breues notas, auctiores & dilucidiores fecit, quo factum est, vt iustum inde volumen conficeret.

Id Heidelbergam ad Ludouicum Fabricium, Theologiae Doctorem, amicum miserat, qui editionem istius laboris, se curare velle promiserat. At dum manuscriptus codex per errorem, ad Bohemiam vsque fertur, & sero ad Fabricium reportatur, typographus, qui prelo opus committere voluerat, inter ea obiit, quae mors omnes PALMERII rationes conturbauit. Delituit itaque codex in Germania, & tandem pluribus annis elapsis, cum iam de eo recipiendo desperaret, vix in eius manus postliminio reuersus est, ob quod infortunium, curam omnem eius editionis abiecerat. Sed meliore fato Ioannes Fridericus Gronouius, vltro ad suscipiendam eam prouinciam se obtulit, licet solo nomine auctorem nouisset. Accepit tam bonam & insperatam conditionem PALMERIVS, qui iam tunc temporis vir erat octogenarius, lubentissime, & codicem suum ad Gronouium misit, qui, nulla interposita mora, in id opus incubuit, & Gaasbeckiis edendum, & typis mandandum dedit. Ipse nos IACOBVS PALMERIVS haec docuit in *praefatiuncula ad lectorem*, quam eius praecedit *epistola* dedicatoria, *ad* Carolum a Sancta Maura, *Ducem* Montauserium. *Exercitationibus* ipsis duplex praemittitur *index*, alter *auctorum antiquiorum, qui in illis illustrantur, & emendantur;* alter *auctorum recentiorum notatorum & emendatorum.* Auctores, in quos *exercitationes* scripsit, eo ordine in libro occurrunt.

runt: Herodotus, Thucydides, Xenophon, Polybius, Diodorus siculus, Appianus, Memnonis *fragmentum*, Plutarchus, Arrianus, Cassius Dio, Scylax cariandensis; Anonymus periegeta, Strabo, Pausanias, Diogenes laërtius, Aristides, Athenaeus, Lucianus, Theophrastus, Demosthenes, Aeschines, Lysias, Andocides, Isaeus, Dinarchus, Antiphon, Lycurgus, *Chronicon marmoris* arondelliani, quibus *marmor* ipsum inseruit; Aristophanes, & eius *Scholiastae*, & Theocritus. Ex hisce *exercitationibus*, recentiores postea auctorum, quos nominauimus, editores, suis passim editionibus inseruerunt, quae ad illustrandum auctorem facere videbantur, id quod v. c. Aegidius Menagius cum Diogene laertio, quocum PALMERIVS *adnotationes* suas ipse communicauerat, cum Diodoro Siculo Petrus Wesselingius, cum Luciano Io. Frider. Reitzius, cum Cassio Dione Hermann. Samuel Reimarus, aliique cum aliis auctoribus fecerunt. Diligenter adnotauit IACOBVS PALMERIVS, ad quas auctorum editiones, *exercitationes* suas scripserat. *Supplementa*, *&* *notas ad marmor* arondellianum, cum eius editore Ioanne Seldeno communicare constituerat, illasque cum *epistola*, quae & heic p. 679 sqq. legitur, ad illum miserat. Cum autem interea Seldenus moreretur, *epistola* & authographum, Londinum paullo tardius missum, ad PALMERIVM, sine responso rediit.

Finem volumini imponit *index* satis amplus, *rerum & verborum* graecorum, & *index rerum memorabilium*. Raras & inuentu difficiles esse PALMERII *exercitationes*, prodiderunt Gottlieb Stolle, in der *Nachricht von denen Büchern, vnd deren Vrhebern in seiner Bibliothek*, P. III. p. 212. vbi etiam recensio illarum exhibetur, Io. Vogtius in *Catalogo libror. rar.* p. 512. *Catalog. Biblioth.* falthenian. p. 63. Conf. de illis Daniel. Georgii Morhofii *Polyhistor. literar.* L. V. Cap. I. §. 9. p. 925. Niceron *Memoires* T. IIX. p. 286. qui scribit: *le* PAVMIER *corrige dans cet ouvrage, & explique un grand nombre d'endroits difficiles*

les avec beaucoup de netteté, & d'erudition. Mr. Huet *dans ses* Origines de Caën, *nous apprend que ce fût sur ses avis, & ses remontrances, que le* PEAUMIER *formale dessein de recüeillir ces observations.*

Fatis concessit IACOBVS PALMERIVS anno 1670. postea quam sub armis consenuisset, & per omnem vitam, doloribus nephriticis excruciatus esset, aetatis anno XXCIII. *Vitam* eius conscripsit Stephanus Morinus, & praefixit PALMERII *descriptioni* Graeciae *antiquae*, *Lugd. Bat.* 1678. in 4. editae; Christianus Gryphius illam inseruit *vitis selectis XVII. eruditissimorum hominum* p. 186 sqq. Conf. Niceron *Memoires* l. cit. p. 274 sqq. Iaqu. George de Chaufepié *Nouveau Dictionaire historique & critique* T. III. litt. P. p. 83 sqq. Ioannis Burchardi & Friderici Ottonis Menckeniorum *Bibliotheca virorum militia aeque ac scriptis illustrium*, p. 325 sqq.

CXCV.

IACOBI PALMERII *a Grentemesnil* Κριτικον Ἐπιχειρημα, siue pro Lucano Apologia, e scriniis Iani Berkelii, Abr. Fil. edita. Accedunt similis argumenti nonnulla alia. *Lugduni Batauorum Apud Fredericum Haaringium* cIↃ IↃcc IV. (1704) in 8. p. 546. exceptis praemissis pp. 35.

Ex Gottlieb Stollii l. cit. sententia, PALMERII *Apologia pro* Lucano, raritate eius *exercitationes* superat. Non ipse PALMERIVS illam edidit, sed autographum, illo mortuo, Abrahami Berckelii curae atque fidei commissum fuit. Is quum pariter diem supremum obiisset, accidit, vt, vxore vidua, filioque impubere, adeoque literariae eiusmodi supellectilis haud gnaris, neque talia valde curantibus, opusculum a quodam subriperetur, apud quem satis diu dilituit, neque forsan in lucem prodiisset, nisi ille morti propinquus, men-

tem veri falſique conſciam, in conſilium adhibuiſſet, ſuosque religionis fide obſtrinxiſſet, vt hoc PALMERII opuſculum, legitimo poſſeſſori, Iano Berckelio, Abrahami F. traderent. Is ipſe hanc rem narrauit in *praefatione ad lectorem* prolixa, quam huic collectioni praemiſit. Conf. *Acta eruditor.* lipſienſ. a. 1708. p. 186. Io. Burchardi & Friderici Ottonis Menckeniorum *Bibliotheca virorum militia aeque ac ſcriptis illuſtrium* p. 326. Suadebant quidem Iano Berckelio Iacobus Gronouius, & Iacobus Perizonius, vt nouam curaret Lucani editionem, illique PALMERII *apologiam* adiungeret, ſed re diu multumque penſitata, Ioannis Ienſii placuit conſilium, qui editori auctor exſtitit, vt *comparationes* quasdam praeſtantiſſimorum poetarum, tam graecorum, quam latinorum, a viris doctiſſimis conſcriptas colligeret, & cum PALMERII *apologia*, vno volumine comprehenſas, in lucem emitteret. Dicauit librum Ianus Berckelius, Rudolpho Celbo, Bartholdo a Slingeland, Pompeio de Rovere, Bartholomaeo a Segwaard, & Ioanni Diebberzio, viris multis, iisque ampliſſimis in Belgio, muneribus conſpicuis, *quorum in primis curae & fidei, res literaria, in ciuitate* dordracena, *gymnaſii publici bono, fuerat commiſſa.* Poſt *praefationem* legitur Ioannis Ienſii, *ad* Ianum Berckelium *epiſtola*, ſcripta Dordraci *poſtridie Kalendas Decembres* 1703. qua Virgilium ab obiecto dudum ei vitio, quod Libr. VI. *Aeneid.* v. 366. non ex ſua, ſed ex Palinuri perſona dixerit

portusque require velinos

vindicat. Iſtam epiſtolam ſequitur Guilielmi Rabi I. V. D. *ad* Ianum Berckelium *carmen* elegiacum, *in* PALMERII *apologiam* ab eo editam.

In *Apologia pro* Lucano PALMERIVS id ſibi potiſſimum datum eſſe exiſtimauit, negotium, vt ea dilueret, quae Ioſephus Scaliger contra Lucani famam prodiderat. Is enim non ſolum, in *epiſtola ad* Mamertum Patiſſonem, Lucano vix medium locum, fortaſſe nec ſubſellia quidem, in penetralibus poeticis, re-

relinquenda esse scripserat, sed in suis etiam *in* Manilium *prolegemenis*, vehementer in Lucanum debacchatus fuerat, cuius rei caussa videri poterit Tom. II. *Adparatus* nostri *literar.* p 1370. Defensionem igitur Lucani in se suscepit PALMERIVS, & illum non solum elegantem poetam, sed etiam rerum mathematicarum satis fuisse peritum demonstrauit. Conscripsit *Apologiam* anno 1629. cum Lutetiae Parisiorum, ob dirimendam litem, quae ei mota fuerat, haereret. Illius recensio vid. in Niceron *Memoires* l. cit. p. 283. in Jaques George de Chaufepié *Nouveau Dictionaire historique & critique* l. cit. p. 84. not. C. Franciscus Oudendorpius omnem *apologiam*, cum Iacobi Mosanti Briosii, *defensione* Lucani, *ad* IACOBVM PALMERIVM scripta, inseruit editioni Lucani, quam curauit *Lugduni Batauor.* 1728. in 4. p. 911 sqq. Addidit Ianus Berckelius *Apologiae*

Renati Rapini *Comparationem* Homeri & Virgilii, e gallico latine redditam. Legitur gallice in *Oeuvres de* René Rapin Tom. I. p. 91 sqq. edit. *à la Haye* 1725. in 12. Prima editio prodierat titulo: *Discours academique sur la Comparaison entre* Virgile & Homere, *recité le XVIIII. Août 1667. dans l'Assemblée qui se fait chez Mr. le premier President*, *Paris* 1668. in 4. pp. 50. Eiusmodi *comparationi* componendae Rapinum admodum imparem, & aliorum ope vsum esse, patet ex *Menagianis* Tom. I. vbi haec p. 82. edit. *Amsterd.* 1713. in 12. legimus, *le Pere* Rapin *n'avoit pas la capacité*, *qu'il falloit pour faire le paralléle de* Virgile, & d'Homere. Mr. le Févre de Saumur *qu'il vouloit convertir en ce tems-la lui fournit les passages* grecs, *qu'il a citez.* Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXXII. p. 155. Quis in latinum sermonem conuerterit Rapini *comparationem*, ab editore Iano Berckelio non adnotatum fuit. Iam anno 1684. euulgata fuerat titulo: *Obseruationes in poemata* Homeri & Virgilii, *e* gallico latine *redditae Traiecti ad Rhen. apud Francisc. Halma* in 12. Recensio istius editio-

 nis



nis vid. in *Actis eruditor*, lipsiens. ann. 1684. p. 560 sqq.

Tertium in collectione occupat locum *illustris* Blondelli *comparatio* Pindari *&* Horatii, *scripta ad Senatus* parisiensis *praesidem*. François Blondel *Comparaison de* Pindare *&* *d'*Horace, exstat etiam gallice in *Oeuvres de* René Rapin Tom. I. p. 433. Ciuitate donata fuit latina a Iano Berckelio. Vid. de Francisco Blondello, regio Matheseos, & Architecturae Professore, P. Baile *Dictionaire historique & critique* T. I. p. 573. Sequuntur

Quarto Iacobi Tollii *poetarum* latinorum *cum* Graecis *comparationes*, quas instituit inter Pindarum & Horatium, Theocritum & Virgilium, Apollonium & Ouidium, Petronium & Virgilium, Virgilium & Homerum, Senecam & Sophoclem. Adiiciuntur nonnullae Iacobi Tollii *adnotationes*. In fine occurrit *Index rerum & verborum memorabilium*. Isti collectioni anno 1707. nouus praefixus fuit titulus, hac ratione conceptus: *Dissertationes selectae criticae de poetis* graecis *&* latinis, *nempe* IACOBI PALMERII Κριτικὸν Ἐπιχείρημα *pro* Lucano *contra* Virgilium, *ex scriniis* I. Berckelii A. F. *&c. omnes simul recensuit & edidit* Ianus Berckelius *Lugd. Bat. apud Cornelium Boutesteyn & Iord. Leuchtmans* in 8. vid. *Acta eruditor*. lipsiens. ann. 1708. p. 186.

CXCVI.

Conclusiones contra quorundam Bohemorum errores eorumque perfidiam communionis fidelium non celebrantium veritatem. catholice probantes cum multis aliis pro sancte romane ecclesie defensione. Vtiliter & fructuose subseruientibus feliciter incipiunt. in 4. folior. 60.

Librum, e bibliothecae portensis publicae loculis proferimus, oppido rarum, cuius auctor, dum in vi-

uis

uis esset, in monasterii portensis fratres cistercienses, admodum liberalem se praestitit. Fuit is BALTHASAR, vt plerumque vocatur, de Lipsia, Theologiae licentiatus, natione misnensis, patria geyrensis, disciplina lipsiensis, qui, priusquam ad Abbatis vigesimi primi, monasterii portensis, perueniret dignitatem, Collegii, quod tunc temporis Lipsiae florebat, Diui Bernhardi fuerat Prouisor. Quo tempore Abbas monasterii portensis constitutus fuerit, non satis constat. Id autem Seculo XV. ad finem vergente, aut initio Seculi XVI. accidisse, suspicamur. Adseruatur adhuc in Bibliotheca portensi, *missale*, fratrum ordinis cisterciensium, a BALTHASARE in vsus fratrum cisterciensium portensium comparatum. Tegumenta illius, inscriptione literis gothicis deauratis expressa, ornata sunt, e qua adparet, BALTHASAREM, cum hunc librum in vsus monasterii portensis compararet, Prouisorem adhuc fuisse monasterii D. Bernhardi lipsiensis. Inscriptio talis est: MISSALE PORTENSIS MONASTERII QVOD COMPARAVIT FRATER BALTHASAR, PROVISOR COLLEGII SANCTI BERNHARDI. ANNO DOMINI MILLESIMO QVADRINGENTESIMO NONAGESIMO QVARTO (1494) IN VIGILIA PASCHATIS. LAVS INCARNATO. AMEN. Abbas monasterii portensis factus nihil intermisit, quod eius incrementa augere atque promouere posset, cuius rei luculenta specimina, in Iustini Bertuchii *chronico* portensi L. I. Cap. III. p. 101 sqq. edit. Io. Martin. Schamelii, *Lips.* 1739. in 4. deprehendes. In Coenaculi, quod hodierno adhuc die superest, Remtorio, siue Refectorio, exstitit olim columna, cuius inscriptio indicabat, BALTHASAREM coenaculum ad meliorem & commodiorem formam redigisse:

Quam vides aulam; Patribus dicatam
Et sacrae mensae & taciturnitati
Huius erexit renouator aedis
BALTHASAR *Abbas.*

 Hic

Hic vt exemplum capiant ab ipso
Posteri patres, bene consulendi
Commodis fratrum, satis huc neglectis
Gaudet & optat.

Mortuus in monasterio portensi anno 1515. sepultusque in templo portensi, eiusmodi elogium nactus est: ANNO DOMINI MDXV. XII. KAL. — BALTHARI SACRAE THEOLOGIAE LICENTIATO DOCTISSIMO ABBATI HVIVS DOMVS XXI. HOC SAXVM POSITVM EST. Catalogum *operum*, quae conscripsit, Anonymus exhibet auctor *Centuriae Scriptorum insignium qui in celeberrimis, praesertim* lipsiensi, wittenbergensi, francfordiana ad Oderam *Academiis, a fundatione ipsarum, vsque ad annum* Christi *1515. floruerunt*, num. XXXIII. ex qua, cum nostris temporibus inuentu admodum est difficilis, illum proferimus: *Capessa*, ait Anonymus ille, *in Theologia licentia quorundam Theologiae scriptorum enucleatione, non parum auditoribus commodi, sibique famae comparauit. Quam postea scriptis illustrans, peracuti ingenii indicia monnumenta quaedam imprimenda curauit, quae vulgo venalia deferuntur: ex quibus subnexa habentur:*

I. *Super expositione Missae Lib. I. Sacrificate sacrificium iustitiae.* Luculenta istius libri, cuius titulus est, *Expositio Canonis sacratissimae Misse*, inuenitur descriptio, in Dauid. Clement V. Cl. *Bibliotheque historique & critique des livres difficiles à trouver* Tom. II. p. 382 sqq. Quatuor eius exstant editiones, *Lipsiae* impressae 1) teste Christophor. Hendreichio in *Pandect.* brandeburgic. p. 401. prodiit 1497. in 4. *a Conrado Kachelofen* excusa, vt Io. Henr. Leichius prodidit in *Annal. typograph.* lipsiens. p. 72. 2) in 4. excusa, haec in fine refert verba: *Canonis sacratissime misse expositio vna cum textu. Secundum dicta & sentenciam sanctorum doctorum compendiose sub forma vtilis repetitionis almo in gymnasio* Lipczensi *per* BALTHASAREM *sacre theologie Licentiatum nec non Collegii beati* Bernhardi *ibidem* pro-

prouisorem. pro dei honore. nec non omnium religiosorum ac simplicium sacerdotum deuota instructione in vnum collecta. que alias satis diffuse inuenitur posita. Finit feliciter Hanc optime lector lege & relege in rem tuam. & profice religiose pro tua anime salute atque optimo profectu. Que impressa est per Melchiorem Lotter. *Anno domini M. CCCCC. IIII.* (1504) 3) in 4. prodiit, & talia adscripta in fine habet verba: *Canonis sacratissime misse expositio. vna cum textu. secundum dicta & sententiam sanctorum doctorum compendiose sub forma vtilis repetitionis almo in gymnasio* Lypczensi *per* BALTHASAREM *sacre theologie Licentiatum nec non Collegii beati* Bernhardi *ibidem prouisorem. pro dei honore. nec non omnium religiosorum ac simplicium sacerdotum deuota institutione in vnum collecta. que alias satis diffuse inuenitur posita. Finit feliciter Hanc optime lector lege & relege in rem tuam. & profice religiose pro tue anime salute atque optimo profectu. Que impressa est per* Melchiorem Lotter. *Anno dni M. CCCCC. VII.* (1507) 4) vt Hermannus von der Hardt, in *antiquis literarum monumentis* retulit *autographis Brunsuigae* 1690. in 8. Tom. I. p. 29. 32. *Lipsiae* 1515. typis mandata fuit. Tres posteriores Io. Henr. Leichii notitiam effugisse videntur.

II. *Super Communione Schismaticorum Lib. I. Nouissime autem resumendo.* Ipse is liber est, cuius titulum exhibuimus integrum. Fecerunt huius libri mentionem Ios. Simlerus in *Bibliotheca* p. 83. Io. Iacob. Frisius in *Bibliotheca*, *Tiguri* 1583. in fol. p. 99. Io. Christophor. Becmannus in *Catalogo Bibliothecae vniuersitatis* francofurtanae, *Francof.* 1706 in fol. p. 24. Io. Henricus Leichius in *Annal. typograph.* lipsiens. p. 68. Michael Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. I. p. 460. editionem adtulit *lipsiensem* 1484. in 4. sed illam merito in dubium vocare videtur Da-

uid Clement V. Cl. l. cit. p. 385. In fine editionis, qua vtimur, haec legimus verba: *Conclusiones vna cum registro contra quorundam* bohemorum *errores eorumque perfidiam. verum modum communionis* Xpi *fidelium secundum ritum & approbationem* romane *ecclesie catholice notificantes. cum multis aliis pro eiusdem ecclesie defensione. vtiliter & fructuose subseruientibus. Nouissime pia pro informatione fructu & vtilitate. omnium vere & recte credentium. per Licentiatum* BALTHASAR. *fratrum collegii sancti* Bernhardi Liptzick *prouisorem. Anno domini 1. 4. 9. 4. ex diuersorum doctorum optima doctrina in vnum compendiose collecte. Ibidemque alma in achademia per modum repetitionis publice declarate. hic pedem statuunt foeliciter,* Hisce verbis, ciuitatis lipsiensis, & typographi, nescimus cuius insignia adposita sunt. Omnis liber, literis gothicis exscriptus in *Conclusiones* XXXIX. distinctus est, quibus tale praemisit exordium: *Nouissime inter resumendum tractatulum resolutorium dubiorum sacratissime misse. Positio cuiusdam magistri* Ioannis Husz. *de perceptione corporis & sanguinis* Cristi *sub vtraque spetie a laicis mihi oblata fuerat. dictis euangelicis* Pauli *diuersorumque doctorum ecclesie ad sensum eiusdem admodum munita. quam prima fronte & superfitietenus inspitiendo. in me ipso attonitus: quid tanta doctrina pro huiusmodi opinione a fide* cristi *aliena adducta sibi velit. Intimius vero eadem perrimando agnoui anguem latentem sub herba. venenum sub melle. & hmoi* cristi *& apostolorum & sanctorum doctorum scripta secundum hunc sensum penitus deprauata naturalem contra eorum intelligentiam pro se adducta. & vt sic in vnum preter nature & artis ordinem mirum immodum conflata Quatinus omnia vt sic praeter sanum intellectum in predicta positione posita & adducta. vere & catholice intelligantur. Oportet inprimis accipi quo tempore* cristi *verba illa vt sic alle-*

allegata. & inferius scripta. vel ad quos ipse affatus sit & dixit. itaque & apostolus & alii sancti doctores. Pro quibus omnibus clare intelligendis catholicas quasdam conclusiones subinferam. Sacrosanctam communionem corporis & sanguinis cristi. *sub vna specie panis tantum fidelibus sumendam non sacrificantibus. salutique eorum esse suffitientissimam. declarantes. Non tamen ex ingenio meo quicquam noui condendo falsa pro veris. iuxta morem prefati nostri aduersarii* Iohannis Husz *in agro dominico seminando. sed potius iuxta sanctissimorum doctorum doctrinam que recta & vera sunt ibidem plantare pre me fero — Apparebit reuera ex sequentibus peraperte quo pacto domina mundi. videlicet sancta mater ecclesia hunc modum communionis cum laicis. ab origine nostre christiane religionis. ex euangelicis dictis obseruare studuit. atque sic obseruare precepit. Antequam tamen illa aggrediar. imprimis laudabilem facere habeo protestationem. Protestor itaque imprimis. me nihil dicere velle. quod contra sanctam fidem catholicam apostolicam* romanam *& orthodoxam militat. aut militare poterit. ymmo etsi quicquam quod deus auertat. per me oppositi dictum fuerit. exnunc prout extunc. extunc prout exnunc reuoco. & pro nullo dicto habere volo. subdendo me humiliter correctioni ecclesie eiusque catholicis doctoribus. Sic protestatione facta In nomine* Hiesu cristi. *qui totus integer & perfectus sub vna specie sumitur. itaque esse & veraciter & catholice creditur. opus meum aggrediar ponendo primam conclusionem.* Foliorum ordo typothetarum errore, post folium XXIII. turbatus, & pro XXIIII. denuo XXIII. & pro XXV sqq. XXXI sqq. positum fuit, quod ipse auctor initio *registri* adnotauit.

III. *Super esu carnium lib. I. Irritum fecistis mandatum dei.*

IIII. *De reformatione religiosorum lib. I. Dialogus est, &c. status quorundam religiosorum.*

V. *Quae-*



V. *Quaestionum disputatarum lib. I.*
VI. *Sermonum de tempore & Sanctis lib. I.*
VII. *Sermones ad Clerum, & Synodales plurimi.*

Haec sunt quae ab auctore *Centuriae* anonymo memorantur, BALTHASARIS de Lipsia, scripta, quibus addimus

IIX. librum, cui eiusmodi titulum praefixit: *Expositio mysteriorum misse* Christi *passionem deuotissime figurantium, metrice atque prosaice posita Et verus modus rite celebrandi. cunctis celebrantibus. & Missam fructuose audire cupientibus. perquam vtilis.*

Huc huc quisquis ades quem Christi *stigmata pungunt*
Alta sacerdotis noscere mysteria
Quidue habeant meriti misse solennia. amictus
Quid varius signet: candide lector habes.

In fine haec oculis subiiciuntur verba: *Tractatulus de expositione misteriorum misse* christi *passionem deuote figurantium. Et de modo celebrandi. per religiosum patrem*, BALTHASAR *Collegii sancti* Bernhardi *prouisorem. sacreque theologie licentiatum. superioribus diebus sub forma vtilis repetitionis. almo in gymnasio* liptzensi *in vnum collectus & declaratus. Iam iterum atque iterum per venerabilem virum Magistrum* Stephanum Gerhardi Regiomontanum *repetitus atque emendatus opera domini Baccalarii* Martini Herbipolensis *impressus feliciter finit ad laudem dei Anno 1501.* vid. Dau. Clement V. C. I. cit. p. 385. Editio antiquior anni 1494. exstat in Io. Henrici Leichii *Annal. typograph.* lipsiens. p. 68. & editio *lipsiensis* 1497. memoratur a Io. Chirst. Becmanno in *Catalog. Biblioth. vniuersitat.* francofurtanae p. 24.



CXCVII.

*CONRADI CELTIS proſeuticum ad diuum Fridericum tertium pro laurea alinari (apollinari) in 4. form. minor. folior. 6.

Rariſſimum hocce opuſculum, ſine omni dubio, primum eſt, quod CONRADVS CELTES protucius, in lucem emiſit. Quo tempore illud euulgatum fuerit, non conſtat. Quodſi tamen coniecturae locus eſt, ipſo illo anno, in lucem fuit editum, quo lauream coronam CELTES ab Imperatore Friderico III. obtinuit. In fine oculis obiicitur, ſiderum, eo tempore, quo CELTES coronatus fuit, coniunctio, his adpoſitis verbis: *Figura celi anno dni. M.CCCCLXXXVII.* (1487) *currente die XIIX. Aprillis hora V. mi. XLI. ſecunda XII. inequatis: equatis autem hora VI. mi. I. ſecunda XX. poſt meridiem. Quo tempore birettatus & laureatus eſt a Ceſare in arce* normbergenſi CONRADVS CELTIS. *erecta per* Iohannem Kanter de Groningen. Friſie *aſtronimum* (aſtronomum) *pro tunc diui Imperatoris* Friderici tertii *ſemper auguſti. Impreſſum in* nurmberg *per* P. Kreuſner. Fecit iſtius editionis mentionem ex *Catalog. medic.* patauin. *Amſterd.* 1655. p. 17. Michael Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. I. p. 491. Cum autem ibidem, cum eiusdem CELTIS *arte verſificandi carminum* prodiiſſe dicitur, error ſine dubio, ab eo admiſſus eſt, qui *catalogum* compilauit, & libros a Bibliopego iunctos, ex vna, eademque officina typographica, eodemque tempore euulgatos exiſtimauit. Conf. Iacobi Burckhardi *de linguae* latinae, *quibus in* Germania *per XVII. ſecula, amplius, vſa ea eſt fatis Commentar.* P. II. Cap. IIII. p. 296 ſqq. vbi eamdem deſcribit editionem, & illam documento eſſe demonſtrat, CELTEM anno 1487. coronatum fuiſſe, non vero anno 1491. vt Wilh. Erneſtus Tenzelius in *monatlichen Vnterredungen* an. 1693. p. 967. Nicol. Hieronym. Gundling. in *Obſeruat. ſelect.* Tom. I. p. 5. Henric. Leonhard. Schurzfleiſchius

in

in *praefatione ad Opera* Hroswithae p. 40. Io. Alb. Fabricius, in *Adnotation. ad* Io. Trithemii librum *de Scriptor. eccles.* Cap. CMXXII. p. 221. & *lexicon eruditorum* Tom. I. col. 1800. pro certo prodere ſuſtinuerunt. Fabricius poſtea, cum *proſeuticon* ex editione *norimbergenſi* anni 1500. in 4. conſpiceret, ſuam viſus eſt mutare ſententiam, in *Bibliothec. med. & infim. latinitat.* L. III. p. 1021. Titulum *proſeutici*, in altera folii pagina, ſequitur

I. CONRADI CELTIS, protucii, *poetae laureati, ad* Georgium, *illuſtriſſimum Ducem* Saxoniae, *epiſtola*, ſcripta *ex* Nurenberga *VII. Kalendas Maii*, quam integram inſeruit Iacobus Burckhardus l. cit. p. 298 ſqq. Hanc excipit

II. Fridiani Pighinucii, Itali, *Oratoris & poete.* Erneſti parthenopolitani *archipreſulis ad* CONRADVM CELTIS *Ode paranetice*, quae hac ratione inchoatur:

Nate ſub plauſtro glacialis vrſe
CELTIS *& terra niuibus rigente*
Quod tibi ſidus micuit ſub ortu
Carmine pande!

III. *Epiſtola* CONRADI CELTIS, *ad* Diuum Fridericum tertium *inuictiſſimum*, qua eum rogat, vt pro ineffabili ſua, in cunctos, beneuolentia, tantam ei gratiam, & gloriam elargiri velit, vt poeticae diſciplinae laurea inſignitum, celeberrimis vatibus adſcriberet. Integra locum inuenit In Iacobi Burckhardi *Commentar*. cit. p. 297 ſqq.

IIII. *Ad diuum* Fridericum tertium CONRADI CELTIS *Elegiacum proſeuticum*, *pro laurea* apollinari. Cum hoc opuſculum in manus noſtras incideret, tituli verbis adducti, prolixum carmen, in illo inueniri credebamus, ſed omne *proſeuticum*, hiſce quatuor diſtichis contineri, praeter omnem exſpectationem conſpeximus:

Ceſar in orbe decus: doctorum gloria vatum
Dum tribuis meritis premia digna ſuis.

Cin-

Cinge precor viridi, mereor si forte, corona
Tempora contingat laurea sancta comas.
Tunc ego pro tanto semper tibi munere vinctus
Cantabo laudes, dum mihi vita, tuas.
Dum mihi vita manet, tollam super astra nepotes
Cesaris ethereos: inclita fata canens.

V. *Ode monocolos tetrametros choriambicos* CONR. C. *ad diuum* Fridericum *paranetice & palinodice.*

VI. *Ode* saphica *Endecasillaba dicolos tetrastrophos, prosphonetice & sinbuleticé.* Clausula illius talis est:

Cesar eterno memorandus euo
Necte frondosi mihi serta lauri
Delphico *signo rigidum decorans*
Carmine vatem.
Musa tunc vastum poterit per orbem
Cesarem blandis resonare plectris
Perstrepens longos fidibus canoris
Cesaris annos.

VII. *Epodos dicolos distrophos, pragmatice & sincritice.*

IIX. *Gratiarum actio post impositionem poetice crinalis.*

Ad Cesarem.

Cinxisti viridi Cesar mea tempora lauro
Ecce meas ornat laurea sancta comas.
Ast ego pro tanto semper tibi munere gratus
Cantabo laudes hic & vbique tuas.
Non mea me virtus tali nunc munere dignum
Sed Princeps fecit Ensifer imperii.

Ad Fridericum Ducem Saxonie Electoralem.

Ensifer imperii clarus & in ordine lector
Dux decus & patrie spesque salusque tue
Que tibi que tali reddam pro munere dona:
Dum cingunt crines te duce serta meos.

Puluis & umbra sumus tantum post funera virtus
Nomen inexstinctum sola superstes habet.
Hanc ego virtutem pro te Friderice *studebo*
Dicere venturis teque tuosque canens.
Immortalis eris, nullum moriturus in euum
Nec patiar vires tempus habere suas.

Ad Doctorem Schrenck ducalem Senatorem.

Nec mihi culte prius fueras venerande Senator
Carminibus nostris iam celebrandus eris
Ingenium mores legum tibi lingua diserta est
Qua potis & rigidas flectere docte feras.
Accipe multiplices placido cum pectore grates
Accipe sepe tui sensimus oris opem.

Ad Astrologum imperialem.

Groningen *Astrologus fatalis arbiter orbis*
Dignatus nostram sepe iuuare ratem
Non minimus inter caros numerabere amicos
Qui mibi de veteri vinctus amore faues.

Ex his, quae speciminis loco excerpsimus, satis dilucide adparet, CONRADI CELTIS orationem, solutam pariter atque ligatam, seculi, quo vixit, redolere, aliqua ex parte, barbariem, neque illum, qui de se gloriari solebat

Primus ego titulum gessi nomenque poetae
Caesareis manibus laurea nexa mibi,

suis meritis, sed Friderici Electoris Saxoniae, apud Fridericum III. Imperatorem rom. intercessione, multisque suis & amicorum precibus, sertum laureum, ab Imperatore obtinuisse.

Auctores, qui de CONRADO CELTE commentati sunt, nominauimus in *Analectis literariis* p. 233. in *Adparatu literar.* Tom. II. p. 1386. Multa etiam de illo, eiusque in primis coronatione poetica, retulit Ioannes Georgius Ruprechtus, memmingensis, in *oratione, de societate literaria* rhenana, *a* CONRADO

CELTE

CELTE *instituta*, Ienae, *in Societate* latina *recitata*, & excusa ibidem 1752. in 4. Sibi ipsi autem contradicere visus est, eruditissimus alioquin auctor, cum p. 13. CELTEM anno 1491. in comitiis norimbergensibus, ductu & auspicio Friderici sapientis, Electoris Saxoniae, ab Imperatore coronam impetrasse poeticam adfirmat, & paullo post eorum impugnat & refellit sententiam, qui CELTEM anno 1491. laureatum existiment, cum iam anno 1487. istum retulerit honorem. Conf. Io. Christophor. Gottschedii V. Cel. *programma*, quo ad actum solemnem coronationis poeticae Christophor. Ottonis L. B. de Schoenaich die XIIX. Iul. 1752. inuitauit, p. X sqq.

CXCIIX.

Magni *Turci* Epistolae Syrica, Graeca & Scythica linguis conscriptae: perque Landinium Equitem Hierosolymitanum latinitati donatae. *Anno M. D. XXVIII.* (1528) in 8. folior. 18.

Omnia fere, quae de hisce epistolis, earum auctore, atque variis, quae nobis innotuerant, editionibus dici poterant, prolata fuere in *Adparat. literar.* Tom. I. p. 188 sqq. Cum vero, ex illo tempore, ab amico, haec rara editio, quae tunc temporis nobis ignota fuerat, in manus peruenisset, illius titulum supplementi loco heic adscribimus. Excusa est literis italicis siue currentibus: In fine haec typographi leguntur verba: *Excudebat* Haganoae Guilielmus Seltz, *Anno 1528.* Michaeli Maittaire, & recentioribus istarum *epistolarum* editoribus, illa minus nota fuisse videtur.

CXCVIIII.

Hoc in libro nunquam ante typis aeneis in lucem edita haec insunt. ΚΑΛΤΔΙΟΤ ΠΤΟ-



ΛΕΜΑΙΟΥ. Πηλουσιέως τετράβιβλος σύνταξις, πρὸς Σύρον ἀδελφόν. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ καρπὸς, πρὸς τὸν αὐτὸν Σύρον. CLAVDII PTOLEMAEI *Pelusiensis* libri quatuor compositi Syro fratri. EIVSDEM fructus librorum suorum, siue centum dicta ad eundem Syrum. Traductio in linguam latinam librorum PTOLEMAEI duorum priorum, & ex aliis praecipuorum aliquot locorum, Ioachimi Camerarii Pabergensis. Conuersio centum dictorum PTOLEMAEI in latinum Iouiani Pontani. Annotatiunculae eiusdem Ioachimi ad libros priores duos iudiciorum PTOL. MATTHAEI GVARIMBERTI *Parmensis* Opusculum de radiis & aspectibus Planetarum. Aphorismi Astrologici LVDOVICI DE RIGIIS ad patriarcham Constantinopolitanum. *Norimbergae M. D. XXXV.* (1535) in 4. folior. 65. 87. & 24. si omnia numeraueris.

Primus exstitit omnium IOACHIMVS CAMERARIVS, qui PTOLEMAEI τετράβιβλον, *de apotelesmatibus & iudiciis astrorum* graece edidit, duos libros latina ciuitate donauit, & e reliquis libris loca praecipua tantum modo in sermonem latinum conuertit. Exstat quidem multo antiquior τοῦ τετραβίβλου versio latina, ab Aegidio Tebaldino euulgata, *Venetiis, per Bonetum Locatellum, impensis Octauiani Scoti XIII. Kal. Ian. MCCCCXCIII.* (1493) in fol. vid. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. I. p. 557. Cum vero Tebaldinus versionem potissimum hispanicam iussu Alphonsi, Castellae regis, ex arabico idiomate adornatam, exprimere studeret, versio illius adeo barbara est, vt vix latina dici mereatur. IOACHIMVS CAMERARIVS textum graecum inscripsit nomine Alberti, *Marchionis* brandenburgensis, *Ducis* Borussiorum; *epistola* dedicatoria scripta est *e* Norico *Cal. Sextil.* 1535. Laudat in illa, PTOLEMAEI opus, &

quam

quam sit admirabile, ait, *ac eximium hoc* PTOLEMAEI *scriptum, facile declarant omnium professorum astrologiae, qui postea fuere, testimonia, quibus illud mirificis laudibus vehunt, neque vt humanum, sed vt diuinum plane opus suspiciunt & venerantur. Vnus est inventus recentior Astrologus* Abraamus, *qui huic fidem auctoritatemque detrahere auderet, sed adeo non inuenit assensores, vt ipsius quoque praecepta sequenda sibi plaerique non putarint. Ac apparet temerariam illam vocem nihil aliud expressisse quam obscuritatem scriptorum praeclariss. auctoris. Quae in tanta* graecarum *litterarum ignoratione quis intelligeret? Etiam nunc quibus huius linguae imperitia non obstat, in his tamen scriptis crebro incurrunt, propter neglectam incognitamque his temporibus rationem* graecam. Minime autem hoc CAMERARII effatum, multos viros recentiorum temporum philosophos, & mathematicos, inter quos Petrum Gassendum, & Claudium Franciscum Milliet Dechales satis est nominare, deterruit, qui id sibi datum esse negotium existimarunt, vt τετράβιβλον indignum PTOLEMAEI genio, & supposititium esse contenderent. Vid. illius *philosophia* Epicuri Tom. II. p. 501. huius tractat. prooemial. *de progressu Matheseos, & illustribus Mathematicis* Cap. VIIII. p. 80. Praeter hoc elogium CAMERARII latinum, graecum etiam inuenitur, *epigrammate* comprehensum, in secunda tituli pagina. Ostendit autem auctor, quisquis ille demum fuerit

Libro I. Astrologiam & scientiam esse, & vtilem; tum differit de viribus planetarum, eosque diuidit in diurnos & nocturnos; deinde de aspectibus a sole, de anni temporibus, de signis masculinis & foemininis, de imperantibus & obedientibus, de domibus triangulis, altitudinibus, de cuiusque planetae dignitatibus, & de finibus.

In *Libro II.* singulas gentes sub suis signis constituit, loquitur de tempore euentuum, de coloribus eclipsium, de cometis, de nouiluniis, de tempestatum consideratione.



In *III.* de scientia gradus adscendentis, de parentibus, de natiuitate geminorum, de spatio vitae, de qualitatibus animae nati.

In *IIII.* de prosperitate, coniugiis, filiis, peregrinationibus, de fixarum significationibus.

Libellus PTOLEMAEI graecus, quem Καρπὸν nominauit, & ad fratrem Syrum scripsit, centum complectitur aphorismos astrologicos. Quod ad istorum librorum versiones adtinet latinas, nouo illae titulo ornatae conspiciuntur: CL. PTOLEMAEI *Librorum de iudiciis astrologicis quatuor, duo priores conuersi in linguam latinam, a* IOACHIMO CAMERARIO Pabergense. *Annotatiunculae in eosdem. Aliquot loci translati de tertio & quarto libro* PTOLEMAEI, *per eundem* CAMERARIVM

IOACH.

Qui coeli immensos animo peragrauerat orbes
Aethereum solitus CLAVDIVS *ire viam,*
Atque ibi Phoebaei *cognouerat aduena cursus,*
Et spacia in terris annua mensus erat,
Congressusque & digressus cum fratre Dianae
Et quod stellarum quaelibet erret iter.
Signaque siderei descripserat ardua templi,
Ac geminos intra cingula crebra polos
Idem & quid fructus nunc afferat illa notasse,
Praestet & hoc quanta ars vtilitate docet
Ne frustra tot flammiuagus micet ignibus aether,
Aut horum prosit igneus ordo nihil
Hunc iubet e graeco *ductum sermone* latinus
Vocibus & forma conueniente loqui.
Cui Camerariadum *gens auget nomen auita*
Quique aliquam e studiis famam IOACIMVS *habet*
Non tamen haec laudare decet nos scripta sed ipsum
Haud puto scriptorem dedecorabit opus.

Dedicauit versionem latinam Iohanni Vilhelmo a Loubenburg *Dno. ac Praesidi arcis* Waldegk. Scripta est *epistola Cal. Augusti* ann. 1535. *inter apparatus discessionis e* Norico. *Loca*, quae IOACHIMVS CAMERARIVS, ex libro PTOLEMAEI tertio excerpsit, & in sermonem transtulit latinum, sunt *de genesis figura*

ra constituenda , & *de comperienda parte horoscopi.* E libro autem quarto *de fortuna honorum & dignitatis*, & *de temporibus distinguendis.* In calce libri additam conspicimus integram versionem latinam, duorum librorum posteriorum, ex vetere translatione desumtam, eam potissimum ob caussam, vt lectores videant, quid intersit inter doctum interpretem, autorem e sua lingua vertentem, & inter barbarum, e barbara lingua, hoc est arabica transferentem. In eorum etiam gratiam, ea *loca*, quae CAMERARIVS, ex iisdem libris transtulit, in margine notata sunt, quo magis in promtu esset, quod conferre queant. An Aegidii Tebaldini, quam supra memorauimus, haec sit versio, dicere non possumus, cum vtrumque librum conferendi potestas concessa nobis non fuerit. Cum Hieronymus Cardanus, *Basileae* anno 1554. *expositionem in* PTOLEMAEI *libros quatuor, de Astrorum iudiciis*, in lucem ederet, illi addidit versionem latinam IOACHIMI CAMERARII, librorum priorum, & Antonii Gogauae posteriorum. Recusus fuit Cardani liber *Lugduni* 1555. in 8. *Basil.* 1578. in fol. & in *Operibus* Cardani, quae Carolus Sponius *Lugduni* 1663. X. Tom. in fol. euulgauit, Tom. V. p. 93 sqq. Solet a viris doctis, ex illis editionibus, *basileensis* 1554. & *lugdunensis* 1555. praesertim conquiri, ob thema natalitium, quod Christo Hieronymus Cardanus composuerat, vid. Ioan. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 172 sqq. Prodiere anno 1551. *Basileae, ex officina Henrichi Petri*, CLAVDII PTOLEMAEI pelusiensis alexandrini *Opera*, *quae exstant omnia*, *praeter geographiam*, *summa cura ac diligentia castigata ab* Erasmo Oswaldo Schreckenfuchsio, *& ab eodem isagogica in Almagestum praefatione, & fidelissimis in priores libros annotationibus illustrata*, in fol. in quibus inueniuntur *de iudiciis astrologicis, aut, vt vulgo vocant, quadripartitae constructionis libri quatuor, quorum priores duo a* IOACHIMO CAMERARIO *latinitate donati sunt: in reliquis* Schreckenfuchsius *emendauit multa ad veterum exemplarium veritatem: Adiecit etiam in loco* graecas *voculas*, *& aliquando totas*

sententias, *quo lectio fieret correctior*, *& expeditior*. Iouiani Pontani versio latina *centum dictorum*, siue libri, qui καρπὸς plerumque nominatur, ab eodem Schreckenfuchsio l. cit. inserta fuit. Legitur etiam eiusdem Pontani *commentationibus ad* Federicum Vrbini Ducem, illustrata, in Pontani *Operibus* T. III. p. 2601 sqq. edit. *basileens.* 1556. IIII. Tomis in 8. *Adnotatiunculae* IOACHIMI CAMERARII ad versionem latinam potissimum spectant, & nonnulla illius loca illustrant.

Quis MATTHAEVS fuerit GVARIMBERTVS & LVDOVICVS DE RIGIIS, dicere non possumus, etiamsi multos libros frustra ideo euoluimus. Eorum, quae heic leguntur opuscula, IOACHIMVS CAMERARIVS, a Ioanne Schonero, suo operi acceperat adnectenda. *Tabulas directionum & adspectuum*, quas exhibuit GVARIMBERTVS, parmensis, se extraxisse fatetur, ex dictis Halialben. tract. IIII. Cap. VII. de attazir. LVDOVICI DE RIGIIS *aphorismi astrologici* exstant etiam in *Astrologia aphoristica*, quae *Vlmae* 1674. in 12. prodiit. Conf. de opere, quod descripsimus, die *Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. III. p. 151. Georgii Summeri *Catalogus omnium scriptorum* IOACHIMI CAMERARII ad ann. 1535. Niceron *Memoires* Tom. XVIIII. p. 88.

CC.

CLAVDII PTOLEMAEI de praedictionibus astronomicis, cui titulum fecerunt quadripartitum Graece & latine Libri IIII, Philippo Melanthone Interprete. EIVSDEM Fructus librorum suorum, siue centum dicta, ex conuersione Iouiani Pontani. Cum gratia & priuilegio ad quinquennium. *Basileae per Ioannem Oporinum*, in 8. pp. 269.

ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ Πηλουσιέως Τετράβιβλος σύνταξις, πρὸς Σύρον ἀδελφόν. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ Καρπὸς, πρὸς τὸν αὐτὸν Σύρον. CLAVDII PTOLEMAEI *Pelusiensis* libri Quatuor, compositi Syro fratri. EIVSDEM Fructus librorum suorum, siue Centum dicta, ad eundem Syrum. Innumeris quibus huc vsque scatebant mendis, purgati. *Basileae per Ioannem Oporinum.* in 8. pp. 229. exceptis praemissis folior. 8.

Hac ratione inscribitur vtraque pars editionis PTOLEMAEI melanchthonianae, quae illi, quam modo recensuimus, raritate par est. Prima pars *interpretationem* complectitur Philippi Melanchthonis latinam, cui *epistolam* dedicatoriam *ad* Erasmum Ebnerum, *Senatorem vrbis* Norimbergae praefixit, anno 1553. *mense Martio* scriptam, in qua *numeros, etiam in locis alphabeticis*, emendatos esse, *in* graeca *&* latina *lectione*, huius editionis prodidit.

In secunda parte PTOLEMAEI textus graecus, ad editionem Ioachimi Camerarii, a typothetarum mendis, quibus illa deformata fuerat, purgatam, exscripta est, & Camerarii *epistolam* dedicatoriam *ad* Albertum, *Marchionem* brandenburgensem, & *epigramma* graecum, cuius supra fecimus mentionem, in fronte gerit. Editionis tempus in fine, hisce typographi indicatur verbis: Basileae *ex officina* Ioannis Oporini, *Anno salutis humanae MD LIII.* (1533) *Mense Augusto.*

De CLAVDIO PTOLEMAEO, eius *operibus*, & editionibus, vid. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. IIII. Cap. XIIII. p. 411 sqq. Georg. Martin. Raidelii *Commentatio critico-literaria, de* CLAVDII PTOLEMAEI *geographia, Norimb.* 1737. in 4. C. I. p. 3 sqq. die *Merkwürdigkeiten der koenigl. Bibliothek zu* Dresden Tom. I. p. 312 sqq. & 320 sqq. Tom. II. p. 305 sqq. Tom. III. p. 143. 151 sqq. vbi editio *tetrabiblii* melanchthoniana recensetur.

CCI.

Epitome totius Astrologiae, conscripta a IOANNE *Hispalensi Hispano, Astrologo celeberrimo*, ante annos quadringentos, Ac nunc primum in lucem edita. Cum praefatione Ioachimi Helleri, Leucopetraei, contra Astrologiae Aduersarios. *Noribergae, in officina Ioannis Montani, & Vlrici Neuber Anno Domini M. D. XLVIII.* (1548) in 4. folior. 88.

Floruit apud Hispanos, Seculo a Christo nato XII. IOANNES hispalensis, Archiepiscopus, quem Hugo de S. Victore L. I. *Miscel.* tit. XXC. Tom. III. *Operum* p. 119. grauiter monet, vt fidem christianam non solum animo tenendam, sed quoque ore confitendam esse existimaret, a qua re ille alienus esse videbatur. Ab hoc Archiepiscopo, diuersum esse IOANNEM hispalensem, Astrologum, disertis prodidit verbis Nicolaus Antonius in *Bibliotheca* hispan. *veter*. Tom. II. p. 267. Eius aetatem, in eiusdem Seculi XII. incidisse tempora, non solum Ioachimus Hellerus, in titulo & *praefatione* libri, quem describimus, adnotauit, sed id etiam innuit Claudius Francisc. Milliet Dechales, qui in tractatu prooemiali *de progressu Matheseos, & illustribus Mathematicis* Tom. I. *Cursus seu Mundi Mathematici* Cap. VIIII. p. 83. IOANNEM hispalensem, circa annum 1142. conuertisse Alphraganum, in sermonem latinum scribit. Quae cum ita sint, emendatione indigent, quae in *lexico eruditorum* Tom. II. col. 1925. de IOANNE hispalensi, mathematico & Astrologo, circa annum 1540. viuente leguntur. Istum autem IOANNEM plerosque Arabum astrologos in latinum conuertisse sermonem, refert Ioachimus Hellerus in *praefatione*, vbi etiam non condemnendam illorum farraginem, in sua exstare bibliotheca, adfirmat. Scripsit hancce *praefationem ad* Ioachimum Camerarium, *Compatrem*, idque in illa potissimum egit, vt Astrologiam, a philosophorum, medicorum, & theologorum obiectionibus,

quas

quas plerumque in medium proferre soleant, vindicaret, eiusque certitudinem atque eximiam vtilitatem, multis argumentis & prolatis ex omni historia exemplis, confirmaret, atque demonstraret. Ipsum IOANNIS hispalensis opus, quod rarum omnino est nostra aetate, vt omnes fere astrologorum nugae, & deliramenta esse solent, in duas describitur partes. Prima pars complectitur *Isagogen in Astrologiam*, in Capita XXVIIII. distinctam.

Secunda pars, *de iudiciis astrologicis*, in IIII. dispescitur libros. Libro I. agitur Cap. XI. *de gentibus, regibus, ciuitatibus, aëris mutatione, fame, & mortalitate.* Libro II. Cap. XXII. *de natiuitatibus.* Libro III. Cap. XXVI. *de interrogationibus.* Libro IIII. Capitibus XXVIIII. *de electionibus*, quibus *tabula viginti octo mansionum Lunae, ad annum* Christi 1142. *completum* additur, quae temporis, quo IOANNES hispalensis vixit, luculentissimum est indicium. Ioachimum Hellerum, in edendo libro, pluribus codcibus fuisse vsum, *variantes lectiones* in margine notatae produnt. Conf. Iof. Simleri *Bibliotheca* p. 383.

De Ioachimo Hellero nonnulla diximus in *Analectis literar.* p. 14 sqq. In Catalogo operum, ab ipso euulgatorum, qui legitur in *lexico eruditorum* T. II. col. 1468. haec IOANNIS hispalensis editio omissa fuit.

CCII.

Almanach perpetuum exactissime nuper emendatum omnium celi motuum cum additionibus in eo factis tenens complementum. Cum Gratia & Priuilegio. in 4. folior. 243.

Omnis fere liber, literis gothicis excusus, tabulis absoluitur astronomicis, quibus reuolutiones septem planetarum, verus motus solis & lunae, oppositiones, & coniunctiones nodorum, ad eclipses latitudines lu-

nae &c. ob oculos ponuntur. Auctor eius est R. ABRAHAM BEN SCHEMVEL ZACVT, salmanticensis, non toletanus, vt ab Hieronymo Romano de la Higuera, teste Ioan. Christophor. Wolfio, in *Bibliotheca* hebraea Tom. I. p. 107. dictus fuit. Seculo a Christo nato XV. ad finem vergente Caesaraugustae, publice in Academia astronomiam docuit. Cum anno 1492. Iudaei fere omnes, ex Hispania pellerentur, in Regis Lusitaniae Emanuelis concessit aulam, & dignitatem regii chronographi, & Astronomi obtinuit. Pluribus verbis de illo & scriptis eius egit Io. Christophor. Wolfius l. cit. p. 104 sqq. Tom. III. p. 66 sqq. Conf. Nicol. Antonii *Bibliotheca* hispan. T. II. p. 313 sqq. Praemittitur editioni nostrae Alphonsi hispalensis de Corduba, Medicinae Doctoris *epistolion*, *ad* Alphonsum Episcopum eborensem, in qua, *tabulis* ZACVTI, & in primis *calculo loci* Veneris *ad reuolutiones futuras & praeteritas, post primam reuolutionem annorum octo, in tabulis adsignatorum*, multos inesse errores, & ZACVTVM non intellexisse, a fundamento, quae scripserit, perhibet. Rogatu igitur Ioannis Lucilii, Germani, in arte astrologica periti, qui Venetiis, tunc temporis, solus impressioni librorum astrologicorum vacasse dicitur, se permotum scribit, vt *canonem facillimum ad locum verum* Veneris, *per easdem tabulas habendum* composuerit, eiusque *rationes, cum rationibus erroris* ZACVTI, suae *epistolae* subiecerit. Illis addita est *epistola* Ioannis Michaelis, Germani budorensis, *ad* Alfonsum hispalensem, de Corduba, *artium & medicinae doctorem excellentissimum, ac syderalis scientiae speculatorem non minus accuratum quam accuratissimum.* Conqueritur in illa, librum ZACVTI alioquin vtilissimum, *tum ob imbecillitatem tabularum, tum ob praecepta, in has minus rite ac perperam, & praepostero ordine, truncataque verborum breuitate, manca interdum & inepte tradita*, multis scatere erroribus, quos neque auctori, neque traductori, Iosepho *cognomento* Vicino, sed *famelico potius cuipiam ac esurienti librario impingere*

gere velit, *qui ob habendi sitim magis, quam bonarum artium studiosis opem ferendi*, inuito & inconsulto auctore opus in lucem protruserit. Exponit praeter ea in *epistola*, qualem in emendando & augendo libro, praeceptoris Ioannis Lucilii, cuius mortem praematuram dolet, iussu, collocauerit operam, atque laborem. Ioannes is Lucilius, cuius non solum in Alphonsi hispalensis, sed etiam in hac Ioannis Michaelis budorensis *epistola*, mentio facta est, ille sine dubio Ioannes Lucilius Santritter, siue, vt ipse nonnunquam se vocauit, Io. Lucilius Hippodamus, heilbrunnensis, Germanus est, qui circa illa tempora, Venetiis vixit, & variorum librorum in primis Astronomicorum editiones curauit. Descripsimus in *Analectis literariis* p. 321. editionem *Chronici* Eusebii rarissimam, quae ab eodem Ioanne Lucilio, Venetiis 1483. in lucem emissa fuit. Conf. Christiani Schoettgenii *Continuat. Bibliothecae* fabrician. latinae *med. & infim. aetatis* L. XIIX. p. 422. Qua ex lingua ZACVTI *Almanach perpetuum*, a Iosepho Vicino, translatum in sermonem latinum fuerit, pro certo adfirmare neutiquam sustinemus, si tamen coniecturae locum dare voluerimus, ex hispanorum vernacula id factum esse dixerimus, cum Io. Christophor. Wolfius l. cit. Tom. III. p. 66. ex *Catalogo MS. Bibliothecae* scorialensis, codicem protulerit, cuius hic fuit titulus: ABRAH. ZACVTH *Almanach de tablas astronomicas à ayuntamiento maior.* Ipse ABRAHAM ZACVTVS opus suum dicauit, cuidam Episcopo salmanticensi, cuius nomen, in nostra editione, non adpositum est. Si vero *tabulas* ipsas paullo adcuratius perlustramus, videtur omnino Auctor, vt tabulae quatuor annorum pro sole eius locum semper indicant, inuenisse alias reuolutiones in singulis planetis, post quas redeant ad eadem loca iisdem diebus; quod si verum esset, posset opus vtilissimum esse, ad inueniendum planetarum locum sine calculo. Sunt autem istae reuolutiones pro sole anni quatuor, pro luna anni XXXI, pro Saturno LVIIII. anni, quibus perficitur reuolu-

in *praefatione ad Opera* Hroswithae p. 40. Io. Alb. Fabricius, in *Adnotation. ad* Io. Trithemii librum *de Scriptor. ecclef.* Cap. CMXXII. p. 221. & *lexicon eruditorum* Tom. I. col. 1800. pro certo prodere fustinuerunt. Fabricius poftea, cum *profeuticon* ex editione *norimbergenfi* anni 1500. in 4. confpiceret, fuam vifus eft mutare fententiam, in *Bibliothec. med. & infim. latinitat.* L. III. p. 1021. Titulum *profeutici*, in altera folii pagina, fequitur

I. CONRADI CELTIS, protucii, *poetae laureati, ad* Georgium, *illuftriffimum Ducem* Saxoniae, *epiftola*, fcripta *ex* Nurenberga *VII. Kalendas Maii*, quam integram inferuit Iacobus Burckhardus l. cit. p. 298 fqq. Hanc excipit

II. Fridiani Pighinucii, Itali, *Oratoris & poete.* Ernefti parthenopolitani *archiprefulis ad* CONRADVM CELTIS *Ode paranetice*, quae hac ratione inchoatur:

Nate fub plauftro glacialis vrfe
CELTIS *& terra niuibus rigente*
Quod tibi fidus micuit fub ortu
Carmine pande!

III. *Epiftola* CONRADI CELTIS, *ad* Diuum Fridericum tertium *inuictiffimum*, qua eum rogat, vt pro ineffabili fua, in cunctos, beneuolentia, tantam ei gratiam, & gloriam elargiri velit, vt poeticae difciplinae laurea infignitum, celeberrimis vatibus adfcriberet. Integra locum inuenit In Iacobi Burckhardi *Commentar.* cit. p. 297 fqq.

IIII. *Ad diuum* Fridericum tertium CONRADI CELTIS *Elegiacum profeuticum*, *pro laurea* apollinari. Cum hoc opufculum in manus noftras incideret, tituli verbis adducti, prolixum carmen, in illo inueniri credebamus, fed omne *profeuticum*, hifce quatuor difttichis contineri, praeter omnem exfpectationem confpeximus:

Cefar in orbe decus: doctorum gloria vatum
Dum tribuis meritis premia digna fuis.

Cin-

Cinge precor viridi, mereor si forte, corona
Tempora contingat laurea sancta comas.
Tunc ego pro tanto semper tibi munere vinctus
Cantabo laudes, dum mihi vita, tuas.
Dum mihi vita manet, tollam super astra nepotes
Cesaris ethereos: inclita fata canens.

V. *Ode monocolos tetrametros choriambicos* CONR. C. *ad diuum* Fridericum *paranetice & palinodice.*

VI. *Ode* saphica *Endecasillaba dicolos tetrastrophos, prosphonetice & sinbuletice.* Clausula illius talis est:

Cesar eterno memorandus euo
Necte frondosi mihi serta lauri
Delphico *signo rigidum decorans*
Carmine vatem.
Musa tunc vastum poterit per orbem
Cesarem blandis resonare plectris
Perstrepens longos fidibus canoris
Cesaris annos.

VII. *Epodos dicolos distrophos, pragmatice & sincritice.*

IIX. *Gratiarum actio post impositionem poetice crinalis.*

Ad Cesarem.

Cinxisti viridi Cesar mea tempora lauro
Ecce meas ornat laurea sancta comas.
Ast ego pro tanto semper tibi munere gratus
Cantabo laudes hic & vbique tuas.
Non mea me virtus tali nunc munere dignum
Sed Princeps fecit Ensifer imperii.

Ad Fridericum Ducem Saxonie
Electoralem.

Ensifer imperii clarus & in ordine lector
Dux decus & patrie spesque salusque tue
Que tibi que tali reddam pro munere dona
Dum cingunt crines te duce serta meos

Pul-



Puluis & vmbra sumus tantum post funera virtus
Nomen inexstinctum sola superstes habet.
Hanc ego virtutem pro te Friderice *studebo*
Dicere venturis teque tuosque canens.
Immortalis eris, nullum moriturus in euum
Nec patiar vires tempus habere suas.

Ad Doctorem Schrenck ducalem Senatorem.

Nec mihi culte prius fueras venerande Senator
Carminibus nostris iam celebrandus eris
Ingenium mores legum tibi lingua diserta est
Qua potis & rigidas flectere docte feras.
Accipe multiplices placido cum pectore grates
Accipe sepe tui sensimus oris opem.

Ad Astrologum imperialem.

Groningen *Astrologus fatalis arbiter orbis*
Dignatus nostram sepe iuuare ratem
Non minimus inter caros numerabere amicos
Qui mihi de veteri vinctus amore faues.

Ex his, quae speciminis loco excerpsimus, satis dilucide adparet, CONRADI CELTIS orationem, solutam pariter atque ligatam, seculi, quo vixit, redolere, aliqua ex parte, barbariem, neque illum, qui de se gloriari solebat

Primus ego titulum gessi nomenque poetae
Caesareis manibus laurea nexa mihi,

suis meritis, sed Friderici Electoris Saxoniae, apud Fridericum III. Imperatorem rom. intercessione, multisque suis & amicorum precibus, sertum laureum, ab Imperatore obtinuisse.

Auctores, qui de CONRADO CELTE commentati sunt, nominauimus in *Analectis literariis* p. 233. in *Adparatu literar.* Tom. II. p. 1386. Multa etiam de illo, eiusque in primis coronatione poetica, retulit Ioannes Georgius Ruprechtus, memmingensis, in *oratione, de societate literaria* rhenana, *a* CONRADO

CELTE

CELTE *instituta*, Ienae, *in Societate* latina *recitata*, & excusa ibidem 1752. in 4. Sibi ipsi autem contradicere visus est, eruditissimus alioquin auctor, cum p. 13. CELTEM anno 1491. in comitiis norimbergensibus, ductu & auspicio Friderici sapientis, Electoris Saxoniae, ab Imperatore coronam impetrasse poeticam adfirmat, & paullo post eorum impugnat & refellit sententiam, qui CELTEM anno 1491. laureatum existiment, cum iam anno 1487. istum retulerit honorem. Conf. Io. Christophor. Gottschedii V. Cel. *programma*, quo ad actum solemnem coronationis poeticae Christophor. Ottonis L. B. de Schoenaich die XIIX. Iul. 1752. inuitauit, p. X sqq.

CXCIIX.

M*agni Turci* Epistolae Syrica, Graeca & Scythica linguis conscriptae: perque Landinium Equitem Hierosolymitanum latinitati donatae, *Anno M. D. XXVIII.* (1528) in 8. folior. 18.

Omnia fere, quae de hisce epistolis, earum auctore, atque variis, quae nobis innotuerant, editionibus dici poterant, prolata fuere in *Adparat. literar.* Tom. I. p. 188 sqq. Cum vero, ex illo tempore, ab amico, haec rara editio, quae tunc temporis nobis ignota fuerat, in manus peruenisset, illius titulum supplementi loco heic adscribimus. Excusa est literis italicis siue currentibus: In fine haec typographi leguntur verba.: *Excudebat* Haganoae Guilielmus Seltz, *Anno 1528.* Michaeli Maittaire, & recentioribus istarum *epistolarum* editoribus, illa minus nota fuisse videtur.

CXCVIIII.

Hoc in libro nunquam ante typis aeneis in lucem edita haec insunt. ΚΛΑΤΔΙΟΤ ΠΤΟ-



ΛΕΜΑΙΟΥ Πηλουσιέως τετράβιβλος σύνταξις, πρὸς Σύρον ἀδελφόν. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ καρπὸς, πρὸς τὸν αὐτὸν Σύρον. CLAVDII PTOLEMAEI *Pelusiensis* libri quatuor compositi Syro fratri. EIVSDEM fructus librorum suorum, siue centum dicta ad eundem Syrum. Traductio in linguam latinam librorum PTOLEMAEI duorum priorum, & ex aliis praecipuorum aliquot locorum, Ioachimi Camerarii Pabergensis, Conuersio centum dictorum PTOLEMAEI in latinum Iouiani Pontani, Annotatiunculae eiusdem Ioachimi ad libros priores duos iudiciorum PTOL. MATTHAEI GVARIMBERTI *Parmensis* Opusculum de radiis & aspectibus Planetarum. Aphorismi Astrologici LVDOVICI DE RIGIIS ad patriarcham Constantinopolitanum. *Norimbergae M. D. XXXV.* (1535) in 4. folior. 65. 87. & 24. si omnia numeraueris.

Primus exstitit omnium IOACHIMVS CAMERARIVS, qui PTOLEMAEI τετράβιβλον, *de apotelesmatibus & iudiciis astrorum* graece edidit, duos libros latina ciuitate donauit, & e reliquis libris loca praecipua tantum modo in sermonem latinum conuertit. Exstat quidem multo antiquior τοῦ τετραβίβλου versio latina, ab Aegidio Tebaldino euulgata, *Venetiis, per Bonetum Locatellum, impensis Octauiani Scoti XIII. Kal. Ian. MCCCCXCIII.* (1493) in fol. vid. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. I. p. 557. Cum vero Tebaldinus versionem potissimum hispanicam iussu Alphonsi, Castellae regis, ex arabico idiomate adornatam, exprimere studeret, versio illius adeo barbara est, vt vix latina dici mereatur. IOACHIMVS CAMERARIVS textum graecum inscripsit nomine Alberti, *Marchionis* brandenburgensis, *Ducis* Borussiorum; *epistola* dedicatoria scripta est e Norico *Cal. Sextil.* 1535. Laudat in illa, PTOLEMAEI opus, & quam

quam sit admirabile, ait, *ac eximium hoc* PTOLEMAEI *scriptum*, *facile declarant omnium professorum astrologiae*, *qui postea fuere*, *testimonia*, *quibus illud mirificis laudibus vehunt*, *neque vt humanum*, *sed vt diuinum plane opus suspiciunt & venerantur. Vnus est inventus recentior Astrologus* Abraamus, *qui huic fidem auctoritatemque detrahere auderet*, *sed adeo non inuenit assensores*, *vt ipsius quoque praecepta sequenda sibi plaerique non putarint. Ac apparet temerariam illam vocem nihil aliud expressisse quam obscuritatem scriptorum praeclariss. auctoris. Quae in tanta* graecarum *litterarum ignoratione quis intelligeret? Etiam nunc quibus huius linguae imperitia non obstat*, *in his tamen scriptis crebro incurrunt*, *propter neglectam incognitamque his temporibus rationem* graecam. Minime autem hoc CAMERARII effatum, multos viros recentiorum temporum philosophos, & mathematicos, inter quos Petrum Gassendum, & Claudium Franciscum Milliet Dechales satis est nominare, deterruit, qui id sibi datum esse negotium existimarunt, vt τετράβιβλον indignum PTOLEMAEI genio, & suppositititum esse contenderent. Vid. illius *philosophia* Epicuri Tom. II. p. 501. huius tractat. prooemial. *de progressu Matheseos*, *& illustribus Mathematicis* Cap. VIIII. p. 80. Praeter hoc elogium CAMERARII latinum, graecum etiam inuenitur, *epigrammate* comprehensum, in secunda tituli pagina. Ostendit autem auctor, quisquis ille demum fuerit

Libro I. Astrologiam & scientiam esse, & vtilem; tum differit de viribus planetarum, eosque diuidit in diurnos & nocturnos; deinde de aspectibus a sole, de anni temporibus, de signis masculinis & foemininis, de imperantibus & obedientibus, de domibus triangulis, altitudinibus, de cuiusque planetae dignitatibus, & de finibus.

In *Libro II.* singulas gentes sub suis signis constituit, loquitur de tempore euentuum, de coloribus eclipsium, de cometis, de nouiluniis, de tempestatum consideratione.

In *III.*

In *III.* de scientia gradus adscendentis, de parentibus, de natiuitate geminorum, de spatio vitae, de qualitatibus animae nati.

In *IIII.* de prosperitate, coniugiis, filiis, peregrinationibus, de fixarum significationibus.

Libellus PTOLEMAEI graecus, quem Καρπὸν nominauit, & ad fratrem Syrum scripsit, centum complectitur aphorismos astrologicos. Quod ad istorum librorum versiones adtinet latinas, nouo illae titulo ornatae conspiciuntur: CL. PTOLEMAEI *Librorum de iudiciis astrologicis quatuor, duo priores conuersi in linguam latinam, a* IOACHIMO CAMERARIO Pabergense. *Annotatiunculae in eosdem. Aliquot loci translati de tertio & quarto libro* PTOLEMAEI, *per eundem* CAMERARIVM.

IOACH.

Qui coeli immensos animo peragrauerat orbes
Aetheream solitus CLAVDIVS *ire viam,*
Atque ibi Phoebaei *cognouerat aduena cursus,*
Et spacia in terris annua mensus erat,
Congressusque & digressus cum fratre Dianae
Et quod stellarum quaelibet erret iter.
Signaque siderei descripserat ardua templi,
Ac geminos intra cingula crebra polos
Idem & quid fructus nunc afferat illa notasse,
Praestet & hoc quanta ars vtilitate docet
Ne frustra tot flammiuagus micet ignibus aether,
Aut horum prosit igneus ordo nihil
Hunc iubet e graeco *ductum sermone* latinus
Vocibus & forma conueniente loqui.
Cui Camerariadum *gens auget nomen auita*
Quique aliquam e studiis famam IOACIMVS *habet*
Non tamen haec laudare decet nos scripta sed ipsum
Haud puto scriptorem dedecorabit opus.

Dedicauit versionem latinam Iohanni Vilhelmo a Loubenburg *Dno. ac Praesidi arcis* Waldegk. Scripta est *epistola Cal. Augusti* ann. 1535. *inter apparatus discessionis e* Norico. *Loca*, quae IOACHIMVS CAMERARIVS, ex libro PTOLEMAEI tertio excerpsit, & in sermonem transtulit latinum, sunt *de genesis figura*.

ra constituenda, & *de comperienda parte horoscopi.* E libro autem quarto *de fortuna honorum & dignitatis*, & *de temporibus distinguendis.* In calce libri additam conspicimus integram versionem latinam, duorum librorum posteriorum, ex vetere translatione desumtam, eam potissimum ob caussam, vt lectores videant, quid intersit inter doctum interpretem, autorem e sua lingua vertentem, & inter barbarum, e barbara lingua, hoc est arabica transferentem. In eorum etiam gratiam, ea *loca*, quae CAMERARIVS, ex iisdem libris transtulit, in margine notata sunt, quo magis in promtu esset, quod conferre queant. An Aegidii Tebaldini, quam supra memorauimus, haec sit versio, dicere non possumus, cum vtrumque librum conferendi potestas concessa nobis non fuerit. Cum Hieronymus Cardanus, *Basileae* anno 1554. *expositionem in* PTOLEMAEI *libros quatuor, de Astrorum iudiciis*, in lucem ederet, illi addidit versionem latinam IOACHIMI CAMERARII, librorum priorum, & Antonii Gogauae posteriorum. Recusus fuit Cardani liber *Lugduni* 1555. in 8. *Basil.* 1578. in fol. & in *Operibus* Cardani, quae Carolus Sponius, *Lugduni* 1663. X. Tom. in fol. euulgauit, Tom. V. p. 93 sqq. Solet a viris doctis, ex illis editionibus, *basileensis* 1554. & *lugdunensis* 1555. praesertim conquiri, ob thema natalitium, quod Christo Hieronymus Cardanus composuerat, vid. Ioan. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 172 sqq. Prodiere anno 1551. *Basileae, ex officina Henrichi Petri*, CLAVDII PTOLEMAEI pelusiensis alexandrini *Opera, quae exstant omnia, praeter geographiam, summa cura ac diligentia castigata ab* Erasmo Oswaldo Schreckenfuchsio, *& ab eodem isagogica in Almagestum praefatione, & fidelissimis in priores libros annotationibus illustrata*, in fol. in quibus inueniuntur *de iudiciis astrologicis, aut, vt vulgo vocant, quadripartitae constructionis libri quatuor, quorum priores duo a* IOACHIMO CAMERARIO *latinitate donati sunt: in reliquis* Schreckenfuchsius *emendauit multa ad veterum exemplarium veritatem: Adiecit etiam in loco* graecas *voculas, & aliquando totas*

 sen-

sententias, *quo lectio fieret correctior*, *& expeditior*. Iouiani Pontani versio latina *centum dictorum*, siue libri, qui καρπὸς plerumque nominatur, ab eodem Schreckenfuchsio l. cit. inserta fuit. Legitur etiam eiusdem Pontani *commentationibus ad* Federicum Vrbini Ducem, illustrata, in Pontani *Operibus* T. III. p. 2601 sqq. edit. *basileens.* 1556. IIII. Tomis in 8. *Adnotatiunculae* IOACHIMI CAMERARII ad versionem latinam potissimum spectant, & nonnulla illius loca illustrant.

Quis MATTHAEVS fuerit GVARIMBERTVS & LVDOVICVS DE RIGIIS, dicere non possumus, etamsi multos libros frustra ideo euoluimus. Eorum, quae heic leguntur opuscula, IOACHIMVS CAMERARIVS, à Ioanne Schonero, suo operi acceperat adnectenda. *Tabulas directionum & adspectuum*, quas exhibuit GVARIMBERTVS, parmensis, se extraxisse fatetur, ex dictis Halialben. tract. IIII. Cap. VII. de attazir. LVDOVICI DE RIGIIS *aphorismi astrologici* exstant etiam in *Astrologia aphoristica*, quae *Vlmae* 1674. in 12. prodiit. Conf. de opere, quod descripsimus, die *Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. III. p. 151. Georgii Summeri *Catalogus omnium scriptorum* IOACHIMI CAMERARII ad ann. 1535. Niceron *Memoires* Tom. XVIIII. p. 88.

CC.

CLAVDII PTOLEMAEI de praedictionibus astronomicis, cui titulum fecerunt quadripartitum Graece & latine Libri IIII. Philippo Melanthone Interprete. EIVSDEM Fructus librorum suorum, siue centum dicta, ex conuersione Iouiani Pontani. Cum gratia & priuilegio ad quinquennium. *Basileae per Ioannem Oporinum*, in 8. pp. 269.

ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ Πηλουσιέως Τετράβιβλος σύνταξις, πρὸς Σύρον ἀδελφόν. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ Καρπὸς, πρὸς τὸν αὐτὸν Σύρον. CLAVDII PTOLEMAEI *Pelusiensis* libri Quatuor, compositi Syro fratri. EIVSDEM Fructus librorum suorum, siue Centum dicta, ad eundem Syrum. Innumeris quibus huc vsque scatebant mendis, purgati. *Basileae per Ioannem Oporinum.* in 8. pp. 229. exceptis praemissis folior. 8.

Hac ratione inscribitur vtraque pars editionis PTOLEMAEI melanchthonianae, quae illi, quam modo recensuimus, raritate par est. Prima pars *interpretationem* complectitur Philippi Melanchthonis latinam, cui *epistolam* dedicatoriam *ad* Erasmum Ebnerum, *Senatorem vrbis* Norimbergae praefixit, anno 1553. *mense Martio* scriptam, in qua *numeros*, *etiam in locis alphabeticis*, emendatos esse, *in* graeca *&* latina *lectione*, huius editionis prodidit.

In secunda parte PTOLEMAEI textus graecus, ad editionem Ioachimi Camerarii, a typothetharum mendis, quibus illa deformata fuerat, purgatam, exscripta est, & Camerarii *epistolam* dedicatoriam *ad* Albertum, *Marchionem* brandenburgensem, & *epigramma* graecum, cuius supra fecimus mentionem, in fronte gerit. Editionis tempus in fine, hisce typographi indicatur verbis: Basileae *ex officina* Ioannis Oporini, *Anno salutis humanae MD LIII.* (1533) *Mense Augusto.*

De CLAVDIO PTOLEMAEO, eius *operibus*, & editionibus, vid. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. IIII. Cap. XIIII. p. 411 sqq. Georg. Martin. Raidelii *Commentatio critico-literaria, de* CLAVDII PTOLEMAEI *geographia*, *Norimb.* 1737. in 4. C. I. p. 3 sqq. die *Merkwürdigkeiten der koenigl. Bibliothek zu* Dresden Tom. I. p. 312 sqq. & 320 sqq. Tom. II. p. 305 sqq. Tom. III. p. 143. 151 sqq. vbi editio *tetrabiblii* melanchthoniana recensetur.

CCI.

Epitome totius Astrologiae, conscripta a IOANNE *Hispalensi Hispano, Astrologo celeberrimo*, ante annos quadringentos, Ac nunc primum in lucem edita. Cum praefatione Ioachimi Helleri, Leucopetraei, contra Astrologiae Aduersarios. *Noribergae, in officina Ioannis Montani, & Vlrici Neuber Anno Domini M. D. XLVIII.* (1548) in 4. folior. 88.

Floruit apud Hispanos, Seculo a Christo nato XII. IOANNES hispalensis, Archiepiscopus, quem Hugo de S. Victore L. I. *Miscel.* tit. XXC. Tom. III. *Operum* p. 119. grauiter monet, vt fidem christianam non solum animo tenendam, sed quoque ore confitendam esse existimaret, a qua re ille alienus esse videbatur. Ab hoc Archiepiscopo, diuersum esse IOANNEM hispalensem, Astrologum, disertis prodidit verbis Nicolaus Antonius in *Bibliotheca* hispan. *veter*. Tom. II. p. 267. Eius aetatem, in eiusdem Seculi XII. incidisse tempora, non solum Ioachimus Hellerus, in titulo & *praefatione* libri, quem describimus, adnotauit, sed id etiam innuit Claudius Francisc. Milliet Dechales, qui in tractatu prooemiali *de progressu Matheseos, & illustribus Mathematicis* Tom. I. *Cursus seu Mundi Mathematici* Cap. VIIII. p. 83. IOANNEM hispalensem, circa annum 1142. conuertisse Alphraganum, in sermonem latinum scribit. Quae cum ita sint, emendatione indigent, quae in *lexico eruditorum* Tom. II. col. 1925. de IOANNE hispalensi, mathematico & Astrologo, circa annum 1540. viuente leguntur. Istum autem IOANNEM plerosque Arabum astrologos in latinum conuertisse sermonem, refert Ioachimus Hellerus in *praefatione*, vbi etiam non condemnendam illorum farraginem, in sua exstare bibliotheca, adfirmat. Scripsit hancce *praefationem ad* Ioachimum Camerarium, *Compatrem*, idque in illa potissimum egit, vt Astrologiam, a philosophorum, medicorum, & theologorum obiectionibus,

quas plerumque in medium proferre soleant, vindicaret, eiusque certitudinem atque eximiam vtilitatem, multis argumentis & prolatis ex omni historia exemplis, confirmaret, atque demonstraret. Ipsum IOANNIS hispalensis opus, quod rarum omnino est nostra aetate, vt omnes fere astrologorum nugae, & deliramenta esse solent, in duas describitur partes. Prima pars complectitur *Isagogen in Astrologiam*, in Capita XXVIIII. distinctam.

Secunda pars, *de iudiciis astrologicis*, in IIII. dispescitur libros. Libro I. agitur Cap. XI. *de gentibus, regibus, ciuitatibus, aëris mutatione, fame, & mortalitate.* Libro II. Cap. XXII. *de natiuitatibus.* Libro III. Cap. XXVI. *de interrogationibus.* Libro IIII. Capitibus XXVIIII. *de electionibus*, quibus *tabula viginti octo mansionum Lunae, ad annum* Christi 1142. *completum* additur, quae temporis, quo IOANNES hispalensis vixit, luculentissimum est indicium. Ioachimum Hellerum, in edendo libro, pluribus codcibus fuisse vsum, *variantes lectiones* in margine notatae produnt. Conf. Iof. Simleri *Bibliotheca* p. 383.

De Ioachimo Hellero nonnulla diximus in *Analectis literar.* p. 14 sqq. In Catalogo operum, ab ipso euulgatorum, qui legitur in *lexico eruditorum* T. II. col. 1468. haec IOANNIS hispalensis editio omissa fuit.

CCII.

Almanach perpetuum exactissime nuper emendatum omnium celi motuum cum additionibus in eo factis tenens complementum. Cum Gratia & Priuilegio. in 4. folior. 243.

Omnis fere liber, literis gothicis excusus, tabulis absoluitur astronomicis, quibus reuolutiones septem planetarum, verus motus solis & lunae, oppositiones, & coniunctiones nodorum, ad eclipses latitudines lu-

nae &c. ob oculos ponuntur. Auctor eius est R. ABRAHAM BEN SCHEMVEL ZACVT, salmanticensis, non toletanus, vt ab Hieronymo Romano de la Higuera, teste Ioan. Christophor. Wolfio, in *Bibliotheca* hebraea Tom. I. p. 107. dictus fuit. Seculo a Christo nato XV. ad finem vergente Caesaraugustae, publice in Academia astronomiam docuit. Cum anno 1492 Iudaei fere omnes, ex Hispania pellerentur, in Regis Lusitaniae Emanuelis concessit aulam, & dignitatem regii chronographi, & Astronomi obtinuit. Pluribus verbis de illo & scriptis eius egit Io. Christophor. Wolfius l. cit. p. 104 sqq. Tom. III. p. 66 sqq. Conf. Nicol. Antonii *Bibliotheca* hispan. T. II. p. 313 sqq. Praemittitur editioni nostrae Alphonsi hispalensis de Corduba, Medicinae Doctoris *epistolion*, *ad* Alphonsum Episcopum eborensem, in qua, *tabulis* ZACVTI, & in primis *calculo loci* Veneris *ad reuolutiones futuras & praeteritas, post primam reuolutionem annorum octo, in tabulis adsignatorum*, multos inesse errores, & ZACVTVM non intellexisse, a fundamento, quae scripserit, perhibet. Rogatu igitur Ioannis Lucilii, Germani, in arte astrologica periti, qui Venetiis, tunc temporis, solus impressioni librorum astrologicorum vacasse dicitur, se permotum scribit, vt *canonem facillimum ad locum verum* Veneris, *per easdem tabulas habendum* composuerit, eiusque *rationes, cum rationibus erroris* ZACVTI, suae *epistolae* subiecerit. Illis addita est *epistola* Ioannis Michaelis, Germani budorensis, *ad* Alfonsum hispalensem, de Corduba, *artium & medicinae doctorem excellentissimum, ac syderalis scientiae speculatorem non minus accuratum quam accuratissimum.* Conqueritur in illa, librum ZACVTI alioquin vtilissimum, *tum ob imbecillitatem tabularum, tum ob praecepta, in bas minus rite ac perperam, & praepostero ordine, truncataque verborum breuitate, manca interdum & inepte tradita*, multis scatere erroribus, quos neque auctori, neque traductori, Iosepho *cognomento* Vicino, sed *famelico potius cuipiam ac esurienti librario impingere*

gere velit, qui ob habendi sitim magis, quam bonarum artium studiosis opem ferendi, inuito & inconsulto auctore opus in lucem protruserit. Exponit praeter ea in *epistola*, qualem in emendando & augendo libro, praeceptoris Ioannis Lucilii, cuius mortem praematuram dolet, iussu, collocauerit operam, atque laborem. Ioannes is Lucilius, cuius non solum in Alphonsi hispalensis, sed etiam in hac Ioannis Michaelis budorensis *epistola*, mentio facta est, ille sine dubio Ioannes Lucilius Santritter, siue, vt ipse nonnunquam se vocauit, Io. Lucilius Hippodamus, heilbrunnensis, Germanus est, qui circa illa tempora, Venetiis vixit, & variorum librorum in primis Astronomicorum editiones curauit. Descripsimus in *Analectis literariis* p. 321. editionem *Chronici* Eusebii rarissimam, quae ab eodem Ioanne Lucilio, Venetiis 1483. in lucem emissa fuit. Conf. Christiani Schoettgenii *Continuat. Bibliothecae* fabrician. latinae *med. & infim. aetatis* L. XIIX. p. 422. Qua ex lingua ZACUTI *Almanach perpetuum*, a Iosepho Vicino, translatum in sermonem latinum fuerit, pro certo adfirmare neutiquam sustinemus, si tamen coniecturae locum dare voluerimus, ex hispanorum vernacula id factum esse dixerimus, cum Io. Christophor. Wolfius l. cit. Tom. III. p. 66. ex *Catalogo MS. Bibliothecae* scorialensis, codicem protulerit, cuius hic fuit titulus: ABRAH. ZACUTH *Almanach de tablas astronomicas à ayuntamiento maior*. Ipse ABRAHAM ZACUTUS opus suum dicauit, cuidam Episcopo salmanticensi, cuius nomen, in nostra editione, non adpositum est. Si vero *tabulas* ipsas paullo adcuratius perlustramus, videtur omnino Auctor, vt tabulae quatuor annorum pro sole eius locum semper indicant, inuenisse alias reuolutiones in singulis planetis, post quas redeant ad eadem loca iisdem diebus; quod si verum esset, posset opus vtilissimum esse, ad inueniendum planetarum locum sine calculo. Sunt autem istae reuolutiones pro sole anni quatuor, pro luna anni XXXI, pro Saturno LVIIII. anni, quibus perficitur reuolutio



tio motus, centri, & argumenti. Iupiter intra XXCV. annos, sed centrum XXCIIII. argumentum XXCVI. Mars XXC. sed centrum XXXIIII. & argumentum XXXV. annis. Veneris motus annis IIX. argumentum VIIII. centra vero Veneris & Mercurii annis IIII. Mercurii motus annis CXXV. argumentum annis XL. quae omnia exactiori Astronomorum examini submittimus. Quo tempore versionis latinae omnium prima in lucem exierit editio, ignoramus. Claudius Francisc. Milliet Dechales in *mundi mathematici* Capite proemiali Cap. VIIII. p. 84. editionem profert, quae anno 1472. *Venetiis* in 4. euulgata fuit, &, vt ex succincta eius recensione adparet, a nostra, non nullis in locis, si planetarum spectaueris reuolutiones discedit. Editionem titulo *tabularum motuum caelestium, cum additionibus* ALPHONSI hispalensis DE CORDVBA protulit Ioh. Christophor. Wolfius l. cit. Tom. I. p. 106. & Mich. Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. I. p. 625. De editione *veneta* anni 1499. vid. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 396. Mich. Maittaire l. cit. Tom. I. p. 705. Idem sine dubio liber est, quem non addito auctoris nomine, titulo: *Almanach perpetuum, siue Ephemerides planetarum perpetuae, Venetiis apud Petrum de Lichtenstein* 1498 in 4. literis gothicis excusum prodidit Mich. Maittaire l. cit. T. I. p. 681. vbi plures nominantur Catalogi, in quibus ista editio occurrit. Nostrae editionis mentionem fecerunt Ios. Simlerus l. cit. p. 2. Gerard. Io. Vossius *de artium & scientiarum natura & constitutione* L. III. Cap. XXXVI. p. 124. edit. *Amstelod.* 1696. in fol. Io. Christ. Wolfius l. cit. Tom. I. p. 106. Annus editionis hisce verbis fol. 141. adnotatus fuit: *Opus Ephemeridium siue Almanach perpetuum* ABRAHAM ZACVTI *completum accurato studio nouiter castigatum Impressum est ac absolutum* Venetiis *quam accuratissima fide licuit: sano distinctoque charactere per* Petrum Liechtenstein Coloniensem *Anno Salutifere Incarnationis 1502. Die 15. Iulii. Ex gratia & Priuilegio speciali Illu. Dominii* Venet. *nemo audeat presens Opusculum*

lum in hac vrbe vel in aliis terris seu locis Illu. dominii per annos decem proximos imprimere vel imprimere facere: vel alibi forte impressum adducere Sub pena ducatorum quingentorum pro summa: & insuper pro singulo talium opusculorum ita impresso vel vendito ducatorum decem; prout in prefata priuilegio latius continetur. In *lexico eruditorum* Tom. IIII. col. 2136. praeter ABRAHAMI ZACVTI *Almanach perpetuum omnium planetarum motuum*; adducitur veluti opusculum diuersum eiusdem *Almanach perpetuum solis cum additionibus* ALPHONSI hispalensis DE CORDVBA; sed veremur ne pars libri, pro nouo & diuerso libro, heic adlata fuerit.

De ALPHONSO DE CORDVBA siue CORDVA, Artium & medicinae Doctore, & Cardinalis Borgiae Archiatro. vid. Nicol. Antonii *Bibliotheca* hispanica *vetus*, L. X. Cap. XIII. p. 730. vbi dubitare videtur, an patria cordubensis aut hispalensis fuerit. Ex vrbe autem hispalensi oriundum esse colligimus ex *epistola* dedicatoria, *tabulis* astronomicis, quas *ad* Ferdinandum & Elisabetham *reges Catholicos* elidit *Venetiis apud Melchior. Sessam & Petrum de Rauannis* 1517. in 4. praefixa, in qua teste Nicol. Antonio, in *Bibliotheca* hispana *noua*, hispalensem patriam ipse sibi adrogat. Conf. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 28.

CCIII.

ALFONSI *Hispaniarum regis* Tabule & L. GAVRICI *Artium doctoris egregii* Thoremata quorum hic est index.



Stel-

Stellarum fixarum longitudines nuper rectificate 108
Tabella diei prolixioris & paralellorum in quolibet climate 123

Ne quispiam alius calcopraphus venetiis aut vsquam locorum venetae ditionis impune has L. GAVRICI castigationes additionesue imprimat: senatus veneti decreto cautum est. In calce huius libri seorsum annexe sunt tabulae ELISABETH reginae nuper castigatae & in ordinem redactae per L. GAVRICVM cum additionibus & nouis problematibus eiusdem GAVRICI. in 4. folior. 123. & 28.

Titulus, qui longum post se trahit verborum syrma, ea, quae hoc libro continentur, satis superque indicat.

ALPHONSVS X. Castellae & legionis *maximus*, vt Io. Mariana *de rebus* Hispaniae, L. XIIII. C. VII. p. 598. edit. *Mogunt.* 1605. in 4. ait, *&* *prudentissimus rex*, *si sibi sapere didicisset*, omne fere tempus, grauioribus negotiis destinatum, in contemplandis sideribus caelestibus, consumsit, atque hac re effecit, quemadmodum idem Mariana l. cit. L. XIII. Cap. XX. p. 575. auctor est, vt dum caelum consideraret, obseruaretque astra, terram amitteret. Non solum enim cunctando dignitatem Imperatoris romani, quae a nonnullis Electoribus circa annum 1258. in eum delata fuerat, amisit, sed cum studiis tantum modo vacaret, regnique sui negotia plane negligeret, subditorum in se conciliauit odium, & hac re effecit, vt anno 1282. ab ipso filio Sanctio, regno spoliaretur. *Caelestium motuum tabulae*, eius auspiciis, a Iudaeorum, Arabum, Aegyptiorum, Maurorum, Hispanorumque mathematicis, & astrologis, quos ideo maximis stipendiis, in vrbem toletanam euocauerat, com-

ΛΕΜΑΙΟΥ. Πηλουσιέως τετράβιβλος σύνταξις, πρὸς Σύρον ἀδελφόν. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ καρπὸς, πρὸς τὸν αὐτὸν Σύρον. CLAVDII PTOLEMAEI *Pelusiensis* libri quatuor compositi Syro fratri. EIVSDEM fructus librorum suorum, siue centum dicta ad eundem Syrum. Traductio in linguam latinam librorum PTOLEMAEI duorum priorum, & ex aliis praecipuorum aliquot locorum, Ioachimi Camerarii Pabergensis, Conuersio centum dictorum PTOLEMAEI in latinum Iouiani Pontani, Annotatiunculae eiusdem Ioachimi ad libros priores duos iudiciorum PTOL. MATTHAEI GVARIMBERTI *Parmensis* Opusculum de radiis & aspectibus Planetarum. Aphorismi Astrologici LVDOVICI DE RIGIIS ad patriarcham Constantinopolitanum, *Norimbergae M. D. XXXV.* (1535) in 4. folior. 65. 87. & 24. si omnia numeraueris.

Primus exstitit omnium IOACHIMVS CAMERARIVS, qui PTOLEMAEI τετράβιβλον, *de apotelesmatibus & iudiciis astrorum* graece edidit, duos libros latina ciuitate donauit, & e reliquis libris loca praecipua tantum modo in sermonem latinum conuertit. Exstat quidem multo antiquior τοῦ τετραβίβλου versio latina, ab Aegidio Tebaldino euulgata, *Venetiis, per Bonetum Locatellum, impensis Octauiani Scoti XIII. Kal. Ian. MCCCCXCIII.* (1493) in fol. vid. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. I. p. 557. Cum vero Tebaldinus versionem potissimum hispanicam iussu Alphonsi, Castellae regis, ex arabico idiomate adornatam, exprimere studeret, versio illius adeo barbara est, vt vix latina dici mereatur. IOACHIMVS CAMERARIVS textum graecum inscripsit nomine Alberti, *Marchionis* brandenburgensis, *Ducis* Borussiorum; *epistola* dedicatoria scripta est *e* Norico *Cal. Sextil.* 1535. Laudat in illa, PTOLEMAEI opus, & *quam*

quam sit admirabile, ait, *ac eximium hoc* PTOLEMAEI *scriptum, facile declarant omnium professorum astrologiae, qui postea fuere, testimonia, quibus illud mirificis laudibus vehunt, neque vt humanum, sed vt diuinum plane opus suspiciunt & venerantur. Vnus est inventus recentior Astrologus* Abraamus; *qui huic fidem auctoritatemque detrahere auderet, sed adeo non inuenit assensores, vt ipsius quoque praecepta sequenda sibi plaerique non putarint. Ac apparet temerariam illam vocem nihil aliud expressisse quam obscuritatem scriptorum praeclariss. auctoris. Quae in tanta* graecarum *litterarum ignoratione quis intelligeret? Etiam nunc quibus huius linguae imperitia non obstat, in his tamen scriptis crebro incurrunt, propter neglectam incognitamque his temporibus rationem* graecam. Minime autem hoc CAMERARII effatum, multos viros recentiorum temporum philosophos, & mathematicos, inter quos Petrum Gassendum, & Claudium Franciscum Milliet Dechales satis est nominare, deterruit, qui id sibi datum esse negotium existimarunt, vt τετράβιβλον indignum PTOLEMAEI genio, & suppositítium esse contenderent. Vid. illius *philosophia* Epicuri Tom. II. p. 501. huius tractat. prooemial. *de progressu Matheseos, & illustribus Mathematicis* Cap. VIIII. p. 80. Praeter hoc elogium CAMERARII latinum, graecum etiam inuenitur, *epigrammate* comprehensum, in secunda tituli pagina. Ostendit autem auctor, quisquis ille demum fuerit

Libro I. Astrologiam & scientiam esse, & vtilem; tum differit de viribus planetarum, eosque diuidit in diurnos & nocturnos; deinde de aspectibus a sole, de anni temporibus, de signis masculinis & foemininis, de imperantibus & obedientibus, de domibus triangulis, altitudinibus, de cuiusque planetae dignitatibus, & de finibus.

In *Libro II.* singulas gentes sub suis signis constituit, loquitur de tempore euentuum, de coloribus eclipsium, de cometis, de nouiluniis, de tempestatum consideratione.

In *III.* de scientia gradus adscendentis, de parentibus, de natiuitate geminorum, de spatio vitae, de qualitatibus animae nati.

In *IIII.* de prosperitate, coniugiis, filiis, peregrinationibus, de fixarum significationibus.

Libellus PTOLEMAEI graecus, quem Καρπὸν nominauit, & ad fratrem Syrum scripsit, centum complectitur aphorismos astrologicos. Quod ad istorum librorum versiones adtinet latinas, nouo illae titulo ornatae conspiciuntur: CL. PTOLEMAEI *Librorum de iudiciis astrologicis quatuor, duo priores conuersi in linguam latinam, a* IOACHIMO CAMERARIO Pabergense. *Annotatiunculae in eosdem. Aliquot loci translati de tertio & quarto libro* PTOLEMAEI, *per eundem* CAMERARIVM

IOACH.

Qui coeli immensos animo peragrauerat orbes
Aetheream solitus CLAVDIVS *ire viam,*
Atque ibi Phoebaei *cognouerat aduena cursus,*
Et spacia in terris annua mensus erat,
Congressusque & digressus cum fratre Dianae
Et quod stellarum quaelibet erret iter.
Signaque siderei descripserat ardua templi,
Ac geminos intra cingula crebra polos
Idem & quid fructus nunc afferat illa notasse,
Praestet & hoc quanta ars vtilitate docet
Ne frustra tot flammiuagis micet ignibus aether,
Aut horum prosit igneus ordo nihil
Hunc iubet e graeco *ductum sermone* latinus
Vocibus & forma conueniente loqui.
Cui Camerariadum *gens auget nomen auita*
Quique aliquam e studiis famam IOACIMVS *habet*
Non tamen haec laudare decet nos scripta sed ipsum
Haud puto scriptorem dedecorabit opus.

Dedicauit versionem latinam Iohanni Vilhelmo a Loubenburg *Dno. ac Praesidi arcis* Waldegk. Scripta est *epistola Cal. Augusti* ann. 1535. *inter apparatus discessionis e* Norico. *Loca*, quae IOACHIMVS CAMERARIVS, ex libro PTOLEMAEI tertio excerpsit, & in sermonem transtulit latinum, sunt *de genesis figu-*

ra.

ra constituenda, & *de comperienda parte horoscopi.* E libro autem quarto *de fortuna bonorum & dignitatis*, & *de temporibus distinguendis.* In calce libri additam conspicimus integram versionem latinam, duorum librorum posteriorum, ex vetere translatione desumtam, eam potissimum ob caussam, vt lectores videant, quid intersit inter doctum interpretem, autorem e sua lingua vertentem, & inter barbarum, e barbara lingua, hoc est arabica transferentem. In eorum etiam gratiam, ea *loca*, quae CAMERARIVS, ex iisdem libris transtulit, in margine notata sunt, quo magis in promtu esset, quod conferre queant. An Aegidii Tebaldini, quam supra memorauimus, haec sit versio, dicere non possumus, cum vtrumque librum conferendi potestas concessa nobis non fuerit. Cum Hieronymus Cardanus, *Basileae* anno 1554. *expositionem in* PTOLEMAEI *libros quatuor, de Astrorum iudiciis*, in lucem ederet, illi addidit versionem latinam IOACHIMI CAMERARII, librorum priorum, & Antonii Gogauae posteriorum. Recusus fuit Cardani liber *Lugduni* 1555. in 8. *Basil.* 1578. in fol. & in *Operibus* Cardani, quae Carolus Sponius *Lugduni* 1663. X. Tom. in fol. euulgauit, Tom. V. p. 93 sqq. Solet a viris doctis, ex illis editionibus, *basileensis* 1554. & *lugdunensis* 1555. praesertim conquiri, ob thema natalitium, quod Christo Hieronymus Cardanus composuerat, vid. Ioan. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 172 sqq. Prodiere anno 1551. *Basileae, ex officina Henrichi Petri*, CLAVDII PTOLEMAEI pelusiensis alexandrini *Opera, quae exstant omnia, praeter geographiam, summa cura ac diligentia castigata ab* Erasmo Oswaldo Schreckenfuchsio, *& ab eodem isagogica in Almagestum praefatione, & fidelissimis in priores libros annotationibus illustrata*, in fol. in quibus inueniuntur *de iudiciis astrologicis, aut, vt vulgo vocant, quadripartitae constructionis libri quatuor, quorum priores duo a* IOACHIMO CAMERARIO latinitate *donati sunt: in reliquis* Schreckenfuchsius *emendauit multa ad veterum exemplarium veritatem: Adiecit etiam in loco* graecas *voculas, & aliquando totas*

sententias, *quo lectio fieret correctior*, *&* *expeditior.* Iouiani Pontani versio latina *centum dictorum*, siue libri, qui καρπὸς plerumque nominatur, ab eodem Schreckenfuchsio l. cit. inserta fuit. Legitur etiam eiusdem Pontani *commentationibus ad* Federicum Vrbini Ducem, illustrata, in Pontani *Operibus* T. III. p. 2601 sqq. edit. *basileens.* 1556. IIII. Tomis in 8. *Adnotatiunculae* IOACHIMI CAMERARII ad versionem latinam potissimum spectant, & nonnulla illius loca illustrant.

Quis MATTHAEVS fuerit GVARIMBERTVS & LVDOVICVS DE RIGIIS, dicere non possumus, etiamsi multos libros frustra ideo euoluimus. Eorum, quae heic leguntur opuscula, IOACHIMVS CAMERARIVS, a Ioanne Schonero, suo operi acceperat adnectenda. *Tabulas directionum & adspectuum*, quas exhibuit GVARIMBERTVS, parmensis, se extraxisse fatetur, ex dictis Halialben. tract. IIII. Cap. VII. de attazir. LVDOVICI DE RIGIIS *aphorismi astrologici* exstant etiam in *Astrologia aphoristica*, quae *Vlmae* 1674. in 12. prodiit. Conf. de opere, quod descripsimus, die *Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth. zu* Dresden Tom. III. p. 151. Georgii Summeri *Catalogus omnium scriptorum* IOACHIMI CAMERARII ad ann. 1535. Niceron *Memoires* Tom. XVIIII. p. 88.

CC.

CLAVDII PTOLEMAEI de praedictionibus astronomicis, cui titulum fecerunt quadripartitum Graece & latine Libri IIII, Philippo Melanthone Interprete. EIVSDEM Fructus librorum suorum, siue centum dicta, ex conuersione Iouiani Pontani. Cum gratia & priuilegio ad quinquennium. *Basileae per Ioannem Oporinum.* in 8. pp. 269.

ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ Πηλουσιέως Τετράβιβλος σύνταξις, πρὸς Σύρον ἀδελφόν. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ Καρπὸς, πρὸς τὸν αὐτὸν Σύρον. CLAVDII PTOLEMAEI *Pelusiensis* libri Quatuor, compositi Syro fratri. EIVSDEM Fructus librorum suorum, siue Centum dicta, ad eundem Syrum. Innumeris quibus huc vsque scatebant mendis, purgati. *Basileae per Ioannem Oporinum.* in 8. pp. 229. exceptis praemissis folior. 8.

Hac ratione inscribitur vtraque pars editionis PTOLEMAEI melanchthonianae, quae illi, quam modo recensuimus, raritate par est. Prima pars *interpretationem* complectitur Philippi Melanchthonis latinam, cui *epistolam* dedicatoriam *ad* Erasmum Ebnerum, *Senatorem vrbis* Norimbergae praefixit, anno 1553. *mense Martio* scriptam, in qua *numeros*, *etiam in locis alphabeticis*, emendatos esse, *in* graeca & latina *lectione*, huius editionis prodidit.

In secunda parte PTOLEMAEI textus graecus, ad editionem Ioachimi Camerarii, a typothetharum mendis, quibus illa deformata fuerat, purgatam, exscripta est, & Camerarii *epistolam* dedicatoriam *ad* Albertum, *Marchionem* brandenburgensem, & *epigramma* graecum, cuius supra fecimus mentionem, in fronte gerit. Editionis tempus in fine, hisce typographi indicatur verbis: Basileae *ex officina* Ioannis Oporini, *Anno salutis humanae MD LIII.* (1533) *Mense Augusto.*

De CLAVDIO PTOLEMAEO, eius *operibus*, & editionibus, vid. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. IIII. Cap. XIIII. p. 411 sqq. Georg. Martin. Raidelii *Commentatio critico-literaria, de* CLAVDII PTOLEMAEI *geographia*, *Norimb.* 1737. in 4. C. I. p. 3 sqq. die *Merkwürdigkeiten der koenigl. Bibliothek zu* Dresden Tom. I. p. 312 sqq. & 320 sqq. Tom. II. p. 305 sqq. Tom. III. p. 143. 151 sqq. vbi editio *tetrabiblii* melanchthoniana recensetur.

CCI.

Epitome totius Astrologiae, conscripta a IOANNE *Hispalensi Hispano, Astrologo celeberrimo*, ante annos quadringentos, Ac nunc primum in lucem edita. Cum praefatione Ioachimi Helleri, Leucopetraei, contra Astrologiae Aduersarios. *Noribergae, in officina Ioannis Montani, & Vlrici Neuber Anno Domini M. D. XLVIII.* (1548) in 4. folior. 88.

Floruit apud Hispanos, Seculo a Christo nato XII. IOANNES hispalensis, Archiepiscopus, quem Hugo de S. Victore L. I. *Miscel.* tit. XXC. Tom. III. *Operum* p. 119. grauiter monet, vt fidem christianam non solum animo tenendam, sed quoque ore confitendam esse existimaret, a qua re ille alienus esse videbatur. Ab hoc Archiepiscopo, diuersum esse IOANNEM hispalensem, Astrologum, disertis prodidit verbis Nicolaus Antonius in *Bibliotheca* hispan. *veter.* Tom. II. p. 267. Eius aetatem, in eiusdem Seculi XII. incidisse tempora, non solum Ioachimus Hellerus, in titulo & *praefatione* libri, quem describimus, adnotauit, sed id etiam innuit Claudius Francisc. Milliet Dechales, qui in tractatu prooemiali *de progressu Matheseos, & illustribus Mathematicis* Tom. I. *Cursus seu Mundi Mathematici* Cap. VIIII. p. 83. IOANNEM hispalensem, circa annum 1142. conuertisse Alphraganum, in sermonem latinum scribit. Quae cum ita sint, emendatione indigent, quae in *lexico eruditorum* Tom. II. col. 1925. de IOANNE hispalensi, mathematico & Astrologo, circa annum 1540. viuente leguntur. Istum autem IOANNEM plerosque Arabum astrologos in latinum conuertisse sermonem, refert Ioachimus Hellerus in *praefatione*, vbi etiam non condemnendam illorum farraginem, in sua exstare bibliotheca, adfirmat. Scripsit hancce *praefationem ad* Ioachimum Camerarium, *Compatrem*, idque in illa potissimum egit, vt Astrologiam, a philosophorum, medicorum, & theologorum obiectionibus,

quas

quas plerumque in medium proferre soleant, vindicaret, eiusque certitudinem atque eximiam vtilitatem, multis argumentis & prolatis ex omni historia exemplis, confirmaret, atque demonstraret. Ipsum IOANNIS hispalensis opus, quod rarum omnino est nostra aetate, vt omnes fere astrologorum nugae, & deliramenta esse solent, in duas describitur partes. Prima pars complectitur *Isagogen in Astrologiam*, in Capita XXVIIII. distinctam.

Secunda pars, *de iudiciis astrologicis*, in IIII. dispescitur libros. Libro I. agitur Cap. XI. *de gentibus, regibus, ciuitatibus, aëris mutatione, fame, & mortalitate.* Libro II. Cap. XXII. *de natiuitatibus.* Libro III. Cap. XXVI. *de interrogationibus.* Libro IIII. Capitibus XXVIIII. *de electionibus*, quibus *tabula viginti octo mansionum Lunae, ad annum* Christi 1142. *completum* additur, quae temporis, quo INANNES hispalensis vixit, luculentissimum est indicium. Ioachimum Hellerum, in edendo libro, pluribus codcibus fuisse vsum, *variantes lectiones* in margine notatae produnt. Conf. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 383.

De Ioachimo Hellero nonnulla diximus in *Analectis literar.* p. 14 sqq. In Catalogo operum, ab ipso euulgatorum, qui legitur in *lexico eruditorum* T. II. col. 1468. haec IOANNIS hispalensis editio omissa fuit.

CCII.

Almanach perpetuum exactissime nuper emendatum omnium celi motuum cum additionibus in eo factis tenens complementum. Cum Gratia & Priuilegio. in 4. folior. 243.

Omnis fere liber, literis gothicis excusus, tabulis absoluitur astronomicis, quibus reuolutiones septem planetarum, verus motus solis & lunae, oppositiones, & coniunctiones nodorum, ad eclipses latitudines lu-

nae &c. ob oculos ponuntur. Auctor eius est R. ABRAHAM BEN SCHEMVEL ZACVT, salmanticensis, non toletanus, vt ab Hieronymo Romano de la Higuera, teste Ioan. Christophor. Wolfio, in *Bibliotheca* hebraea Tom. I. p. 107. dictus fuit. Seculo a Christo nato XV. ad finem vergente Caesaraugustae, publice in Academia astronomiam docuit. Cum anno 1492. Iudaei fere omnes, ex Hispania pellerentur, in Regis Lusitaniae Emanuelis concessit aulam, & dignitatem regii chronographi, & Astronomi obtinuit. Pluribus verbis de illo & scriptis eius egit Io. Christophor. Wolfius l. cit. p. 104 sqq. Tom. III. p. 66 sqq. Conf. Nicol. Antonii *Bibliotheca* hispan. T. II. p. 313 sqq. Praemittitur editioni nostrae Alphonsi hispalensis de Corduba, Medicinae Doctoris *epistolion*, *ad* Alphonsum Episcopum eborensem, in qua, *tabulis* ZACVTI, & in primis *calculo loci* Veneris *ad reuolutiones futuras & praeteritas, post primam reuolutionem annorum octo, in tabulis adsignatorum*, multos inesse errores, & ZACVTVM non intellexisse, a fundamento, quae scripserit, perhibet. Rogatu igitur Ioannis Lucilii, Germani, in arte astrologica periti, qui Venetiis, tunc temporis, solus impressioni librorum astrologicorum vacasse dicitur, se permotum scribit, vt *canonem facillimum ad locum verum* Veneris, *per easdem tabulas habendum* composuerit, eiusque *rationes*, *cum rationibus erroris* ZACVTI, suae *epistolae* subiecerit. Illis addita est *epistola* Ioannis Michaelis, Germani budorensis, *ad* Alfonsum hispalensem, de Corduba, *artium & medicinae doctorem excellentissimum*, *ac syderalis scientiae speculatorem non minus accuratum quam accuratissimum.* Conqueritur in illa, librum ZACVTI alioquin vtilissimum, *tum ob imbecillitatem tabularum*, *tum ob praecepta*, *in has minus rite ac perperam*, *& praepostero ordine*, *truncataque verborum breuitate*, *manca interdum & inepte tradita*, multis scatere erroribus, quos neque auctori, neque traductori, Iosepho *cognomento* Vicino, sed *famelico potius cuipiam ac esurienti librario impingere*

gere velit, *qui ob habendi sitim magis, quam bonarum artium studiosis opem ferendi*, inuito & inconsulto auctore opus in lucem protruserit. Exponit praeter ea in *epistola*, qualem in emendando & augendo libro, praeceptoris Ioannis Lucilii, cuius mortem praematuram dolet, iussu, collocauerit operam, atque laborem. Ioannes is Lucilius, cuius non solum in Alphonsi hispalensis, sed etiam in hac Ioannis Michaelis budorensis *epistola*, mentio facta est, ille sine dubio Ioannes Lucilius Santritter, siue, vt ipse nonnunquam se vocauit, Io. Lucilius Hippodamus, heilbrunnensis, Germanus est, qui circa illa tempora, Venetiis vixit, & variorum librorum in primis Astronomicorum editiones curauit. Descripsimus in *Analectis literariis* p. 321. editionem *Chronici* Eusebii rarissimam, quae ab eodem Ioanne Lucilio, Venetiis 1483. in lucem emissa fuit. Conf. Christiani Schoettgenii *Continuat. Bibliothecae* fabrician. latinae *med. & infim. aetatis* L. XIIX. p. 422. Qua ex lingua ZACVTI *Almanach perpetuum*, a Iosepho Vicino, translatum in sermonem latinum fuerit, pro certo adfirmare neutiquam sustinemus, si tamen coniecturae locum dare voluerimus, ex hispanorum vernacula id factum esse dixerimus, cum Io. Christophor. Wolfius l. cit. Tom. III. p. 66. ex *Catalogo MS. Bibliothecae* scorialensis, codicem protulerit, cuius hic fuit titulus: ABRAH. ZACVTH *Almanach de tablas astronomicas à ayuntamiento maior*. Ipse ABRAHAM ZACVTVS opus suum dicauit, cuidam Episcopo salmanticensi, cuius nomen, in nostra editione, non adpositum est. Si vero *tabulas* ipsas paullo adcuratius perlustramus, videtur omnino Auctor, vt tabulae quatuor annorum pro sole eius locum semper indicant, inuenisse alias reuolutiones in singulis planetis, post quas redeant ad eadem loca iisdem diebus; quod si verum esset, posset opus vtilissimum esse, ad inueniendum planetarum locum sine calculo. Sunt autem istae reuolutiones pro sole anni quatuor, pro luna anni XXXI, pro Saturno LVIIII. anni, quibus perficitur reuolu-

tio

tio motus, centri, & argumenti. Iupiter intra XXCV. annos, sed centrum XXCIIII. argumentum XXCVI. Mars XXC. sed centrum XXXIIII. & argumentum XXXV. annis. Veneris motus annis IIX. argumentum VIIII. centra vero Veneris & Mercurii annis IIII. Mercurii motus annis CXXV. argumentum annis XL. quae omnia exactiori Astronomorum examini submittimus. Quo tempore versionis latinae omnium prima in lucem exierit editio, ignoramus. Claudius Francisc. Milliet Dechales in *mundi mathematici* Capite proemiali Cap. VIIII. p. 84. editionem profert, quae anno 1472. *Venetiis* in 4. euulgata fuit, &, vt ex succincta eius recensione adparet, a nostra, non nullis in locis, si planetarum spectaueris reuolutiones discedit. Editionem titulo *tabularum motuum caelestium, cum additionibus* ALPHONSI hispalensis DE CORDVBA protulit Ioh. Christophor. Wolfius l. cit. Tom. I. p. 106. & Mich. Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. I. p. 625. De editione *veneta* anni 1499. vid. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 396. Mich. Maittaire l. cit. Tom. I. p. 705. Idem sine dubio liber est, quem non addito auctoris nomine, titulo: *Almanach perpetuum, siue Ephemerides planetarum perpetuae, Venetiis apud Petrum de Lichtenstein* 1498 in 4. literis gothicis excusum prodidit Mich. Maittaire l. cit. T. I. p. 681. vbi plures nominantur Catalogi, in quibus ista editio occurrit. Nostrae editionis mentionem fecerunt Ios. Simlerus l. cit. p. 2. Gerard. Io. Vossius *de artium & scientiarum natura & constitutione* L. III. Cap. XXXVI. p. 124. edit. *Amstelod.* 1696. in fol. Io. Christ. Wolfius l. cit. Tom. I. p. 106. Annus editionis hisce verbis fol. 141. adnotatus fuit: *Opus Ephemeridium siue Almanach perpetuum* ABRAHAM ZACVTI *completum accurato studio nouiter castigatum Impressum est ac absolutum* Venetiis *quam accuratissima fide licuit: sano distinctoque charactere per* Petrum Liechtenstein Coloniensem *Anno Salutifere Incarnationis 1502. Die 15. Iulii. Ex gratia & Priuilegio speciali Illu. Dominii* Venet. *nemo audeat presens Opusculum*

lum in hac vrbe vel in aliis terris seu locis Illu. dominii per annos decem proximos imprimere vel imprimere facere: vel alibi forte impressum addacere Sub pena ducatorum quingentorum pro summa: & insuper pro singulo talium opusculorum ita impresso vel vendito ducatorum decem; prout in prefato priuilegio latius continetur. In *lexico eruditorum* Tom. IIII. col. 2136. praeter ABRAHAMI ZACVTI *Almanach perpetuum omnium planetarum motuum*; adducitur veluti opusculum diuersum eiusdem *Almanach perpetuum solis cum additionibus* ALPHONSI hispalensis DE CORDVBA; sed veremur ne pars libri, pro nouo & diuerso libro, heic adlata fuerit.

De ALPHONSO DE CORDVBA siue CORDVA, Artium & medicinae Doctore, & Cardinalis Borgiae Archiatro. vid. Nicol. Antonii *Bibliotheca* hispanica *vetus*, L. X. Cap. XIII. p. 730. vbi dubitare videtur, an patria cordubensis aut hispalensis fuerit. Ex vrbe autem hispalensi oriundum esse colligimus ex *epistola* dedicatoria, *tabulis* astronomicis, quas *ad* Ferdinandum & Elisabetham *reges Catholicos* edidit *Venetiis apud Melchior. Sessam & Petrum de Rauannis* 1517. in 4. praefixa, in qua teste Nicol. Antonio, in *Bibliotheca* hispana *noua*, hispalensem patriam ipse sibi adrogat. Conf. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 28.

CCIII.

ALFONSI *Hispaniarum regis* Tabule & L. GAVRICI *Artium doctoris egregii* Thoremata quorum hic est index.

Pla-



Stel-

Stellarum fixarum longitudines nuper rectificate 108

Tabella diei prolixioris & paralellorum in quolibet climate 123

Ne quispiam alius calcopraphus venetiis aut vsquam locorum venetae ditionis impune has L. GAVRICI castigationes additionesue imprimat: senatus veneti decreto cautum est. In calce huius libri seorsum annexe sunt tabulae ELISABETH reginae nuper castigatae & in ordinem redactae per L. GAVRICVM cum additionibus & nouis problematibus eiusdem GAVRICI. in 4. folior. 123. & 28.

Titulus, qui longum post se trahit verborum syrma, ea, quae hoc libro continentur, satis superque indicat.

ALPHONSVS X. Castellae & legionis *maximus*, vt Io. Mariana *de rebus* Hispaniae, L. XIIII. C. VII. p. 598. edit. *Mogunt.* 1605. in 4. ait, *& prudentissimus rex*, *si sibi sapere didicisset*, omne fere tempus, grauioribus negotiis destinatum, in contemplandis sideribus caelestibus, consumsit, atque hac re effecit, quemadmodum idem Mariana l. cit. L. XIII. Cap. XX. p. 575. auctor est, vt dum caelum consideraret, obseruaretque astra, terram amitteret. Non solum enim cunctando dignitatem Imperatoris romani, quae a nonnullis Electoribus circa annum 1258. in eum delata fuerat, amisit, sed cum studiis tantum modo vacaret, regnique sui negotia plane negligeret, subditorum in se conciliauit odium, & hac re effecit, vt anno 1282. ab ipso filio Sanctio, regno spoliaretur. *Caelestium motuum tabulae*, eius auspiciis, a Iudaeorum, Arabum, Aegyptiorum, Maurorum, Hispanorumque mathematicis, & astrologis, quos ideo maximis stipendiis, in vrbem toletanam euocauerat, com-

compositae, & ad eius honorem *alphonsinarum ta-*
larum titulo insignitae fuerunt. Eminuit inter vi
mathematicos, quos nominat Nicolaus Antonius
Biblioth. hispanic. veter. Tom. II. p. 55. quorum o
ra in componendis hisce tabulis vsus fuit ALPHO
SVS rex, R. Isaac ben Sid, Cantor, siue, vt Iuda
rum lingua adpellari solet, *Hazan* toletanus, de c
vid. Io. Christoph. Wolfii *Bibliotheca* hebraea Tom
p. 192. & p. 684. Vincent. Placcii *theatrum Ano*
mor. p. 325. vbi tamen, sicuti etiam in David. C
ment V. Cl. *Bibliotheque historique & critique des*
vres difficiles à trouver Tom. I. p. 209. nomine m
lato R. Isaac Aben adpellatur. Librum initio lin
hebraica conscriptum, & a R. Mose & Kiriath Iear
latinitate donatum esse scribit Cl. David Clemen
cit. Sed omnia alia nos docet Io. Christophor. W
fius in *Biblioth. hebr.* Tom. I. p. 894. vbi R. Mo
ex Kiriath Ieatim, *tabulas astronomicas* alphonsi
hebraicas fecisse, illaeque Ms. exstare in Biblioth
vaticana dicuntur. Conf. Christophor. Hendrei
Pandect. brandeb. p. 124. vbi versionis hebraicae ti
lus *Luchot haththecunah* esse dicitur. Refert Io
Vossius *de natura & constitutione artium* L. III. C
XXXVI. §. 32. p. 122. & Claudius Franciscus M
liet Dechales in tractat. prooemial. *mundi mathema-*
ci Cap. VIIII. p. 83. quod ab ALPHONSO Re
huic operi *quadraginta* numorum aureorum *mil*
impensa fuerint, sed Vossium, & qui illum sequu
tur, errasse, & pro *quadraginta* legendum esse *qu*
dringenta innuit P. Baile in *Dictionaire historique*
critique Tom. I. p. 805. not. G. vbi ait: ALFON
dépensa à cet ouvrage quarante mille ducats selon V
sius, quadraginta ducatorum millia: *mais aparem*
il a voulu dire quadringenta, *ou bien il s'est servi d*
livre dans lequel les imprimeurs avoient mis quadrag
ta *au lieu de* quadringenta, *car si* ALFONSE *n'a*
dépensé à cet ouvrage que quarante mille ducats, ce
seroit point la peine d'en parler, & nous trouvons d
d'autres auteurs la somme de quatre cens mille duc

Mais ce n' eſt point par là que ces tables aſtronomiques coûtérent le plus au Roi de Caſtille: *leur cherté conſiſte principalement en ce qu' elles furent cauſe qu' il perdit l' Empire d'* Allemagne. Conf. de ALPHONSO, *tabulis alphonſinis*, variisque earum editionibus, praeter ſcriptores iam citatos Nicol. Antonii *Bibliotheca* hiſpan. *vetus* Tom. I. p. 362. Tom. II. p. 178. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 28. Auguſt. Ricii liber *de motu octauae ſphaerae* fol. 25. edit. quam dedit Orontius Fineus *Paris*, 1521. in 4. Chriſtoph. Hendreichii *Pandectae* brandenburg. p. 123. ſqq. Io. Alb. Fabricii *Biblioth.* latin. *med. & infim. aetatis* L. I. p. 190. ſqq. Io. Henr. Hottingeri *Hiſtor. Eccleſ.* N. T. P. III. p. 345. Gerard. Io. Voſſii *de Scientiis mathematic.* C. XXXV. §. 31. p. 179. Chriſtian. L. B. a Wolf *Elementa Matheſeos* Tom. V. p. 111. *Cheuraeana* Tom. II. p. 279. Omnium ſine dubio princeps eſt editio, quam Michael Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. I. p. 442. *Venetiis per Erhardum Ratdolt Auguſtenſem 1483. IIII. Non. Iul.* in 4. excuſam eſſe prodidit. Conf. Samuel. Engel *Bibliotheca ſelectisſima* P. I. p. 6. Dauid Clement l. cit. vbi etiam editio *veneta, opera & arte mirifica* Iohannis Hamman de Landoia, dicti Hertzog, *anno a primo rerum aetherearum circuitione 8476. ſole in parte 18. gradiente Scorpii ſub coelo veneto; anno ſalutis 1492. currente prid. Cal. Non.* in 4. impreſſa, ab inſigni raritate laudatur. Inter editiones, quae *ex recognitione & cum theorematibus* L. GAVRICI prodierunt, noſtra omnium eſt prima & rariſſima. Euulgauit illam LVCAS GAVRICVS, Octauiani Sfortiadae, Epiſcopi arretini ſuaſu, anno 1524. cum *horrifica*, vt in *epiſtola* dedicatoria, *ad auguſtiſſimum Principem* Pompeum Columnam *Pont. Cardin. ſacratiſſ.* ait, *peſtis formidine tremebundus, ab vrbe* Roma *ſecederet, ad* venetos *dii quos poſuere lares.* Reliquum *epiſtolae* nuncupatoriae elogium artis aſtrologicae complectitur, eique hiſce verbis imponitur finis: *Iure igitur tibi nunc datus eſt ſacer inclite princeps*



Regius iste liber. *Gloria* Romulidum
O Cleri lux magna, decus columenque columnae
Fac erit auspiciis docta per ora tuis.
Hoc meum munus cape sat libenter
Nec legas dura facie, sed illa
Qua sacram Petri *capies tyaram maxime Presul.*

In fine autem *tabularum alphonsinarum* hoc Iosephi Bisulae brixiani poetae ad L. GAVRICVM legitur epigramma:

Si Deus est, ventura canit GAVRICE, *quis te*
Dotibus astrorum deneget esse Deum?
Tu ventura canis, tu quaeque ventura recludis
Diuinus vates, verus & astronomus
Vt parte in sexta geminorum natus, eadem
Seu foret Erigones, *cum* Ioue Mercurius.

Typographus praeter insignia sua, quae etiam in titulo conspiciuntur, hanc subiecit clausulam: *Hasce Diui* ALFONSI *regis* hispaniarum *illustriss. Tabulas &* GAVRICI *theoremata tibi* Pompee Columna *Sacratissime Pont. Impressit* Lucas Antonius Iunta *Anno saluatoris 1524. Mense Nouembris Anno autem mundi labente 6723. Iuxta ecclesiae decreta. Secundum vero* ALFONSVM *Regem 8509.* Adpendicem libri faciunt *Tabulae* ELISABETHAE Hispaniarum reginae, quibus eiusmodi nouus praefigitur titulus:

L. GAVRICI *Neapol. Artium doctoris egregii* Theoremata, & plereque Additiones. In Tabulas ELISABETH *hispaniarum Reginae* Quarum hic est Index.

Argu-

Ne quispiam alius calcographus venetiis aut vsquam locorum venetae ditionis: impune has L. GAVRICI additiones Theoremata ve imprimat: senatus veneti decreto cautum est.

Tabulae istae, quae sub ELISABETHAE nomine circumferuntur, compositae fuerunt ab ALPHONSO hispalensi DE CORDVBA, id quod multis Scriptorum testimoniis confirmari posset: sed vnum tantum adduxisse, satis erit, quod in *epistola* Ioannis Michaelis, budorensis, Germani, ad eumdem ALPHONSVM hispalensem scripta, & Abrahami Zacuti *Almanach perpetuo*, praemissa legitur, vbi ait: — *operam e vestigio dabo, vt & tabule tue* ELISABETH Hispanie *regine dicate: ac in easdem demonstrationum theoreumata: nomen tibi immortale procul dubio reddituram*

 exter-



externis in orbis plaga ocyssime prodeant. *In quibus*
ctus quidam & excellens nidor (nitor) *talem te ac t*
tum virum ostendit, quem tanquam nouum ac su
omnes nostri eui hyspaniarum *viros:* phetontei *cur*
exploratorem admirabimur &c. Conf. Nicol. Anto
Bibliotheca hispanica *vetus* L. X. Cap. XIII. p. 731. I
Simleri *Bibliotheca* p. 28. LVCAS autem GAVI
CVS *theoremata & additiones* suas, in istas *tabu*
non ipse edidit, sed Franciscus Nibius Cassandre
earum in se suscepit curam, quod huius *epistola*,
fine libri conspicua prodit.

Illustrissimo Principi Pompeo Columne Cardin. F
verendis. Franciscus Nibius Cassandreus no
riensis felicitatem.

Quom noster L. GAVRICVS *tuae Maiestatis ser*
lus iampridem deditissimus problemata in tabulis A
FONSI *regis* hyspaniarum *Sermi cum plerisque no*
additionibus cognitu dignissimis, tuo numini August
ssimo dicaret. Libuit etiam mibi Cassandreo *tibi ac t*
omnibus vsquequaque obnoxio, illis annectere theore
ta side propositiones quas in tabulis ELISABE
hyspaniarum *quoque Reginae. Nostris admonitionib*
Iacobi Vanette *precibus, atque suasu* Octauiani Sf
tiadae *Episcopi* Aretini *edidit paululo antequam ex*
vrbium regina per estatem secederet, & pestis pau
terrifico conflictatus ad Euganeos *atque* venetos *la*
commigraret. Quam prouinciam libenter admodum
sumpsit, absoluitque vno quadrante diei. Qua
quidem bonus ille vir ALFONSVS DE CORDV
hispalensis *pro huiusmodi tabularum elucidatione*
rusque propositiones exarauit adeo rurales atque per
xas, vt ipsemet quid sibi velit prorsus ignorare vid
tur. Et quoniam tu solus nostra hac tempestate lit
ratos omnes semper fouere & muneribus decorare c
sueuisti. Tanquam Mecenati *nostro Augustis.*

Hosce tibi (merito sacrauimus vsque libellos)
Quem genuere patres sanguine caesareo.

Quadringina igitur tibi mittit ELISSA *columnas,*
Pompeio *munus* GAVRICVS *ac* Niuius?
Romulidum *o fidus, splendor, spes firma* columnae
Cardineique chori gloria, Lucque salus.
Accipias placido vultu clarissime Princeps
Dulce decus doctis praesidiumque viris.
Sic petri solium patriae, priuicepsque, poterque
Nestoreosque *dies sidera contribuant.*

In LVCAE GAVRICI *operibus* omnibus, de quibus nunc dicemus, haecce *theoremata, & additiones in tabulis* ELISABETHAE Hispaniarum Reginae locum inuenerunt Tomo I. p. 75. sqq.

CCIIII.

LVCAE GAVRICI *Geophonensis, Episcopi Ciuitatensis* Tractatus astrologicus in quo agitur de praeteritis multorum hominum accidentibus per proprias eorum genituras ad vnguem examinatis. Quorum exemplis consimilibus vnusquisque de medio genethliacus vaticinari poterit de futuris. Quippe qui:

Per varios casus artem experientia fecit
Exemplo monstrante viam.

Cum gratia & priuilegio *Venetiis apud Curtium Troianum Nauo. MDLII.* (1552.) in 4. foliot. 122. si praemissa pp. 8. exceperis.

In fine editionis rarae haec conspiciuntur verba: Venetiis *apud* Bartholomaeum Caesanum *M. D. LII.* (1552.) Praecedunt *tractatum* ipsum a) Alexandri Fortunati geophonensis physici & astronomi *Enasthicon ex tempore aeditum.* b) LVCAE GAVRICI *carmina, quibus flexo poplite, & humili voce Deum precatur, vt* Christus *humani generis seruator, singulos christiani nominis fideles, liberet a periculis, in hoc libro,*

enarratis. c) *Salutatio angelica*, carmine elegi
d) *Symbolum apostolorum* carmine elegiaco. e) *S*
regina, eodem carminis genere expressa. f) Po
ponii Gaurici *dialogus de tempore* carmine elegia
Tractatus ipse, in sex diuiditur partes, quae CCI
themata natalitia ob oculos ponunt. Prima pars *c*
tatum, *& quorundam oppidorum schemata*, *& a*
thelesmata proponit; Secunda *summorum pontific*
Cardinalium & quorundam Praelatorum, *schem*
atque apotbelesmata; tertia *Imperatorum, Regum, P*
cipum schemata, & apotbelesmata; quarta *Schematis*
figurationesque coelestes illustrium virorum, philo
phorum, poetarum, oratorum, musicorum, *pictor*
que decreta refert; quinta *de biothanatis*, *hoc est*
lenta strage peremtis, agit, & sexta denique *de*
menatis, *siue corpore vitiatis*, *& mutilatis.* In q
ta parte occurrunt Martini Lutheri, Philippi
lanchthonis, Ioachimi Camerarii, Georgii Sabini
multos alios taceamus viros, tunc temporis insi
doctrinae laude florentissimos, schemata natal
Vanitatem autem huius artis in eo elucescere sc
Claud Franc. Milliet Dechales in tractatu prooen
mundi mathematici Cap. VIIII. p. 89. quod eius
cita, & sibi ipsis contraria, nullaque sit genitura,
ad quoslibet euentus aptari non possit. Omnis l
locum inuenit in LVCAE GAVRICI *Operibus* T
II. p. 1576. sqq. sed inter vtramque editionem,
nihil discriminis, quod tamen non adeo magni
menti est, intercedere deprehendimus. Cum e
notissimum illud praesagium, quo multi rerum g
carum scriptores, v. c. Iacob. August. Thuanu
XXII. *Historiar. sui temporis*, Tom. I. p. 1020.
francofurtens. in 8. Franc Eudes de Mezeray in
stoire de France Tom. II. p. 1139. Scipion Du
in *histoire generale de* France Tom. III. p. 564.
Anselme in *Histoire genealogique de la maison ro*
de France, *& des grands officiers de la couronne* To
Paris 1712. in fol. p. 76. LVCAM GAVRIC
Henrico II. mortem, ex duello praedixisse ferun

n

nostrâ editione euolueremus, id quidem in illa non exstare vidimus, sed aliud, illi omni ex parte contrarium, nobis se obtulit fol. 42. b. vbi GAVRICVS scripsit: *Inuictissimus* Galliarum *rex*, Henricus *christianissimus*, *erit regum quorundam Imperator*, *ante supremos cineres ad rerum culmina perueniet*, *felicissimamque ac viridem senectam* — *In ciuitatibus arieti subiectis*, *maximum sortietur dominium*; *si forte superauerit suae aetatis annos LVI. LXIII. LXIIII. ad annos LXVIIII. menses X. dies XII. facili ac felici tramite perducetur.* Cum autem euentus, vt in multis aliis L. GAVRICI praedictionibus, omnia alia docuisset, & Henricus II. vulnere in oculo accepto, in flore aetatis interiisset, istis verbis, nescimus a quo, in editione *basileensi*, eiusmodi lacinia addita fuit, p. 1612. *A* GAVRICO *obseruata*, *quinquennio ante ipsius genitura*, *monuerat eum per literas*, *vt circiter vnum & quadragesimum aetatis annum*, *vitaret duellum*, *astra minari vulnus in capite*, *quod vel coecitatem*, *vel mortem continuo adferret.*

Caeterum id, quod ὡς ἐν παρόδῳ heic adiicere licebit, Gabriel Naudaeus in *iudicio de* Cardano, quod Hieronymi Cardani *de propria vita* libro praemisit, fol. 17. edit. *Paris.* 1643. in 8. & fol. 13. edit. *amstelodam.* 1654. in 12. nec non Petrus Gassendus Tom. I. *philosophiae* Epicuri p. 504. aliarum praedictionum fecerunt mentionem, quibus eidem Regi Henrico summam felicitatem, florentemque senectam GAVRICVS vaticinatus fuerit. Conf. P. Baile *Dictionaire historique & critique* Tom. II. p. 1432. not. V. & X.

CCV.

Tomus I. Operum omnium, quae quidem extant, L. GAVRICI, *Geophonensis Ciuitatensis Episcopi Astronomi ac Astrologi praestantissimi*, *vatisque celeberrimi*, *omnium bonarum ac humanitatis ar-*

tium: in primis vero Mathematicae & iudiciari seu praenotionis scientiae ad miraculum vsque D ctissimi: ingenio plane admirando & diuino, Phil sophi, omni tam poeticarum, logicarum quam phy carum, philosophicarum theologicarumque scienti rum ac dogmatum facultate genereque praeclarissim Professoribus & studiosis omnibus Mathematica vel Iudiciariae seu praedictiuae artis, ad eam co gnoscendam, non tam necessaria, quam vtilia Iam pridem summa cura, ac singulari studio, suo interitu vindicata, & quasi postliminio reuc cata, pristinoque nitori restituta & plaeraque ant non aedita in vnum corpus redacta: quorum Ca talogum singulorum Tomorum & tractatuum ver sa pagina demonstrabit. Adiecimus singulis To mis, indicem rerum ac verborum omnium copic sissimum & diligentissimum. *Basileae ex officin Henric petrina*, in fol. pp. 857. exceptis praemis sis, & indice folior. 18.

Haec *Operum* L. GAVRICI collectio, nostra aeta te, raro in conspectum venit. Curauit illam Ioan nes Henricus Paedionaeus Rihanus, & hunc To mum I. nomine inscripsit Bernhardi Brand, *inclyta vrbis* basileensis *Tribuni summi. Epistola* dedicatori scripta est Rihae *1575. V. Kal. Mart.* Illi addidit du themata natalitia, e rationibus astrologicis delineata alterum Theodori Brand, Bernardi filii Conf. nepo tis, ex D. Rachele Heruagia, alterum Bernardi Bran Trib. summi basil. Sequitur *praefatio ad lectorem* quae succinctam artis astrologicae apologiam comple ctitur. Ipsi LVCAE GAVRICI libri, hoc ordine, in hunc Tomum primum relati fuerunt. Occurrit

I. *Oratio de inuentoribus, vtilitate, & laudibus Astronomiae, habita per* LVCAM GAVRICVM *vertente Anno humanati verbi clɔ. Iɔ. vii.* (1507.)

dum

dum in ferrarienſi *gymnaſio mathematicas diſciplinas profiteretur.*

II. *Machinae ſive ſphaerae coeleſtis totius: nec non planetarum, ſignorum, omnium corporum caeleſtium, ac eorum ordinum, curſuum, motuumque deſcriptio.* Iſte libellus partim poeticus, partim proſaicus, multis figuris aſtronomicis, ligno inciſis ornatus eſt. Dicauit illum Chriſtophoro Madruccio, tridentino, tridentinae*que ciuitatis Archiepiſcopo, quin &* brixienſis *Epiſcopo*, Mediolani, *totiusque* Inſubriae, *pro regia Maieſtate caeſarea Gubernatori.* Quod, in componendo libro, ſocium habuerit fratrem Pomponium Gauricum, his ipſe prodidit verbis: *Ego* LVCAS GAVRICVS geophonenſis *Epiſcopus, tuae maieſtatis ſeruulus, vsquequaque deditiſſimus — libellum hunc noſtrum, de Sphaera coeleſti, quippe Machina, elegis carminibus iam diu lucubratum, per me, &* Pomponium *fratrem meum, tibi meo regi, & Maecenati munificentiſſimo nuncupatum, typographis aere proprio excudendum, iſthuc transmittere non dubitaui.* Ob Chriſtophori nomen, quo Madruccius conſpicuus erat, inter illum, & *magnum*, vt plerumque vocatur, Chriſtophorum, comparationem inſtituit, variisque in vtrumque epigrammatibus luſit, e quibus breviſſimum heic adſcribimus:

Sanctus Chriſtophorus Chriſtum *geſtauit in vndis*
Aequoreis altum in ſpatulis ſemel inclyte Praeſul
Tu ſemper Chriſtum *geſtas in pectore clauſum*
Factorem coeli aeternum terraeque mariſque.

Elogiis poeticis libellum ornarunt Carolus Cazoporus, Calaber, Ioannes Baptiſta Gabius, veronenſis, Rubinus de Cupitis, eques caeſareus, ex monte corvino. Non ſolum autem ipſe, quae de ſphaera, & rebus coeleſtibus dici poterant, GAVRICVS carmine expoſuit, ſed etiam, quae ea de re, apud veteres poetas inuenit, diligenter adtulit.

III. L. GAVRICI Neapol. *artium doctoris egreg* *Theoremata, & pleraeque additiones, in tabu* Elisabeth, Hispaniarum *reginae.* De hoc libell iam supra diximus.

IIII. *Stellarum fixarum longitudines rectificatae, p* L. GAVRICVM, *voluente anno Salutis, M.* (1500.) *quarum* Alphonsus Hispaniarum *R* *inclytus obseruatui* (obseruauit) *esse in magni* *dinibus.* Opusculum ex meris tabulis compo tum Pompeii Columnae R. E. *Cardinalis* nom in fronte gerit. Compositum dicitur suasu Oc viani Sfortiadae, Episcopi arretini. Stellas tem fixas, in sex ordines distingui ait, in quas primae magnitudinis ac luminis, quae giae & augustae sint cognominatae, pontifici atque cardineam maiestatem prae se ferre vide tur, quae secundi splendoris, caesaream co nam, quae fulgoris tertii, reges, quarti o nis, magnanimos duces ac principes, quinti tricios, atque vrbium primates, sexti deni plebeculam.

V. *Tabulae aethereorum motuum, secundi videl* *mobilis, luminarium ac planetarum viri persp* *cissimi* IOANNIS BLANCHINI. *Ad longitu* *nem & latitudinem inclytae vrbis* Ferrariae GAVRICO *reuisae, & emendatae, omnium* *his, quae* Alphonsum *sequuntur, quam facillir* Dicatae sunt Octauiano Sfortiadi, *Episcopo* densi.

VI. *Calendarium ecclesiasticum nouum, ex sacris* *teris, probatisque sanctorum patrum synodis,* *cerptum, iuxta omnipotentis Dei mandata* *veteri testamento* Mosi *data* Claud. Franc. liet Dechales in tractat. prooemial. *mundi* *thematici* Cap. VIIII. p. 84. hoc *calendarium* *bene explicatum esse*, scribit, *in quo congessit* *ctor, multa carmina, aliaque sine ordine.* mina, quae heic leguntur, non ipse comp

or

omnia, sed ex variis auctoribus, veteribus & recentioribus, ex Ouidio, Virgilio, Claudiano, Sabino, cuius carmen *in diem natalem* Christi *Seruatoris*, integrum inseruit, aliisque pluribus excerpsit. *Themata mundi* varia, secundum Petosyrim & Necepsonem, secundum Babylonios, Arabes, & Aegyptios, secundum alliacensem, (Petrum de Alliaco) aliosque recentiores latinos, secundum Valentem antiochenum p. 635. sqq. delineauit. Christi *seruatoris thema natalitium*, ad hierosolymitanum finitorem, & ex Cardinalis cameracensis supputationibus delineatum p. 659. sqq. exhibuit. Omne opus Paulli III. pontificis nomine inscriptum fuit, eo tempore, quo iam ciuitatensis episcopus constitutus fuerat. Praemisit *Epistolam ad* Paullum III. in qua astronomiam, & praesertim, quae arithmeticae subalternatur, nullibi prorsus a religione christiana dissentire, imo omnibus, praecipue ecclesiasticis, & theologis apprime, vtilem & necessariam esse, demonstrare sustinuit. *Epigrammatibus* librum ornarunt Tyresias Fuscararius, patricius bononiensis, Antonius Campanatius, patricius bononiensis, & Caspar Cribellus, patricius mediolanensis.

VII. *Calendarium* Iulii Caesaris. Fasti primorum sex mensium, per Pomponium Gauricum, & Thamiram, sub capitolinis ruinis, in antiquo marmore reperti, cuius marmoris altera pars, reliquas sex menses, sine fastis continebat. Id *Calendarium*, cum *calendario ecclesiastico*, iam anno 1552. *Venetiis apud Iuntas*, in 4. in lucem editum fuerat, vid. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 455.

Tomus II. Operum LVCAE GAVRICI *Geophonensis ac Ciuitatensis Episcopi*, *Scientiae Astrologiae praedictiuae peritissimi, vatisque astrorum praestantissimi*: comprehendens: Isagogicam praeceptionem,



ptionem, seu doctrinam totius praedictiuae Astro logiae: nec non Coelestium Corporum complexio nes, qualitates, & naturas: Item erectionem figu rae coelestis, eiusdemque rectificationem, vna cun tabulis, & aliis dogmatibus, ad eam rem in pri mis necessariis. Item, tabulas, de primo mobi li, quas directionum vocitant, cum problemati bus facillimis, & diligenter examinatis. Quibu subsequitur Tractatus iudicandi omnium aphaeta rum apotelesmata. De quibus sigillatim, neque diffuse Claudius Ptolemaeus, nec caeteri scripto res hactenus fecerunt mentionem. Tractatum iudicandi conuersiones siue reuolutiones natiuita tum seu geniturarum. Rerum naturalium, & di vinarum, siue de rebus coelestibus LAVRENTI BONINCONTRI, *Miniatensis*, Lib. tres: qui ab LVCA GAVRICO recogniti, inque lucem aedit sunt. Prognosticon ab incarnatione Christi, anno 1503. vsque ad 1535. annum valiturum. Tracta tum astrologicum, in quo agitur de praeteritis multorum hominum accidentibus, per proprias eorum genituras, ad vnguem examinatis. Quo rum exemplis consimilibus vnusquisque de medio genethliacus vaticinari poterit de futuris. *Basileae*, a pagina 859. ad pag. vsque 1681. exceptis prae-missis & indice folior. 2.

Titulus satis prolixus, argumentum huius Tomi ob oculos ponit, quem Io. Henricus Paedionaeus, Melchiori Hegetzero, *illustris Archiducis* Austriae &c. *Consiliario, eiusque Curiae* ensisheimensis, *in superiori* Alsatia, *Assessori ordinario, & , ad* Heluetios *legato*, sacrum esse voluit. In *epistola* dedicatoria scripta Rihae *d. XVI. Kal. Mart. an.* 1575. non nulla de septem mirabi-

mirabilibus mundi opificiis, quibus domum Cyri, Medorum regis, & palatium Salomonis regium, etiam esse adnumerandum censet, differit, & omnibus illis regibus, & proinde Salomoni ipsi praeferendum esse filium Dei, regem regum demonstrat, qui οἰκουμένην, id est totum illud, quod sub caelorum concauo, & omnium visibilium creaturarum domicilium est, creavit, & longe praestantius, omnium regum sumtuosissimis aulis exornauit. Huius tandem palatii contemplationem & considerationem veram sapientiam, & philosophiam esse perhibet, in qua se semper sancti Dei exercuerint, & LVCAS GAVRICVS librorum suorum nobile subiectum & argumentum esse voluerit.

I. *Isagogen in Astrologiam praedictiuam* dicauit L. GAVRICVS *excellentissimo mathematicae artis, omniumque scientiarum professori eximio*, Horatio Reseco. Tempus, quo illam conscripsit, hisce consignauit versiculis:

Ter quinis Christi *seclis vertentibus, atque*
Bis quinis lustris, adiectis quatuor annis
Hoc opus exegit praesul geophonensis *in vrbe* (Romae)
GAVRICVS, *vt viuens perdiscant sidera caeli*
Fulgida diuersos hominum variantia casus.

Non solum multa operi inmiscuit carmina, quae vel ipse composuit, vel ex aliis auctoribus in medium protulit, sed multas etiam inseruit tabulas, quae ad astrologiam praedictiuam minime spectant. Non autem in *quinque*, vt Niceron in *Memoires* Tom. XXX. p. 153. perhibet, sed in sex distributum est partes. Cum aliis opusculis LVCAE GAVRICI, *Romae* anno 1546. in fol. editum esse, adfirmat Niceron l. cit.

II. *Tabulae primi mobilis*, a LVCA GAVRICO *epistola* dedicatoria, partim ligato, partim soluto sermone composita, inscriptae sunt nomine Alphonsi

Alphonsi Caraffae R. E. *Cardinalis, Archiepiscop* neapolitani. Haec *epistola* dedicatoria luculen tum vanitatis, cui viri emunctioris naris praedi ctiones astrologicas, obnoxias esse contendun est indicium. Etenim LVCAS GAVRICVS A phonso Caraffae, tiaram pontificiam, hisce qu dem praedixerat versibus:

— Erato *genitrix, genitor formosus* Apollo
Cyllenius *frater, docta* Minerua *soror*
Ingenium tribuere tibi Clarissime praesul
Totius & iouiam corporis effigiem.
Caesarei quales fuerant regesque ducesque
Sub quorum imperio terra fretumque fuit
Alter Maecenas, *alter* Lucullus, *& alter*
Crassus, Alexander, Caesar *& alter eris*
Et qui cardineam tribuit cum laude tyaram,
Ante obitum triplicem Iuppiter *ipse dabit*
Si vera est genesis tua princeps inclyte prorsus
Augur certus erit GAVRICVS *ille tuus.*

Sed euentus omnia alia docuit. Nam iste Alpho sus Caraffa, ob crimina, quae illi impingebant atrocia, iussu Paulli IIII. Romae, cum fratre Carol criminum socio, carcere inclusus fuit, ex quo solut centum mille aureis, dimissus, Neapolim se cont lit, ibique moerore confectus, anno 1575. aeta anno XXVI. obiit. Quo anno, *epistola* dedicator a GAVRICO, conscripta fuerit, docent versicul

Ter quinis seclis, lustris bis quinque peractis
Cum sex adiectis, Sextili mense, diebus
Bis quinis, Phoebo *dictante, & auspice* Christo.

Claud. Francisc. Milliet Dechales l. cit. p. 89. h *opus Romae* 1557. in 4. editum, *satis clarum & l num esse* scribit, *quantum patiatur astrologiae iudici riae vanitas.* Cum antem *tabulas primi mobilis*, *tabulas directionum*, veluti libros diuersos adtule eum errasse in propatulo est. Si Nicerono l. cit. 153. fides habenda est, liber etiam *Romae* 1560 in editus fuit. Is etiam errorem admisit, cum libri a

pen

pendicem, quae eiusmodi inscribitur titulo: *Directiones, progressiones, siue inambulationes ascensoria tempora horimea horarum constituta. Obuiationum Apoche & tempora particularia per ilegiorum directiones examinata, & in singulis huiusmodi circuitibus apotelesmata*, tractatum LVCAE GAVRICI credidit singularem. Is enim ille liber est, qui in titulo, vt vocatur generali, *tractatus* nominatur *iudicandi omnium aphaetarum apotelesmata, de quibus sigillatim, neque diffuse* Claudius Ptolemaeus, *nec caeteri scriptores, hactenus fecerunt mentionem.* In fine Adpendicis Quintiliani Mandosii, ad Alphonsum Caraffam, atque ad LVCAM GAVRICVM, nec non Octauiani Canis, ad eundem GAVRICVM, *epigrammata* leguntur encomiastica.

III. *Tractatum iudicandi conuersiones, siue reuolutiones natiuitatum* Niceron l. cit. p. 154. *Romae* 1560. fuisse euulgatum in 4. prodidit. Initio illius, duo Iosephi Bissulae *ad* GAVRICVM leguntur *epigrammata.*

IIII. De LAVRENTIO BONINCONTRO, miniatensi, eiusque libris, a LVCA GAVRICO recognitis mox data opera dicemus.

V. LVCAE GAVRICI *Prognosticon ab incarnatione* Christi *anno millesimo quingentesimo tertio, usque ad tricesimum quintum valiturum*, versibus hexametris conceptum, eique *octostichon, pium ad lectorem*, praemissum est. Inter alia anno 1530. ortum magni prophetae praedixit.

Eloquar an sileam? magnum mihi sidera vatem
Venturum monstrant, ni me coelestia fallunt
Ecce aderit, talemque an mittit Media regem
India*ue an* Babylon, Scythia *an* mereotica Memphis
Incertum est, certum est oriente Prophetam
Maxima cui toto fient miraculo mundo.
Cui cunctae gentes, cui totus seruiet orbis.
Quique nouas leges statuet, qui cuncta refringet
Sic senior princeps, prior & Ioue *certior ipso* &c.

Versibus

Versibus subiicitur 1) apollinei *vatis oraculu* oratione soluta compositum, in quo de hoc pseud propheta, talia leguntur: *Magnus Pseudopropheta l naris, ostentabit se miseris mortalibus, anno domin cae incarnationis 1530. sed biothanatus interibit, labe te anno aetatis suae 33. virginei vero partus 1535. vel Psal. 76. praesagire videtur his verbis & dixi nunc co pi, haec mutatio dextere excelsi: fiet enim, inqu mutatio rerum omnium, anno christianae salutis 15 foelix igitur ac nimium foelix cui septima fulserit a tas; annus scilicet 1530. sed mage beatus qui superau rit annum 1535. Siquidem tunc sacrosancta ecclesia formabitur, & aetas aurea passim per multos vigel annos, sub quodam Pontifice beatiss. & diuo Caesa clementissimo, & antequam talis reformatio fiet, i terim maior pars morietur fame, gladio, peste, ac mendum erit, quod vix media pars, aut tertia pa hominum totius orbis superuiuet tunc temporis.* Qu huic praedictioni euentus, in *rege Anabaptistarum* r sponderit, in margine adnotatum fuit. 2) Nomi *ciuitatum*, maxima ex parte italicarum, *12 signis su iectarum.* 3) *Celeberrimi* Germanorum *astrologi anno 1524. sententia.* 4) *Musae* Vraniae, *ad* Venet nos *querela.* Conqueritur Vrania de veneto Sen tu, quod in vrbe tam iustissima, auidus quidam i pressor, dignus atroci tortura, impune ausus fuer dare in vulgus ineptias quasdam vanas, praediction scilicet falsas annorum 1511. 1512. sub falso GA RICI nomine editas, vt suas mercator ocyus extr deret merces, quibus fulgentissimam enthei va GAVRICI famam penitus denigrauerit. Additu est GAVRICI *epigramma:*

Rumpe liuor edax magnum iam nomen habemus,
Maius erit, tantum quo pede coepit eat.

Expectare deinde Vrania populos iubet, singul annorum praedictiones, verissimas, atque admodu elegantes, a GAVRICO elucubratas, ad calce 1535. in vnum tamen compendiolum redactas. I i

iis, qui vltima mundi fata, feptimo a creatione millenario futura praedixerant, hac ratione GAVRIGVS fententiam fuam exponit: *plures opinati funt, ex variis fcripturis, quod in feptima aetate, vel feptimo millenario a creatione mundi debeat finiri mundus, quod ego non affero, quia nefcit homo, quae Deus pater pofuit in fua poteftate, cui talia committenda funt, & ideo multi errauerunt in hunc usque diem.* Tandem prognoftico additum eft 5) Philippi Parentelii, genuenfis, *epigramma:*

VI. De LVCAE GAVRICI geophonenfis, epifcopi ciuitatenfis, *Tractatu aftrologico, in quo agitur de praeteritis multorum hominum accidentibus, per proprias eorum genituras, ad vnguem examinatis. Quorum exemplis confimilibus vnusquisque de medio genethliacus vaticinari poterit de futuris, quippe qui*

per varios cafus artem experientia fecit
Exemplo monftrante viam,

iam fupra, a nobis dictum fuit.

Tomus III. Operum LVCAE GAVRICI *Geophonenfis Epifcopi Ciuitatenfis, aftrologique celeberrimi.* Continens Collectanea quaedam D. WOLFFGANGI WISSENBVRGII *Bafilienf.* ex lucubrationibus LVCAE GAVRICI difcerpta, inque directum ordinem, & diftinctam methodum redacta. Item Mifcellanea quaedam ex fragmentis LVC. GAVR. non folum lectu iucunda, fed etiam ad conferuandam valetudinem vtiliffima. Grammatices Libellum ifagogicum. Tractatum de ocio liberali. De illuftrium poetarum auctoritatibus aureum librum. De vera nobilitate Commentariolum *Bafileae* a pag. 1683 - 1912.

Inſcripſit tertium *Operum* LVCAE GAVRICI t mum, Ioannes Henricus Paedionaeus, qui patris n mine Nearus adpellabatur, nomine Wolfgangi Ephi piarii Wiſſemburgii, cuius auus fuerat WOLFGA GVS WISSENBVRGIVS, S. Theologiae Doctor, eccleſiarum baſileenſium miniſter, qui anno 1575. tatis anno LXXX. diem obiit ſupremum. C WOLFGANGI WISSENBVRGII, inter Helueti reformatores, non incelebre fuerit nomen, pauci men inter ſcriptores inueniantur, qui eius feceri mentionem, ipſumque *eruditorum lexicon* eum on ſerit, non ingratum fore lectoribus noſtris arbit mur, ſin ea heic adponimus, quae Ioan. Henric. P dionaeus, in nuncupatoria *epiſtola*, de illo narrau *Doctoris* WOLFGANGI — *beneficia in Academia & eccleſias tanta ſunt, vt taceri citra ingratitudi notam, nec poſſint, nec debeant. Fuit enim eccle antiſtes fidelis annis plus minus 50. Academiae, non co, quod aliquid contulerit tantum fideliter annis ferme docendo. Sed quod in ſyſtremmate, quod fuit no 1529. eam, cum propter vulgi incogitantiam de actum videretur, cum paucis doctis, vt D. Doct.* Bo facio Amerbachio, *itidem de ſchola optime meri & aliis, quorum memoria ſit in benedictione, conſer rit. Aliquoties eiusdem Rector magnificus, ac pro dus. Sacrae Theologiae Profeſſor indefeſſus, cuius* nouum & vetus teſtamentum *doctiſſimas* commen tiones *non ſemel dum profitentem, audiui, vidi, q te, in nobili ſua, & refertiſſima bibliotheca, qu maximis laboribus, & nullis quantumuis magnis p cens ſumtibus collegit, habere puto. Lucubratio quales aediderit mihi non conſtant. Vnicam, vidi o rum eius aſſiduitatem in labore, & ingenii acun apprime conteſtans.* Terrae ſanctae *exquiſitam & p cherrimam* deſcriptionem (de qua vid. *Analecta* ſtra *de libris rarior.* p. 1081. ſqq. Paulli Schaffsh ſen *Schreiben an Herrn* Io. Peter Kohl, *worinne vermeinte zwote Ausgabe von* Iacob Zieglers Syria, laeſtina, Arabia &c. *beurtheilet wird, in geſamn*

ten Briefwechsel der Gelehrten, *Hamburg*, 1751. in 8. p. 547. sqq.) *sine cuius cognitione*, *lectio sacrorum librorum*, *manca est & taediosa*, *id vt pluribus explicem buius loci*, *& instituti non est* &c.

I. *Collectanea quaedam* D. WOLFGANGI WISSENBVRGII, *ex fragmentis* L. GAVRICI *summo studio*; *summaque diligentia collecta* (partim ex GAVRICI autographis, partim ex libris eius impressis) *& in directum ordinem translata*, *inque vsum studiosorum Matheseos edita*, ad astronomiam, & geometriam potissimum spectant.

II. *De medicamentis collectanea quaedam*, *seu miscellanea*, *ex fragmentis* LVCAE GAVRICI, *non solum lectu iucunda*, *sed ad conseruandam valetudinem vtilissima*, complectuntur a) virtutes lapidum pretiosorum, b) virtutes herbarum, c) Quinti Sereni carmina medica, d) aurum potabile a Marsilio Ficino artificiose elucubratum, e) versiculos de aetatibus animalium latinos, ex Hesiodo f) de Phoenice Ouidii & L. GAVRICI versus.

III. LVCAE GAVRICI *grammatices libellum isagogicum*

Quo duce perdiscent pueri iuuenesque senesque
Horis ter centum dogmata grammatices.

praecedunt Vincentii Campunatii bononiensis *hexastichon*, *ad pueros*; epigramma *ad studiosos adolescentes*; precatio sermone soluto, ad sanctissimam Trinitatem; & *Oratio Doctoris* S. Thomae Aquitanis (aquinatis). Istum libellum *Romae* 1540. in 4. fuisse editum, adnotauit Niceron in *Memoires* Tom. XXX. p. 155.

IIII. *Tractatus de ocio liberali*, *ad* Tiberium Crispum, *Cardinalem* perscriptus methodo dialogica, in tres libros diuisus est; Colloquuntur de ocio liberali Pomponius Gauricus, & Santes Polonus, mutinensis Physicus. Praeter LVCAE GAVRI-

GAVRICI *epistolam* dedicatoriam, in fronte legitur eiusdem, & Io. Baptist. Gabii, veronensis *carmen ad* Tiberium Crispum.

V. *Aureus liber de illustrium poetarum auctoritatibus*, cum libro praecedente in lucem exierat *Romae* 1557. in 4. Exhibet varia poetarum veterum & recentiorum fragmenta, sub locos communes digesta.

VI. *De vera nobilitate libellus*, in quatuor libros distinctus, & Benedicto de Accoltis arretino, Ravennae *Pont. Cardinali* dicatus est. Libro I. colloquuntur Calphurnius, & Pomponius Gauricus, qui circa dialogi I. finem, & in reliquis III. dialogis, sub Plinii Gaurici nomine inducitur. Liber IIII. poeticus est, & ex variis veterum & rerentiorum poetarum consarcinatus carminibus, tali inscriptione gaudet:

Quam sit diuitiis pretiosior inclita virtus
Versibus his vatum docta caterua canit.

Et haec sunt omnia, quae in tribus *Operum* LVCAE GAVRICI voluminibus leguntur. In fine voluminis tertii typographus haec addidit verba: Basileae *ex officina* Henricpetrina *Anno salutis nostrae recuperatae MDLXXV.* (1575) *Mense Martio.* Falluntur autem, qui hanc collectionem omnia LVCAE GAVRICI opera complecti existimant. Multa enim sunt alia, quae in hisce tribus voluminibus locum non invenerunt, quorum Catalogus exstat in Niceron *Memoires* l. cit. p. 155. sqq. Addi illis poterit, quem Niceron omisit, *Tetragonismus, id est, Circuli quadratura, per* Campanum, Archimedem syracusanum, *atque* Boetium, *mathematicae perspicacissimos adinventa* in 4. folior. 32. Leguntur in fine a LVCA GAVRICO editi libri, haec typographi verba: *Impressum* Venetiis *per* Io. Bapti. Sessa. *Anno ab incarnatione domini MDIII.* (1503) *Die XXIIX. Augusti.* Quod etiam ad librum rarissimum, qui titulo: *Sapientissimi Philosophi* Aristotelis stagiritae *Theologia, siue*

siue mystica philosophia, secundum Aegyptios *nouiter reperta, & in* latinum *castigatissime redacta*, Romae *apud* Iacob. Mazochium 1519. & Paris. 1571. in 4. prodiit, (vid. Io. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 52. *Analecta* nostra *literar. de libris rarioribus* pag. 51. Dauid Clement V. Cl. *Bibliotheque historique & critique des livres difficiles à trouver* Tom. II. p. 109.) suam contulerit symbolam, docet Bernardini de Guidoctis, vicentini, artium doctoris, epistola, in fine voluminis conspicua, vbi inter alia scribit: Moyses Rouas, arabicae *linguae peritissimus, apud* Cyprum *ex* arabico *in* latinum *dolauit.* Petrus Nicolaus, *ex* Castellaniis Fauentinus *philosophus, atque humani corporis moderator non obscurus, ad amussim per capita, in ordinem redegit, & in* romanum *sermonem reuocauit. Demum* LVCAS GAVRICVS, *Astrologorum Alpha, Artium Doctor, & sacrosanctae Theologiae non ignarus, huic celeberrimo volumini, supremam imposuit limam.*

Natus fuerat LVCAS GAVRICVS, geophonensis, anno 1476. & praedictionibus suis astronomicis non omni tempore felix fuit. Negotium, quod illi cum Ioanne Bentiuolo euenit, iis narrabimus verbis, quae in *Natiuitat.* Tractat. III. Tom. II. *Oper.* p. 1618. vbi Ioannis Bentiuoli thema exstat natalitium, & in Paul. Iouii *elogiis doctor. viror.* p. 126. leguntur: Ioannes *per Antiphrasim* Bentiuolus, *in* felsina *ciuitate multos annos exercuit tyrannidem cum tribus filiis, & plurima nepotum caterua, in vna nocte fecit iugulare circiter XIIX. iuuenes de* Marescottis. *Siquis vellet enarrare homicidia, & scortationes ab illis perpetratas, esset profecto impossibile, quoniam* GAVRICVS *in quodam vaticinio impresso, ut se reciperet ad pedes* Iulii II. *Pont. Max. persuasit, alioqui ipse profligabitur cum omnibus suis, & aedes suae solo aequarentur. Ipse persuasus a* Christophoro Poggio, *iussit vt* GAVRICVS *quatuor brachiorum torturas experiretur. Dein hora quinta noctis fuit infelix, tunc vates, 25. diebus in carceres atros detrusus. Itaque misello vati*

veritas nocuit. Non multo tempore post, Iulius II. *Pont. Max. intrepidus cum vno exercitu prope* Imolam, *& altero in* Mutinensium *municipio, singulos illos Tyrannos, & sequaces profligauit, & Palatium eius fuit solo aequatum, vti omnes norunt, & Tyranni omnes illi vitam cum morte commutarunt, & ante obitum atroces poenas dederunt.* Cruciatuum genus, quo adfectus fuit GAVRICVS, his verbis exposuit Paul. Iouius l. cit. vbi de Bartholomaeo Coelite scribit: *Extat de praedictionibus praeclarae ac admirabilis fidei catalogus, ipsius* Coelitis *manu perscriptus, de iis, quibus varia violentae mortis pericula denunciauit, exactissimo post eius interitu fortunae obsequentis euentu comprobatus. Quo fit, vt me quoque inueteratae exercitationis in hac luce* romana *non facile credulum senem, in sententiam adducat, ipse exactae aetatis & integri iudicii* LVCAS GAVRICVS, *quum ingenue fateatur, se a* Coelite *seuere amiceque admonitum, vt violenti cruciatus caussas effugeret, quum id ipse, sui natalis, negligentia patris, ignarus, ex siderum scientia anteuertisse nequiuerit. A* Ioanne *enim* Bentiuolo *arreptus, & ex praealta trochlaea, suspenso fune, quinquies quassatus, ideo poenas dederat, quod excessurum patria & dominatu, in eius anni prognostico pronunciasset.* Conf. Iacobi Tollii *de infelicitate literatorum* lib. p. 428. edit. *lipsiens.* 1707. in 12. Ferdinandi Vghelli Italia *sacra* Tom. IIX. p. 273. edit. *venet.* Qua ratione, ob hoc infortunium, LVCAS GAVRICVS a Traiano Boccalini in *Ragguagli di Parnasso* Centur. I. Ragguagl. XXXV. traductus fuerit, exposuit Niceron l. cit. p. 146. sqq. vbi etiam ii confutantur, qui GAVRICVM ex hoc supplicio exstinctum fuisse prodiderunt. Annum enim 1506. quo id accidit, viuendo expleuit, & anno demum 1558. non 1588. vt typothetarum mendo, in *lexico eruditorum* Tom. II. col. 888. legitur, die VI. Martii fatis concessit. Epitaphium eius, Romae, in templo Arae Caeli, his verbis conceptum, hodie conspicitur:

LVCAE GAVRICO. GEOPHANENSI. EPISCOPO CIVITATENSI, OBIIT. D. VI. MART. MDLIIX. VIXIT ANNIS LXXXI. MENS. XI. DIES XXV. SEBASTIANVS BENINCASA GEOPHON. ET OCTAVIANVS CANIS BONONIENSIS HAEREDES EX TESTAMENTO B. M. P.

Conf. Nicol. Toppi *Bibliotheca* napoletana pag. 192. Lionard. Nicodemo *Addizione alla Bibliotheca* napoletana p. 154. ſqq. Iacob Auguſti Thuani *Hiſtoriar. ſui temporis* L. IIII. Tom. I. p. 210. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 455. Antoine Varillas *Anecdotes de* Florence *à la Haye* 1685. p. 322.

CCVI.

*LAVRENTII BONINCONTRII, *miniatenſis*, rerum naturalium & diuinarum, ſiue de rebus coeleſtibus Libri III. ad Ferdinandum Aragonum, inclytum Siciliae Regem, ab Luca Gaurico recogniti, inque lucem aediti. *Venetiis per Io. Moritorium, & Fratres de Sabio MDXXVI.* (1526.) in 8.

Solet plerumque a viris doctis, qui LAVRENTII BONINCONTRII, miniatenſis, *rerum naturalium, & diuinarum, ſiue de rebus caeleſtibus Libros III.* quos ad Ferdinandum Aragonum, Siciliae regem ſcripſit, memorant, editio veluti prima adferri, quae *cum eclipſium ſolis ac lunae, annis iam aliquot viſarum usque ad poſtremam huius anni 1540. deſcriptionibus per* Philippum Melanchthonem, Ioannem Stigelium, M. Aeontium, Ioach. Camerarium, & Georg. Aemylium, *Baſileae apud Robertum Winter* 1540. in 4. excuſa fuit, cuius inſignem raritatem teſtatur Dauid Clement V. Cl. in *Bibliotheque hiſtorique & critique des livres difficiles à trouver* Tom. V. p. 80. Sed multo

rarior,

rarior, imo rarissima est editio, cuius titulum, ab amico nobiscum communicatum, heic adscripsimus. De typographis, qui heic nominantur, initio quaedam apud nos suborta fuit dubitatio, cum Lucas Gauricus in epistola dedicatoria, ad Mantuae Marchionem Federicum Gonzagam, quem *R. E. ac florentinae reipublicae Imperatorem* nominat, scriberet quod anno 1526. VII. Id. April. pro communi vtilitate, huncce libellum aldinis typis excudendum promulgare statuerit. Sed inuenimus postea librum ab istis typographis, quos supra nominauimus, impressum, in *Catalogo Bibliothecae* fellianae, quæ Lipsiae 1737. diuendita fuit, in Adpendice p. 43. In *Operibus* Lucae Gaurici iunctim editis, liber locum inuenit Tom. II. p. 1521 - 1572. Iulius Caesar Scaliger L. VI. *de re poetica* Cap. IIII. p. 308. edit. *lugdunens.* 1561. in fol. libri stilum, argumento quidem longe esse inferiorem, non pauca tamen adtentius legenti, placere posse scribit. Lilius autem Gregorius Gyraldus Dialog. I. *de poetis sui temporis* Tom. II. *Oper.* p. 388. edit. *basileens.* 1580. *virum* adpellat BONINCONTRIVM *non ineruditum*, *sed portentosae cuiusdam doctrinae*, eiusque rei testimonium esse ait, tres versus de Deo:

Hic duo venturis statuit primordia rebus
Principio altricem siluam, rerumque parentem
Quae generum in sese caperet simulachra, creauit.

qui tamen versus, in tribus, *de rebus caelestibus* libris, non leguntur.

Vitam LAVRENTII BONINCONTRII, data, quod aiunt, opera, ex ipsius scriptis composuit Io. Lamius Vir Cl. quam praefationis loco BONINCONTRII *Historiae* siculae, in *Deliciis eruditorum Florent.* 1739. in 8. editae, praefixit. Cum vero Lamii librum euoluere nobis non licuit, ea, quae apud varios scriptores de LAVRENTIO BONINCONTRIO relata legimus, heic narrabimus. Inclaruit LAVRENTIVS BONINCONTRIVS, hetruscus miniatensis,

anno

anno 1410. VII. Kal. Martii, patre BONINCONTRIO natus, qui Praefectus vni ex triremibus Pisanorum, contra Turcas militauit. Cum anno 1431. Miniatenses ad Imperatorem Sigismundum, qui in Italiam venerat, Laurentium, BONINCONTRII patruum ablegarent, vt libertatem patriae, apud illum procuraret, Florentini, cum resciuere, id aegre admodum tulerunt, eumque, cum patruo in exilium miserunt. Coactus igitur sub Francisco Sfortia, mediolanensium Duce, diu stipendia meruit, atque anno 1436. in expugnatione Montis falisci, vulnus accepit, e quo morti proximus, vix ac ne vix quidem conualuit. Mantuae eum literas docuisse humaniores, patet ex Alberti Mussati, scripto in eum carmine, quod constat in Petri Burmanni *Thesauro, Scriptorum* italicor. Tom. VI. P. II. p. 50. Insignis ei, ob scientiam astrologicam, cui maximopere deditus erat, intercessit amicitia cum Marsilio Ficino, cuius non nullae, ad eum scriptae leguntur epistolae, inter Marsilii Ficini *epistolas*, e quibus vnam e Libro IIII. reliquis breuiorem heic adferimus, in primis cum singularibus, ne dicamus ineptis, Ficinus in ea, BONINCONTRIVM ornauerit encomiis.

Marsilius Ficinus
LAVRENTIO BONINCONTRIO
Astronomo & Poetae
S. D.

Quaerenti mihi nuper amicum quemdam, quem maxime consulerem, num quid vera de raptu in tertium caelum Paulli *disputauerim, occurrit in primis* LAVRENTIVS BONINCONTRIVS, *poeta astronomicus, astronomusque poeticus, quem quidem iam diu tanquam Astronomum suum* Atlas *in caelum altis, sustulit humeris, cui rursus tamquam vati pater ipse* Phoebus *ore rotundo caelestia cecinit. Ergo tunc demum veram me diuinorum imaginem expressisse putabo, quando* LAVRENTIVS *meus, qui illorum vultum & duce* Atlante,



& monstrante Apolline, *vidit penitus, adprobauer.*
Quod Academiae etiam platonicae fuerit Socius, patet e Catalogo istius Academiae sociorum, quam exhibuit Marsilius in Epistola ad Martinum Vranium L. XI. *Epistolar.* Conf. Angel. Mariae Bandinii Vir Cel. *Specimen literaturae* florentinae *Secul. XV.* Tom II. §. XXXVI. p. 74. Mortuus videtur Neapoli, qua in vrbe, &, in primis, in castris & aula Alphonsi I. regis, & filii Ferdinandi I. quibus admodum carus fuerat, diu versatus est. Luculenta illius rei exstant indicia, in *Annalibus* eius, & in ipsis *rerum caelestium* libris. Sic v. c. L. III. p. 1563. editionis, quas in Lucae Gaurici *Operibus* Tom. II. inuenitur, hac ratione scribit:

Expertusque meo natali, quanta minetur
Ille (Mars) *loco: quam multa tuli, quantosque labores*
Et quam multiplices dederint mea tempora casus
Quos memorare vetat res, & te (Ferdinaudus) *maxime Regum*
Non fallunt nostri casus, & vulnera saeua
Quos terra & pelago, pro libertate tuenda
Pertulerim, castrisque tuis nutritus, & aula,
Quam varie vitam duxi, quantisque periclis
Expositus: Marti *totum reddamus & astris.*

Mortem eius epigrammate lugubri deplorauit discipulus Ioannes Iouianus Pontanus, quod legitur *Carminum* Tom. IIII. *Tumulorum* Libro I. p. 3387, edit. *basileens.* 1556. in 8.

Tumulus LAVRENTII Miniati *nobilis Astrologi.*

Quid numeras Miniate? *nihil numerare necesse est*
Sydera sub pedibus, qui modo cuncta vides:
Cuncta suos agere anfractus, seque ordine summo
Cogere, & errores rite subire suos
Ne numera Miniate: *quies tibi parta: quiete*
Vtere & humanis exue de studiis
Ipsa quies Deus est, Deus est vita bonumque,

Vita

Vita bonumque simul, vtere vtroque simul.
Exutusque hominum curis, rebusque molestis
LAVRENTI *aeterno rite fruare bono.*
Nos memores veteris studii, sociique laboris
Haec tibi pro sanctae munere amicitiae.

Conf. de illo praeter Pocciantium & Gaddium Giulio Negri *Storia degli Scrittori* fiorentini p. 366. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 445. Christophor. Hendreich *pandectae* brandenburgicae p. 646. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca* latin. *med. & infim. aetatis* L. II. p. 713. sqq. Io. Burch. & Frideric. Ottonis Menckeniorum *Bibliotheca virorum militia aeque ac scriptis illustrium* p. 85 sqq. Referunt Mich. Poccianti, & Iulius Negri, inter eius scripta *librum factorum*, quo designari videntur Io. Alb. Fabricio l. cit. *Annales* LAVRENTII BONINCONTRII ab anno 1360. ad annum vsque 1458. quos primum e Codice ms. miniatensi, quem ab Andrea Buonaparte, Patricio, & Canonico miniatensi, sanguine cum familia BONINCONTRIORVM iuncto, acceperat, protulit Ludouicus Antonius Muratorius inter *Scriptores rerum* italicarum Tom. XXI. *Mediolani* 1732. in fol. p. 7. sqq. Sed valde veremur, ne *liber factorum*, apud Scriptores citatos ex errore typographico ortus, & *Fastorum* sit *liber*, quam Ios. Simlerus, Christophor. Hendreichius ll. citt. & Georg. Draudius in *Bibliotheca classica Francof.* 1625. in 4. p. 1094. cum *libris III. de rebus caelestibus*, & adpendice, cuius supra fecimus mentionem, *Basil.* 1540. *apud Robertum Winter* prodiisse memorant. Conscripsit etiam LAVRENTIVS BONINCONTRIVS *de ortu regum* neapolitanorum, *& rerum vndique gestarum, ad splendidissimum equitem* Antonellum de Petratiis *Libros VIII.* quorum a Marchione Theodoro Alexandro Triuultio, codicem habuerat ms. communicatum, & in lucem edere constituerat Muratorius, sed caussa nescimus qua impeditus promissis non stetit. Nouem autem librorum argumenta exposuit, in praefatione, *Annalibus* modo memo-

memoratis, praefixa, e qua praefatione ea maxim ex parte excerpsimus, quae de LAVRENTIO BONINCONTRIO heic exposuimus. Iosephus Iusti Scaliger, ob editum Manilium, vehementer in BONINCONTRIVM inuectus est, in *prolegomenis in Astrologia veterum* Graecorum, Manilii *Astronomi. Argentorati* 1655. in 4. edito, praemissis. *Iam pridem*, inquit, *Commentarium in* Manilium *ediderat* LAVRRNTIVS BONINCONTRIVS *oppido* mini tensi *in* Italia, *vir doctus, vt tum captus erat secu. ad literas nascentes caput attollentis. Sed ferendu erat, ab eius lectione, lectorem doctiorem non disced re, si non etiam & poetae ipsi astrologus nocuiss. Nam siqua in textu* BONINCONTRII *variant a scr ptis codibus, eae interpolationes sunt a* BONINCONTRIO, *& praeterea nunquam illi verum excidit in paullo maioris momenti quam alioquin peruetustum ipse ait, nactus codicem esset; — sed* BONINCONTRIO *non multum profuit vetustam codicem nancis quo vti nesciit: quem miserum interpretem, si sum malum fatum canibus hodiernis obiecisset, peiore fa quam* Actaeon *defungeretur &c.* Conf. eiusd. *prolegomena in* M. Manilii *astronomicon*, passim.

CCVII.

De Cometis Dissertationes nouae *Clariss. Virorum* THOM. ERASTI, ANDR. DVDITHI MARC. SQVARCIALVPI, SYMON. GRYNAE *Ex officina Leonardi Ostenii, sumptibus Petri Pern M. D. LXXX.* (1580) in 4. pp. 196. & 88. si fol 4. priora exceperis.

Collectionem admodum raram, magno orbis lite ti adplausu exceptam fuisse, testatur Io. Vogtius *Catalogo historic. critico libror. rar.* p. 248. Tres fert partes. In prima occurrunt

I.

I. *De Cometarum significationibus iudicium* THOMAE ERASTI, *medicinae in Schola* heidelbergensi *Professoris.* Lucem hoc *iudicium* iam viderat *Basileae* anno 1578. in 8. cum *disputatione, de auro potabili;* cum haec vero editio, multis typothetarum mendis deformata esset, quae non obscurum libellum tantum reddiderant, sed sensum eius verum turpiter alicubi deprauarant, placuit ERASTO, libellum sub incudem reuocare, emaculare, auctioremque reddere, & nonnulla etiam corrigere, & cum *Tractatu de Cometarum ortu, natura, & caussis,* vt illius veluti altera sit pars, coniungere. Sed omnis collectio typothetarum e manibus iam euaserat, cum naturam eorum libellorum, ordinem disturbatum, & vltimum in primum locum translatum esse animaduerteret. Conqueritur ea de re in *epistola,* quae primo loco occurrit, *ad* ANDREAM DVDITHIVM AB HOREHOWICZA, *Caesaris Consiliarium,* cui epigramma graecum subiunxit, cum versione latina, ab Anonymo, in ERASTI laudem, compositum.

II. ANDREAE DVDITH. *Caesaris Consiliarii, ad* THOM. ERASTVM, *philosophum & medicum clarissimum, Professorem in academia* heidelbergensi *epistola,* scripta *ex secessu* paschouiano (Pascowia oppidum Morauiae, quod impetrata a Caesare Rudolpho venia, cum adiacentibus villis emerat DVDITHIVS, Baronum, vt vocantur, prouinciae, in qua dynastia pascowiana sita fuit, titulis & iuribus ornatus) *Kal. Febr.* 1579. Scripsit *epistolam,* cum MARCELLI SQVARCIALVPI, plumbinensis, ex Italia profugi, commentationem *de Cometa,* qua nihil in hoc genere eruditius, acutius, elegantius, siue a recentioribus, siue a veteribus scriptum esse existimat, ad eum mitteret, & rogaret, vt Petro Pernae illam traderet excudendam. Adiecta sunt *epistolae* verba

verba *physici* germani Opauiae *ducatus medici*, ad DVDITHIVM, quibus sententiam suam de SQVARCIALVPI commentatione exposuit: *Ad rem quod attinet*, ait, *hoc est, naturam, caussas, & effectus Cometae, omnino nunc munus do, & vere affirmo, apud me omnes Cometas quicunque fuerint hactenus, hoc* MARCELLI *scripto consumtos, & extinctos, atque me forte tertium esse, qui quid Cometa sit ignoret, quocunque enim te vertas, arietes oppositi sunt ad conuellendam veterum & recentiorum de Cometis opinionem fallacem, quos si legerent mendaces illi κομητομάντεις, quos infinitos insanabile etiamnum scribendi κακοήθης detinet, puderet profecto olei, atque operae impensae, & haud scio an a quoquam accuratius, hoc* MARCELLO *excepto, quicquam de hoc scribi possit.* Lectissima ANDREAE DVDITHII *epistola* in Aristotelicos potissimum, & in omnes denique scripta est, qui, in philosophandi studio, eorum potius, in quorum verba iurarunt, quam suis propriis cernere oculis malunt.

III. *De Cometa in vniuersum, atque de illo, qui anno 1577. visus est, opinio* MARCELLI SQVARCIALVPI, plumbinensis, *ad ampliss. & sapientissimum virum* ANDREAM DVDITHIVM *Caesaris Consiliarium.* MARCELLVS SQVARCIALVPVS, plumbinensis, (Piombino) Italus, medicus & philosophus insignis, relicta cum patria, religione auita, iuuenis admodum, in Germaniam, & ad protestantium caluinianorum sacra, se contulit Seculo XVI. ad finem properante. In Transiluaniam postea delatus, Blandratae fauore adiutus, stipendium a Principe nactus est, & Socinianis se adsociauit. Cum autem scripto quodam, in Faustum Socinum, paullo acerbius inueheretur, consilio a Blandrata abeundi accepto, anno 1585. ex Transiluania discessit, & in Poloniam se contulit. Scripta eius, & in primis

mis illa, quae contra Simonem Simonium, philosophum & medicum, supra seculi, quo vixit, captum doctissimum, euulgauit, animum eius inconstantem, & hominem eum fuisse nullius fere fidei produnt. Reditum eum meditatum fuisse ad pontificiorum sacra, & ideo eum patribus Ioiolitis albensibus, Cardinale Bologneto, Antonio Possevino, Sebastiano Montelupio, aliisque tractasse, ei obiecit Simon Simonius, in libro, cui fecit titulum: Simonius *supplex, ad incomparabilem virum, praeclarissimisque suis facinoribus, de vniversa rep. literaria egregie meritum*, MARCELLO CAMILLVM *quemdam* SQVARCILVPVM, Thuscum, plumbinensem, *triumphantem . . . . voluit. habeat. Cracouiae an. 1585.* in 4. p. 44. & 48. Conf. de dissidiis, quae ei cum Simone Simonio intercesserunt atrocissimis, personati Lorandi Samuelfy siue Godofredi Schwarzii *de vita & scriptis* ANDREAE DVDITHII AB HOREHOWICZA *dn. in* Smigla *cet. dissertatio historico critica*, de qua mox dicemus §. XXXV. p. 81. sqq. In *lexico eruditorum* Tom. IIII. col. 762. minus adcurate *Marcus, Medicus & physicus hispanus* adpellatur, & vnus tantum modo illius *de cometis* memoratur tractatus, cum tamen in Iosiae Simleri *Bibliotheca* p. 112. sqq. prolixus exstat catalogus operum, quae is partim hetrusco, partim latino sermone conscripserat, iis tamen, quo vixit Simlerus temporibus, typographis euulganda nondum tradiderat. Errorem, quem admisit Simlerus, cum illum *Camillum* adpellaret SQVARCIALVPVM, notauit iam ANDREAS DVDITHIVS, in *Epistola ad* ERASTVM, modo memorata, vbi, MARCELLVS SQVARCIALVPVS, scribit, *quem* Simleri Bibliotheca, *nescio, quo errore,* Camillum *nominat liberrimo & perspicaci ingenio philosophus, & medicus — tum alia multa & physica & medica subinde ad examen reuocat, & veterum placita refellit, noua* *repo-*

reponens, tum nuper communem illam, & perua gatam de Cometae origine, ab Aristotele *prof ctam opinionem, euertit, atque adeo, diuinatio nem omnem astrologicam, quam superstitio, & anilis quaedam dementia inuexit, penitus sustuli* Scripsit SQVARCIALVPVS hunc Tractatum Pascowiae in aedibus ANDR. DVDITHII, in quas ex Bohemia concesserat. In tres diuiditur partes, quarum argumentum P. I. Cap. I. hisce prodidit verbis: *Iam vt ordine aliquo vtar, prius adferam disputationis institutum, postea descendam in hunc tam arduum disputandi campum. Differendum est primum, oratorie tamen, vt decet, contra ineptos Astrologos. Deinde contra peripateticos; pressa magis & grauiori methodo de natura, caussis & effectibus cometarum. Demum contra illos, qui rem non solum physicam vt* Aristoteles, *verum monstrum horrendum Cometam esse vociferantur. Et hae scholae omnes, propriis locis & rationibus confutandae sunt — Contendam Cometis naturam esse etiam nunc ignotam: ex quo fiet, vt nulli sint istorum terrores, & vaticinia penitus nulla. Demonstrabo infirma esse horum argumenta & ea quae timent & spargunt, primum leuia, post nefanda esse, demum nullo pacto fieri posse. Dicam in fine, quae mala post Cometam accidere possint, eadem tamen a Cometa nullo modo esse.* Indice rerum imponitur SQVARCIALVPI tractatui, & Collectionis parti primae finis.

In secunda parte, quae eiusmodi nouum praefert titulum: *De Cometarum ortu, natura, & caussis Tractatus; in quo* Aristot. *sententia explicatur, & contra* D. MARCELLVM SQVARCIALVPVM Plumbinensem, *defenditur, a* THOMA ERASTO, *Medicinae in Schola* heidelbergensi *professore. Quae in hoc tractatu continentur, indicat sequens pagina,* inueniuntur

I. THOMAE ERASTI *Epistola, de calore subterraneo, & eius efficientia ad illustrem & generosum virum* D. ANDREAM DVDITHIVM. Scripta est aduersus MARCELLVM SQVARCIALVPVM, qui in Commentario *de Cometis*, praeter rem ERASTVM taxauerat, quod in Commentario *de Cometarum significatione*, terrae proprium quemdam colorem adtribuerit, qui illi sic proprius sit & natiuus, vt insitus animantium calor, animalibus proprius est. Minime igitur se tale quidpiam adfirmare, quod illi tribuerit MARCELLVS SQVARCIALVPVS, ostendit.

II. THOMAE ERASTI *declaratio & probatio sententiae* Aristot. *de ortu, natura, & caussis cometarum, contra* D. MARCELLVM SQVARCIALVPVM, Plumbinensem, *philosophum & medicum clariss.* Defendit Aristotelis sententiam, quam impugnauerat SQVARCIALVPVS, Cometas ex calida & sicca exhalatione gigni.

III. THOMAE ERASTI *responsio, ad argumenta* D. MARCELLI SQVARCIALVPI, Plumbinensis, Itali; singula, in illa *responsione* SQVARCIALVPI argumenta, quae contra Aristotelis & ERASTI, de cometarum natura sententiam protulerat, confutantur. Omnis ERASTI defensio, in fine, scripta dicitur *Id. Maii anno Domini* 79. (1579.)

De THOMA ERASTO, medico, suae aetatis celeberrimo, & de scriptis, quae edidit, praeter alios legi merentur Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 661. Melchior. Adami *vitae Medicor.* p. 107. Paul. Freheri *Theatr. viror. eruditione claror.* p. 1280. Diem suum obiit supremum sexagenarius, anno 1583. Simon Grunaeus in Basiliensium *Monumentor. Antigraphis Lignicii* 1602. in 8. hoc eius p. 69. adtulit Epitaphium.

LVMINVM DATORI

S.

NON HERMES HIC TRISMEGISTVS



SED
ACVTVS PHILOSOPHVS
ELEGANS MEDICVS
SINCERVS THEOLOGVS
HEIDELBERGENSIS ACADEMIAE
COLVMEN BASILIENSIS
LVMEN
CVI NVTRICIA SVA LIBERAL.
REPENDIT
DOCTIS PIISQ. AMABILIS
ET QVOD
AD PATRIAE SPLENDOREM
FACIAT
HELVETIVS AQVENSIS
THOMAS
ERASTVS CONDITVR
SEXAGENARIVS
AN. SAL. CIↃ IↃ XXCIII.
PRID. KL. IAN.

IIII. ANDREAE DVDITHII, *ad* Ioannem Cratonem, *de Cometarum significatione Tractatus, ex solitudine* pascouiana *apud* Morauos *prid. Kal. Mart 1578.* scriptus est. Tanti a viris doctis iste *Tractatus* aestimatus fuit, vt semel iterum saepiusque in lucem ederetur. Omnium primam curauit editionem Ioannes Michael Brutus, qui cum epistola dedicatoria, ad Nicolaum Mieleczium, Palatinum podoliensem prodire iussit, hoc titulo: ANDREAE DVDITHII, *viri clarissimi, de Cometarum significatione Commentariolus, in quo non minus eleganter, quam docte & vere, Mathematicorum quorundam, in ea re vanitas refutatur. Addidimus* THOMAE ERASTI *eadem de re sententiam. Basileae ex officina Petri Pernae an.* 1579. in 4. pp. 68. Sunt quidem inter viros doctos, & vt alios taceamus, personatus Lorandus Samuelfy, siue Godofredus Schwarzius l. cit. p. 140. qui *Tractatum de Cometarum significatione*, primum a Io. Mich. Bru-

to *Crocouiae* 1579. editum esse prodiderunt. Sed *basileensem* editionem primam esse, & *craconiensem* nullibi exstare contendit Ioan. Vogtius in *Catalog. libror. rar.* p. 247. Secunda est editio, quae in hac nostra exstat collectione. Tertiam in lucem protulit Elias Maior, addito παραδόξῳ, Ὅτι οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐκ ἀγαθὸν φέρει. *Vratislaviae* 1619. in 8. Quarta natales debet academiae ienensi, vbi in conspectum prodierunt *De significatu cometarum dissertationes, & iudicia doctorum hominum collecta, emendata & cometomanticae nostri temporis opposita, a* Io. Andr. Bosio &c. *Typis & sumtu Georgii Sengenwaldi* 1665. in 4. Quinta denique, cum *dissertatione* de eadem materia, teste Nicerono in *Memoires* Tom. XVII. p. 405. euulgata fuit a Ioanne Georgio Graeuio *Vltraiect.* 1665. in 4.

Omnia, quae de ANDREA DVDITHIO AB HOREHOWICZA, Domino in Smigla, trium Imperatorum, Ferdinandi I. Maximiliani II. & Rudolphi II. Consiliario, episcopo primum tininiensi, postea chanadiensi & denique quinqueeclesiensi, post varios casus, anno 1589. Vratislauiae mortuo, dici poterant, multa cura atque sollertia exposuit Lorandus Samuelfy, siue Godofredus Schwarzius in *dissertatione historico critica de vita & Scriptis* ANDREAE DVDITH. AB HOREHOWICZA *Dn. in* Smiglia *cet.* quam addidit ANDREAE DVDITH. cet. *Orationibus quinque in Concilio* tridentino *habitis, quarum posteriores duae nunc primum e MSc. prodeunt. Cum Adpendice orationum duarum, quas* Georgius Drascowith *Episcop. tunc* Quinqueeclef. *in eodem Concilio habuit. Halae magdeburg.* 1743. in 4. pp. 16. 72. & 146. Legi praeter ea merentur Iosiae Simleri *Bibliotheca* p. 36. vbi eum inter eos, qui latinae linguae puritate, & eloquentia celebres sunt, honestissimum locum tenere scribit; Quirini Reuteri *vita* ANDREAE DVDITH, quam praefixit libro eiusmodi titulo ornato: ANDREAE DVDITHII DE HOREHOWICZA, *quondam Episcopi* quinqueeclesiensis *Oratoris & Consiliarii caesarei Ora-*

tiones in Concilio tridentino *habitae. Apologia ad D.* Max. II. *Imp. Commentarius pro coniugii libertate, cum appendice epistolarum DD. Impp. & PP.* Germaniae *orationum ac scriptorum aliquot, de Communione sub vtraque specie, Connubio sacerdotum, Ecclesiae reformatione synodique* tridentinae *potiss. actionibus, quorum indicem a praefatione proxima pagella monstrat. Nunc edita studio ac opera* D. Quirini Reuteri, Palatini. *Profess. in acad.* heidelbergens. 1610. *Offenbachi typis Conradi Nebenii, impensis vero Arnoldi Philippi Kopfii* in 4. Iacob. August. Thuani *Histor. sui temporis* L. XCVI. Tom. IIII. p. 729. sqq. Christophori Sandii *Bibliotheca Antitrinitariorum* p. 61. sqq. Io. Francisc. Buddei *Obseruatio de* ANDREA DVDITHIO, *Episcopo* quinqueeclesiensi, in *Obseruationibus* halensibus Tomo V. Obseruat. XI. p. 346. sqq. Niceron *Memoires* Tom. XVII. p. 385. sqq. Dauid. Czwittingeri *Specimen* Hungariae *literat.* p. 125. sqq. Christiani Augusti Saligii *vollstaendige Historie des* tridentinischen *Concilii* L. XV. Cap. I. p. 282. sqq.

Quae in tertia Collectionis parte inueniuntur, eius titulus, satis prolixus docet: *Commentarii duo, de ignitis meteoris vnus: alter de Cometarum caussis atque significationibus: Conscripti per* SIMONEM GRYNAEVM *Med. & Math. Accessit eiusdem Obseruatio Cometae, qui anno superiore 77. & ab initio 78. fulsit. Et Disputatio de inusitata magnitudine & figura* Veneris *conspecta in fine anni 1578. & ad initium MDLXXVIIII.* Inscripsit SIMON GRYNAEVS hasce lucubrationes, nomine Ludouici Comitis palatini Rheni, Ducis Bauariae.

SIMON GRYNAEVS, iunior, medicus, mathematum initio, in academia heidelbergensi, deinde in basileensi, philosophiae moralis professor fuit, & exstinctus est anno 1582. In Simonis Grunaei, Silesii, Basiliensium *Monumentor. Antigraphis* p. 62. hoc eius legitur epitaphium:



SIMON GRYNAEVS VIXI
CHRISTO NVNC VERE
VIVO
HEIDELBERGA IVVENEM
EXCEPIT
VIRT. ET ERVD.
INSTRVXIT
MATHEMATA PVB. DOCENTEM
MORBOS CVRANTEM
FOVIT
CONCORDI CEDENTEM DISCORDIAE
ACAD. BASIL.
MORVM PHILOSOPHIAE
PRAEFECIT
SED VIRVM EHEV INCOMPAR.
CLARA SIMELBECHIA
M. C V M L.
EXTVLIT
MDXXCII.
III. NON. VII BRIS.

CCIIX.

LEVINI LEMNII *Medici zirizaei* de Aſtrologia liber vnus, in quo obiter indicat quid illa veri, quid ficti falſique habeat, & quatenus arti ſit habenda fides. In quo denique multae rerum phyſicarum abditae, amoeniſſimaeque cauſſae explicantur, tum prouerbii origo, Quarta luna nati. *Ihenae imprimebatur per Tobiam Steinman Anno M. D. LXXXVII.* (1587) in 8. folior. 30.

Libellum eſſe rarum intelligimus è *Catalogo Bibliothecae* ſalthenian. pag. 507. vbi editio occurrit *Francof.* 1604. in 12. Primum LEVINVS LEMNIVS librum, adiectis duobus aliis, nempe *de praefixo vitae cuique termino*; & *de honeſto animi corporisque oblecta-*

lectamento, & quae exercitatio homini libero poti[…] mum conueniat: obiter de frugalitate & victus temp[…] rantia, ac rerum rusticarum amoenitate, Antuerpi[…] apud Martinum Nutium 1554. in 8. ediderat. Vi[…] Iof. Simleri *Bibliotheca* p. 453. Io. Franc. Foppe[…] *Bibliotheca* belgica Tom. II. p. 792. Argumentur[…] quod in libro, *de astrologia* pertractauit, hisce exp[…] fuit verbis, in praefatione *ad virum vtriusque iu[…] consultissimum*, D. Cornelium a Weldam, *inuicti[…] Caesari* Carolo *a consiliis*, quam *ex* zirizea, *anno i[…] choatae salutis* 1553. *Nonis Martii* scripsit: *Ego […] ornatissime artem ipsam* (astrologiam) *vtilissimam omnibusque amplectendam esse censeo, modo quis ea […] gitime vtatur, modo ne cum pietatis iactura coniunct[…] sit, & morum integritati officiat, modo nequid detr[…] menti respubl. ex illa capiat. Itaque non verebor ha[…] versare aleam, & Astrologiae aliqua ex parte esse a[…] sertor, & extra contemptum, quantum ipsa patit[…] hanc vendicare; cuius quota pars Medicis vsui sit, […] necessaria*, Galenus *in libro de diebus decretoriis, m[…] do ne suppostitii sint, atque illi falso inscripti, t[…]* Hippocrates *de aere & locis demonstrare mihi vide[…] tur. Caeterum ne quis temere quibusuis assentiat[…] iudicium delectumque iis adhibendum statuo, quae […] Astrologis prodire solent. Multa enim merito impr[…] bari, in hac prognosticandi temeritate, quaedam m[…] nus recte, & praeter rationem impugnari. Itaq[…] commonstrandum duxi, quousque progredi fas sit, & quibus culpandi diuinaculi quidam, quorum impro[…] tate effectum est, vt ars ipsa contemptui esse, & des[…] cata haberi, coepta sit*, &c. Praefationem sequit[…] Paschasii Oenii, *apud* zirizaeos *Archididascali*, in op[…] ris commendationem *epigramma* distichor. 15.

Quarta luna natos, vt in prouerbio est, eos e[…] ex rationibus physicis demonstrat, quibus sinistra, […] rumque auspicata, rerum omnium sunt initia. Ill[…] vero prouerbium, non ad diem quartum, sed ad […] stremum lunae quadrantem refert, cum illi, qui[…] nescei[…]

nescente luna, aut post huius dodrantem nascuntur, partim ob sideris defectum, partim ob enitentis debilitatem, aegre atque laboriose in lucem prodeant. Quam Erasmus roterodamus, huius prouerbii dixerit originem atque caussam vid. in *Adagior.* Chiliad. I. Centur. I. num. LXXVII. p. 50. sqq. edit. *basileens.* 1541. in fol.

LEVINVS LEMNIVS, ziriczaeus Zelandus, natus fuit anno 1505. XIII. Kal. Iunii. Cum medicinae studio, theologiam coniunxit, & Canonicorum S. Lebuini collegio, in vrbe patria adscriptus, per XL. amplius annos, ibidem medicinam, felici euentu exercuit. Varia scripsit opera, quae omnia inter libros rariores, quamuis plures, & iteratae eorum exstent editiones, referri solent. Titulos eorum adduxit Io. Franc. Foppens I. cit. Mortuus ziriczeae anno 1568. Kalendis Iuliis, & in aede D. Laeuini primaria sepultus est. Paschasius Oenius, cuius supra fecimus mentionem, in obitum eius hoc composuit elogium:

Sacrificus simul & medicus: quo nomine ciues
Demeruit, cunctis officiosus erat.
Obuius, expositusque suis dum vita manebat,
Comis & humanus, canditus vsque fuit.
Fuci expers, fictique etiam, simulata perosus
Nec tetricos vultus, nec tulit ipse minas.
Municipi quoque se impendit, tum fouit, & illi
Exemit morbos, sed medicante Deo.
Nam quascunque animi dotes, quae munera mentis
Obtinuit, supero accepta referre solet.
Ergo huius tumulum quisquis teris, oro, viator,
Iure hostimenti perge referre vices:
Atque ita defunctum tali digneris honore,
Vt tibi sit vitae ceu cynosura tuae.
Non voces querulas, lacrimas non poscit inanes
Nemo ex praescripto numinis ista facit.
Caelo etenim mens fixa stetit, Christique *beata*
Per meritum sperat sistier ante Deum.

Conf. Melchior. Adami *vitae medicor.* German
p. 34. Paul. Freheri *Theatrum viror. eruditione cl*
ror. p. 1245. P. Bayle *Dictionaire historique & cri*
que Tom. II, p. 16-74. Io. Franc. Foppens *Bibli*
theca belgica l. cit.

CCVIIII.

Lux in tenebris, hoc est prophetiae donum, qu Deus ecclesiam euangelicam (in regno Boh miae, & incorporatis prouinciis) sub tempo horrendae eius, pro euangelio prosequutionis, e tremaeque dissipationis ornare ac paterne solai dignatus est. Submissis de statu ecclesiae in te ris, praesenti & mox futuro per Christophor. Ko terum Silesium, Christinam Poniatouiam Boh mam, & Nicolaum Drabicium Morauum, reu lationibus vere diuinis ab anno 1616. vsque a annum 1656. continuatis. Quae nunc e vernacu lo in latinum fideliter translatae, in Dei gloriam afflictorum solatia aliorumque salutarem informa tionem, ipsius oraculi iussu in lucem dantu *Anno inchoandae liberationis M. D. C. LVII.* (1657 in 4. pp. 171. 95. 204. & 136. si praefationes pp 38. exceperis.

Libri admodum rari, qui Belgio suos natales debe mentionem fecimus in *Analectis literariis de libri rarior.* p. 457. sqq. Edidit illum IOANNES AMO COMENIVS, qui *praefationem* praemisit amplissimam in qua demonstrare non dubitat, donum futura prae dicendi, nondum ecclesiae christianae esse ademtum *Praefationi* subiunxit *aduersus scrupulos praemonitio nem.* In libro ipso occurrunt

I. *Reuelationes* Christophoro Kottero, *ciui & aluta rio* sprottauiensi *ab anno 1616. ad annum 1624. fa ctae,*

ctae, ex originali fideliter in latinum *translatae.* In linguam ſane bohemicam, iſtae *reuelationes* translatae, primum editae fuerant, quam ob cauſſam, heic etiam, interpretis bohemi praefatio, ſcripta d. XXVI. Mai. 1625. latinis verbis exprimitur. *Reuelationibus* Kotteri, quae XL. abſoluuntur capitibus, triplex adpoſita eſt adpendix: 1. complectitur *quaedam* Kotteri *ſomnia.* 2. *ſupplementa viſionum* kotterianarum. 3. *narratiunculam carcerum, exilii mortisque* Chriſtophori Kotteri &c. Ad hanc editionem expreſſa eſt verſio teutonica, quae hoc prodiit titulo: *Goettliche Offenbahrungen, ſo einem einfaeltigen frommen Mann*, Chriſtoph Kottern, *durch wahrhaftige achtjaehrige engliſche Erſcheinungen (von Anno 1616. bis ins 1624.) wiederfahren. Wie Gott* Deutſchland, *wegen übermachten Sünden, erſtlich zwar mit langwierigem Krieg und andern Plagen ſehr hart ſtrafen: hernach aber, (wo keine rechtſchaffene Buſſe darzwiſchen komt) durch fremde barbariſche Vaelcker überſchwemmen und verderben laſſen will. Ietzunder aufs neue, jedermaenniglichen zur Warnung, bey der nun vor Augen ſchwebenden Gefahr ans Licht gegeben durch* Benedictum Bahnſen (vid. de hoc Arithmetico fanatico Io. Molleri Cimbria *literata* Tom. I. p. 27. ſqq.) *Amſterdam im Jahr MDCLXIV.* (1664) in 8. pp. 257. ſi praefatio a I. C. N. M. id eſt, a IOANNE COMENIO, *natione* Morauo, compoſita pp. 44. excepta fuerit. Recenſio verſionis teutonicae vid. in *Nachrichten von einer* halliſchen *Biblioth.* Tom. VII. p. 346. ſqq.

II. *Reuelationes* Chriſtinae Poniatouiae *factae, annis 1627, 1628, 1629. fideliter ex proprio virginis manuſcripto* Bohemico *in* Latinum *translatae:* Sunt *reuelationes* XXIIII. quibus accedit adpendix hiſtorica, & *diſquiſitio de veris & falſis prophetis, e ſolis ſcripturis ſacris inſtituta, vna cum appli-*

catione ad moderna, nominatim Christinae Pon touiae.

III. *Reuelationes CCCXLIIII.* Nicolao Drabic Morauo, *V. D. M. factae ab anno 1638. bucusq ex originali fideliter in* Latinum *translatae.*

Pluribus verbis haec editio describitur in *Nachri ten von einer* hallischen *Biblioth.* Tom. VII. p. 336. s Conf. Iacob. Bruckeri *historia critic. philos.* Tom. II p. 628. sqq. vbi vero haec prima editio, per error anno 1651. euulgata dicitur. Impugnauit illam N colaus Arnoldus libro, cui titulum fecit: *Discur theologicus contra* IO. AMOS COMENII *Lucem in nebris, Franeker.* 1660. in 4. ad quem *discursum* respo dit COMENIVS, in *vindicatione famae & conscient* I. A. COMENII *contra* Nicol. Arnoldum, *Lugd. B* 1660. in 4.

CCX.

Historia reuelationum Christoph. Kotteri, Ch stinae Poniatouiae, Nicolai Drabicii, & qu circa illas varie acciderunt, vsque ad earundem a no 1657. publicationem: in conspectu Dei & E clesiae posita fideli testificatione eius, qui, (Deo disponente) omnium istorum autoptes, collect conseruator, editorque fuit. *Anno M. D. C. L* (1659) in 4. pp. 272. & 28.

Secunda libri praecedentis haec editio est in B gio excusa, multo priore imperfectior. Praeter C MENII enim *praefationem,* multa quoque alia om sunt. Noua, quam ei praefixit COMENIVS *prae tiuncula,* vix quatuor paginas implet. Antecedit lam dedicatio *ad viros in orbe christiano illuminatos* Librum ita disposuit COMENIVS, vt inueniatur

I. *Informatio ad conscios, de editione Libri: lux tenebris, dicti.*

II. *Historia* Kotteri.

III.

III. *Historia* Poniatouiae, qua enarranda praesertim sequitur Anonymi libellum, qui hoc titulo euulgatus fuerat anno 1659. *Nobilis virginis* Christinae Poniatouiae de Duchnick *hemerologium reuelationum*, *quas anno 1627. & 1628. partim in* Bohemia, *partim in* Polonia *habuit.*

IIII. *Historia visionum* N. Drabicii.

V. *Iudicia de luce in tenebris.* Illi praesertim confutantur, qui donum futura praedicendi ecclesiae christianae, nostris diebus ademtum esse existimant, & adparitiones atque visiones omnes in dubium vocant. Igitur multo in medium protulit, e Iacobi Fabricii, Theologi sedinensis, *probatione spirituum*, quibus, suam hisce de rebus opinionem confirmare sustinuit.

VI. *Clausula historiae.*

VII. *Resignatio sub Ecclesiae trutinam.*

IIX. *Suspiria ad Deum.*

VIIII. *Cohortatio Christianorum ad euigilandum Deoque in occursu eundum.*

Nostro exemplari, sicuti & nonnullis aliis addita est instar adpendicis *Continuatio historiae reuelationum* Nicolai Drabicii *ab anno 1659. ad 1663.* Legi de hac secunda *reuelationum* editione merentur die *Nachrichten von einer* hallischen *Biblioth.* Tom. IIX. p. 69. sqq. Iacobi Wilhelmi Blaufus V. Cl, *vermischte Beytræge zur Erweiterung der Kentnis seltner und merckwürdiger Bücher.* p. 20. sqq. Conf. Iacobi Bruckeri *historia critica philos.* l. cit. *Analecta* nostra *literaria de libris rarior.* l. cit.

CCXI.

Reuelationum diuinarum, in vsum seculi nostri, quibusdam nuper factarum, epitome: ad cito, quid sibi praesens terribilis mundi commotio velit peruidendum, indeque serio metum Dei concipiendum, & per poenitentiam veram vltimum interitum

tum praeueniendum. Habac. 2. verſ. 2. ſcribe ſum perſpicue in tabulis, vt percurrat lector. (H ſtoria rerum iſtarum breui ſequetur.) *A. MDCLXIII.* (1663.) in 8. pp. 536. except. pr fation. pp. 22.

Et hanc editionem tertiam, vel ſi mauis, *epiton reuelationum* Kotteri, Poniatouiae, & Drabicii, i IO. AMOS COMENIVS curauit. Deſcribitur in *Na richten von einer* halliſchen *Biblioth.* Tom. IIX. p. ſqq. *Hiſtoria*, quae in titulo promittitur, anno 16 ſub titulo *Lux e tenebris* euulgata fuit, vt ex iis, qu nunc dicemus, patebit.

CCXII.

Lux e tenebris, nouis radiis aucta: hoc eſt ſ lemniſſimae diuinae reuelationes in vſum culi noſtri factae, quibus I. de populi Chriſtia extrema corruptione lamentabiles querelae inſ tuuntur; II. impoenitentibusque terribiles Dei p gae denunciantur; III. & quomodo tandem De (deleta Pſeudochriſtianorum, Iudaeorum, Tur rum, Paganorum & omnium ſub coelo gentiu Babylone) nouam, vere Catholicam donorum D luce plene coruſcantem eccleſiam conſtituet, quis iam ſtatus eius futurus ſit ad finem vsque culi explicatur. Per immiſſas viſiones & angeli diuinaque alloquia facta. I. Chriſtophoro Kott ro, Sileſio, ab Anno 1616. ad 1624. II. Chriſtin Poniatouiae, Bohemae, annis 1627. 1628. 162 III. Nicolao Drabicio, Morauo, ab anno 1638. 1664. Cum priuilegio Regis regum, & ſub fauo omnium Regum terrae, recudendi haec vbiubi ge tium, donec omnia reddantur nota omnibus ſi

coe

coelo populis & linguis. MDCLXV. (1665) in 4. pp. 48. 168. 164. 28. 536. 92. & 30. si index pp. 55. non numeratus fuerit.

Omnium haec optima, praecedentibus multo auctior, & figuris aeneis elegantissimis, ornata editio, in Belgio excusa est. Post praefationem *ad christianum lectorem*, quatuor in prima parte reperiuntur dedicationes 1) *ad* IESVM CHRISTVM, *Dei filium.* 2) *Ad christiani orbis reges, omnesque in potestate constitutos.* 3) *Ad angelos ecclesiarum, Episcopos, Pastores, theologiaeque in Academiis Doctores.* & 4) *ad lectores*, quibus subiunxit IO. AMOS COMENIVS adpendicem, in qua *aliquid ex editionis primae praefatione* exhibuit. *Reuelationes* Christophoro Kottero - - - *factas* - - *translatas, historiaque & tabulis chorographicis, ac vtilibus subinde adiectis notis illustratas*, sequitur *historia plenior* de istis Chr. Kotteri *revelationibus*, quam excipit *Appendix* prima *reuel. per visiones nocturnas factarum;* secunda, *paraphrasis orationis dominicae ab angelis* Kottero *dictata;* tertia, *humana, continens commentarium quendam super* Kotteri *prophetias generalem iudiciosi theologi* Iohannis Felini. Secundum partis primae librum faciunt *Reuelationes* Christinae Poniatouiae - - - - *translatae, intersperfaque rerum istarum historica narratione illustratae, & denuo recusae* capitibus LXV. Vltimum caput siue LXVI. *de veris & falsis prophetis*, COMENIO (hac ratione nomen suum heic expressit) dicavit Wenc. Lochario, *Conseniori suo.* Vsus videtur hac editione interpres teutonicus, qui Poniatouiae *reuelationes*, hoc titulo euulgauit. *Hœchstverwundersame Offenbahrungen, welche einer* Bœhmischen *Edel-Jungfer, Nahmens* Christina Poniatouia, *sonst* Poniatowska *genannt, in denen Jahrgængen 1627. 1628. 1629. geschehen. Aus dem von der Jungfrau selbst beschriebenen* bœhmischen *Exemplar ehemals ins* Lateinische, *und nun (wegen ihrer sonderbaren Annehmlichkeit) aus dem* Lateinischen *ins* Teutsche (*darinn sie schon im*

Jahr



Jahr 1632. zu Franckfurt am Mayn *stückweisz beri gekommen) vœllig übersetzet: und nebst beygefüg historischer Erzehlung und Erlæuterung des berü ten Mitgliedes der* Bœhmischen *Brüderschaft*, HANN. AMOS COMENIVS, *was sich vor, in nach solchen Offenbahrungen mit dieser Jungfrau getragen, und wie diese Dinge anzusehen seyen, in Druck gegeben MDCCXI.* (1711) in 8. pp. 442. cepta praefatione pp. 4. vid. die *Nachrichten von ner* hallischen *Biblioth.* Tom. VII. p. 361. sqq.

In secunda parte inueniuntur *Reuelationes DCXI.* Nicolao Drabicio, Morauo, *V. D. M. factae, ab a. 1638. ad 1664. ex originali fideliter in* latinum *tra latae*, quas dedicatio ad Iesum Christum, & nar tio de *antegressa* Drabicii *vita* praecedit. Conf. Nicolao Drabicio, eius *reuelationibus*, & infaus quae ideo expertus est Posonii, mense Iulio, an 1671. fatis, Io. Dauid. Koeleri *Dissertatio de* Ni lao Drabicio, *Neopropheta in* Hungaria *delirante turbulento Altorf.* 1721. in 4. Casp. Ienchen *ein der vornehmsten Umstænde des merckwürdigen Leb und gewaltsamen Todes* Nic. Drabicii, in Io. Go Bidermanni V. Cl. *Actis scholasticis* Tom. VII. p. 2 sqq. Defensorem nactus Godofredum Arnoldum der *Kirchen- und Ketzerhistorie* Tom. II. P. III. C XX. p. 200. sqq. & Cap. XXIIII. p. 236. sqq. ec Francof. 1700. Adpendicem partis secundae, exemplari, quo vtimur, constituunt, praeter *prae tiunculam*, & *epistolas* dedicatorias *ad* Romanor *Imperatorem* Leopoldum; *ad Pontificem* romanu Alexandrum VII. *aut quisquis ei proxime succe rit; ad serenissimos reges, celsissimos principes, clytas respublicas, & ad christianissimum regem* L dovicum XIIII. Galliarum *Imperatorem*, 1) *Vo minis prophetici iudicia vltimi seculi mundo nuntia tis, & e tenebris in lucem prodeuntis, ad eminenti ma christiani orbis capita, solemnis iussu Dei dim sio, anno MDCLXVII. mense Maio.* 2) *Apo*

gia pro noua hac libri editione, cum nouis ad Deum & homines ſupplicationibus. 3) *Continuatio viſionum* drabicianarum *ab anno 1664-1667.* vbi numerus *reuelationum* ad DCLXX. adſurgit. Data, quod aiunt opera, haec editio ſplendidiſſima, imo & rariſſima deſcribitur in *Nachrichten von einer* halliſchen *Biblioth.* Tom. VII. p. 339. ſqq. Conf. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. II. p. 911. ſqq. 1016. ſqq. 1624. ſqq. Ioann. Conrad. Riegers *alte und neue* bœhmiſche *Brüder* P. III. p. 700. ſqq. Ioan. Gottl. Carpzouii *Religionsunterſuchung der* bœhmiſchen *Brüder* p. 361. ſqq. Chriſtiani Hechtii, Paſtoris olim primarii, Eſſenae, in Friſia orientali, *umſtændliche Nachricht von denen verſchiedenen und raren Editionen der Prophezeiungen des* Kotteri, *der* Poniatouiae, *und des* Drabicii, in Heſſiſchen *Hebopfer* Tom. V. p. 75. ſqq.



Jahr 1632. zu Franckfurt am Mayn *stückweisz ber gekommen) vœllig übersetzet: und nebst beygefü historischer Erzehlung und Erlæuterung des berü ten Mitgliedes der* Bœhmischen *Brüderschaft*, HANN. AMOS COMENIVS, *was sich vor, in nach solchen Offenbahrungen mit dieser Jungfrau getragen, und wie diese Dinge anzusehen seyen, in Druck gegeben MDCCXI.* (1711) in 8. pp. 442. cepta praefatione pp. 4. vid. die *Nachrichten von ner* hallischen *Biblioth.* Tom. VII. p. 361. sqq.

In secunda parte inueniuntur *Reuelationes DCXI* Nicolao Drabicio, Morauo, *V. D. M. factae, ab a 1638. ad 1664. ex originali fideliter in* latinum *tr latae*, quas dedicatio ad Iesum Christum, & na tio de *antegressa* Drabicii *vita* praecedit. Conf. Nicolao Drabicio, eius *reuelationibus*, & infaus quae ideo expertus est Posonii, mense Iulio, an 1671. fatis, Io. Dauid. Koeleri *Dissertatio de* Ni lao Drabicio, *Neopropheta in* Hungaria *delirante turbulento Altorf.* 1721. in 4. Casp. Ienchen *ein der vornehmsten Umstænde des merckwürdigen Leb und gewaltsamen Todes* Nic. Drabicii, in Io. Go Bidermanni V. Cl. *Actis scholasticis* Tom. VII. p. 2 sqq. Defensorem nactus Godofredum Arnoldum der *Kirchen- und Ketzerhistorie* Tom. II. P. III. C XX. p. 200. sqq. & Cap. XXIIII. p. 236. sqq. ec Francof. 1700. Adpendicem partis secundae, exemplari, quo vtimur, constituunt, praeter *prae tiunculam*, & *epistolas* dedicatorias *ad* Romanor *Imperatorem* Leopoldum; *ad Pontificem* roman Alexandrum VII. *aut quisquis ei proxime succe rit; ad serenissimos reges, celsissimos principes, clytas respublicas, & ad christianissimum regem* L dovicum XIIII. Galliarum *Imperatorem*, 1) *Vo minis prophetici iudicia vltimi seculi mundo nunti tis, & e tenebris in lucem prodeuntis, ad eminenti ma christiani orbis capita, solemnis iussu Dei dim sio, anno MDCLXVII. mense Maio.* 2) *Apo*


gia pro noua hac libri editione, cum nouis ad Deum & homines supplicationibus. 3) *Continuatio visionum* drabicianarum *ab anno 1664-1667.* vbi numerus *reuelationum* ad DCLXX. adsurgit. Data, quod aiunt opera, haec editio splendidissima, imo & rarissima describitur in *Nachrichten von einer* hallischen *Biblioth.* Tom. VII. p. 339. sqq. Conf. P. Baile *Dictionaire historique & critique* Tom. II. p. 911. sqq. 1016. sqq. 1624. sqq. Ioann. Conrad. Riegers *alte und neue* bœhmische *Brüder* P. III. p. 700. sqq. Ioan. Gottl. Carpzouii *Religionsuntersuchung der* bœhmischen *Brüder* p. 361. sqq. Christiani Hechtii, Pastoris olim primarii, Essenae, in Frisia orientali, *umständliche Nachricht von denen verschiedenen und raren Editionen der Prophezeiungen des* Kotteri, *der* Poniatouiae, *und des* Drabicii, in Hessischen *Hebopfer* Tom. V. p. 75. sqq.



ADDEN-

ADDENDA.

Ad pag. 491. Iam ea, quae de PETRO DE MONTE, eiusque *Repertorio* ſcripſeramus, typothetis tradita erant, cum editionis *norimbergenſis* rariſſimae tomus tertius, in noſtras manus incideret. Igitur lectoribus noſtris, non iniucundum fore exiſtimauimus, ſi verba heic adſcriberemus, a typothetis volumini iſti, coronidis loco addita, quae talia ſunt: *Expletum eſt Repertorium Reuerendi patris & domini* PETRI *Epiſcopi* Brixienſis *Impreſſum* Nuremberge *per honorabiles viros* Andream Friſner Bunſidelenſem *&* Ioannem Senſenſchmid *Ciuem* Nurenbergenſem. *Anno a natiuitate domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto* (1476) *ſeptimo die Octobris ſedente* Sixto IIII. *pontifice maximo pontificatus ſui anno ſexto.* Errauit igitur Mich. Maittaire, cum in *Annalib. typographicis* l. cit. editionem *norimbergenſem*, quae tribus voluminibus formae maximae abſoluitur, duobus tantum modo voluminibus euulgatam eſſe ſcriberet.



APPEN-

ADPENDIX.

EMINENTISSIMI ATQVE REVERENDISSIMI
PRINCIPIS
ANG. MAR. CARD. QVIRINI,
R. E. BIBLIOTHECAR. ET EPISC. BRIXIENS.
AD
VIRVM CLARISSIMVM
IOANNEM GEORGIVM
SCHELHORNIVM,
BIBLIOTHECAR. MEMMINGENS.
EPISTOLA.

VIRO CLARISSIMO
IO. GEORG. SCHELHORNIO,
BIBLIOTHECARIO MEMINGENSI,

A. M. CARD. QVIRINVS,
R. E. BIBLIOTHECARIVS, ET EPISC.
BRIXIENS.

Vix decesseram circo, quo me ante binos menses incluserant primo quidem Geretus, Te potissimum authore, deinde Freytagius suis ad me literis, ad parem modo ludum me reuocat idem Freytagius, dum initio primi libri Apparatus sui literarii in scenam inducit inter Latinos Vitae, & Fabularum Aesopi interpretes RIMICIVM, quem alii passim ex eo syllabo expungunt,

rati, in eundem ex librariorum dumtaxat
tio ipsum irrepsisse. Qnoniam igitur e
quoque in mea ad Francisci Barbari Epistol
Diatriba RIMICII nomen in lucem ext
ceu omnino germanum, adactum me senti
ad illius vindicias suscipiendas, iis ferme p
res, quas Tibi ipsi pro tuendo celeberrin
Aleriensis Episcopi nomine transmisi. Te
nuis tamen prae illo meus iste labor erit
Etenim pro diluendis nebulis, quibus obsi
tum reperiebatur Praesulis eiusdem nomen
rimari mihi opus fuit, vt vidisti, Inscriptionem sepulchralem Romae ei positam in Aede S. Petri ad Vincula, Ferdinandi Vghellii Italiam Sacram vtriusque editionis, Alexandri Minutiani Praefationem Liuii Historiis Mediolani an. 1495. impressis affixam, Epigramma Romanae Herodoti an. 1475. editioni subiunctum, Raphaelis Volaterrani Commentarios, Trithemii Opus de Scriptoribus Ecclesiasticis, Epistolarum Francisci Philelphi libros tres, ac demum disertas Praefationes quotquot idem Aleriensis editionibus omnibus Romae a se curatis apposuit. Nunc vero ad sustentandum RIMICII nomen vnam satis mihi esse intelliges vetustissimam Mediolanensem editionem, quae vtique si innotuisset Scriptoribus, qui de eo litem mouerunt, ac praesertim Dominico Georgio in Disquisitio-

ne,

ne, quam Vitae Nicolai V. Pont. a se editae adiunxit, non ita facile nomen RIMICII ceu prorsus suppostitium exsibilassent. Antequam vero nouis, præter editionem illam, RIMICII nomen praesidiis communire aggrediar, Tibi, aliisque, qui meas hasce literas legent, consultum puto ob oculos ponere quae idem de versione a se condita enarrat in Prooemio, quod in eadem editione comparet. Ita illud se habet:

Vita Aesopi fabulatoris clarissimi e Graeco Latina per Rimicium facta ad Rmum Patrem D. Antonium Tit. S. Chrysogoni Presbyterum Cardinalem. Et primo Prooemium.

Nouas nimirum merces, Rme Pater, sed haud ignaua opum pondera, nuper e Graecia in Latium conuexi; Vitam scilicet Aesopi fabulatoris clarissimi, ac eius Fabulas, quotquot ad manus meas usque peruenerunt. Quae si aequum sortientur licitatorem, non dubium est, quin emptorem facile reperiant; nam ex omnibus, quae hactenus ex Graecarum opulentia literarum in Romanae orationis thesaurum his temporibus sunt translata, nihil aeque vtile vitae mortalium, nec aeque appositum prosperis, aduersisque rebus, quam dicta, gestaque Aesopi, licet humilia sint,

 ferme

ferme comperietur. Quippe ea rerum ser-
inest, vt aduersa quidem leuet, & prospe-
moderetur. Ioci vero, ac cauilli multipl.
varietudo animos languentes recreat, & .
laboris confert cessationem. His acced.
quod ad acritatem ingenii non parum adi.
menti quiuis facile comperiet. Sed cum hi.
inde animum verto, ac mente singula consp.
cio, qui legitimus huiusmodi studiis licitato
hoc nostro tempore detur, haud facile vide.
Quippe apud Maiores nostros, Principes lite-
ris auctoritatem praestare consueuerunt, h.
vero seculis nostris ita rebus alienis intendunt,
vt quod proprium suum est, id iamdiu ex animo deleuerint, & siqui reperiuntur, hi ita tenui fortuna, & angusta siti sunt, vt vix intra domesticos eluceant parietes. In hac tamen proborum caritate licitatorum, Tuam Dominationem dignam iudicaui, cuius auctoritati hunc meum laborem committerem, qui inter caeteras domi, forisque Ecclesiae Romanae occupationes, quidquid otii datum est, id totum legendo consumis. Experiatur igitur, quaeso, Dominatio Tua, quid istae meae lucubrationes hominibus nostris afferant, cognoscere; nam tuam expetunt auctoritatem, sine qua in auras publicas prodire non ausint. Sed haec iam satis. Nunc vt res clarius legentibus pateat, loco argumenti pauca suggessi.

Ad

Ad calcem autem Fabularum legitur:

Totius Operis anacephaleosis.

Habes Vitam pariter, & Fabulas Aesopi fabulatoris eximii, R^me Pater, per me nuper verbis Latinis intusiatas, non tamen omnes, sed quotquot ad manus meas vsque peruenerunt, quamquam arbitror, praeter has, siquae inueniuntur, esse perpaucas. Quod vero longe plures Aesopus confecerit hinc vel maxime coniectari licet; nam in describendo Fabulas cum sequatur ordinem Alphabeti, in his hae deficiunt literae &c.

Verba libri ad Emptorem.

Si placet hybernas libris tibi fallere noctes,
Non alium quaeras, ipse satisfaciam.
Aesopi inuenies & dicta & facta legendo,
Quae risum moesto cuique mouere queant.
Et qui me e Graeco voluit fecisse Latinum,
Doctus erat; lege me, non tibi vilis ero.

Mediolani. Antonius Zarotus Parmensis 14
sexto Kal. Martias impressit.

Quoniam itaque Georgium latuit omni
dum Disquisitionem suam conscripsit, M
diolanensis editio ista vetustissima, Opus
tem meum Epistolarum Francisci Barbari
proelo Brixianis typis, vt ipsemet affirn
feruebat, hinc factum est, quod occasion
ibidem nactus versionem, de qua agitur,
morandi, allata primum ex Codice Vat
no Epistola *Rinutii* (seu *Renutii Aretini*
ipse legendum monet) ad Cardinalem
tonium tit. S. Chrysogoni, qua scribit
illo hortatore, suasoreque transferre ce
Vitam Aesopi e Graeco in Latinum,
Nicolaus V. *erat in minoribus*, absoluisse
ro ipso ad Summi Apostolatus fastigium
cto; hac, inquam, Epistola allata, su
parum caute idem Georgius, *Vita, &*
sopi fabulae Rinutio interprete prodiere
diolani an. 1480. Io. Albertus Fabricius.
hanc editionem laudat, RIMICIVM *n*
quem eius interpretem appellat. Librari
vitio Rinutii nomen corruptum est, & i
MICIVM *conuersum.*

Si in viuis degeret Georgius, ab ipso
terem, quo factum sit, vt de expung
RIMICII nomine adeo confidenter pro
ciat

ciauerit? Nomen enim illud & ego, & Fabricius vetustissimarum editionum auctoritate nixum deprehendimus, quarum vnam, minus scilicet vetustam, compertam ipsi fecit idem Fabricius. Suffragantur praeterea eidem nomini editiones aliae plures postea subsequutae, & harum binae in manibus meis sunt, nimirum Basileensis an. 1554, & Lugdunensis an. 1558. RIMICIVM referentes, tacito prorsus *Rinutio* inter Vitae, & Fabularum Aesopi interpretes, ne dempta quidem editione Remondinorum Bassani anno 1743. Insuper RIMICII nomen seruant versiones earundem Fabularum vulgari idiomate compositae, cuiusmodi est Germanica an. 1487. de qua Freytagius Apparatus sui literarii lib. I. n. XVIII. Adstipulantur denique eidem nomini variae veterum Fabularum Collectiones ab eruditis Viris in publicum eductae.

Verum quidem est conuenire in *Rinutii* nomine cum Epistola Vaticana a Georgio allegata editionem earundem Vitae & Fabularum Aesopi a Bono Accursio Pisano typis impressam, inscriptamque Ioanni Francisco Turriano Quaestori Ducali. At quonam seu arbitrio, seu iure id peregerit typographus ille Mediolanensis, prorsus ignotum. Ad manus pariter habeo eam Accursii editionem, &

valde miratus sum, ibidem recitari Praefati
nem RIMICII ad Cardinalem tit. S. Chr
sogoni superius allatam, hisce tamen verl
ab illo praemissis: *Vita Aesopi fabulato*
clarissimi e Graeco Latina per Rynucium *j*
cta. Aeque miratus sum in Prooemio qu
dam versioni illi subiuncto ab eodem Acc
sio Turrianum Mecenatem suum in hunc m
dum compellari: *In superiore Codice,*
nosti, imprimi curauimus Vitam & Ae
Fabulas Graecas & literis, & verbis, s
didimusque earum interpretationem sec
dum Rynucium Thettalum, virum mea j
tentia & doctum, & disertum. Nunc v
quo maior ad liberos tuos, ac facilior ad
sit ad vtramque linguam & Graecam &
tinam, quasdam electiores fabulas &c. A
quam igitur RIMICII nomini nigrum tl
praefigeret Georgius, expendendum ei c
num iure ac merito inuecta fuisset ab Acc
sio ea nominis mutatio; inquirendum c
que qua ratione *Thettali* nomen, ab eo
Rynucii nomini additum conuenire posset
nutio suo, quem diserte patria Aretinum
se venditat. Equidem Adnotator in D
gum Pauli Cortesii scribere non dubit
Hunc alii Florentinum dicunt, alii Cast
nensem, nescio nomine, vel patria, sed T
salum nuncupare debemus. Rinutium,

A

Aretinum, dici potuisse Florentinum, & Castilionensem, facile intelligo, nam Florentia Etruriae Metropolis, & Castellio Aretini tractus oppidum; at hunc ipsum, non vero RIMICIVM, Nicolao V. Aesopi Vitam & Fabulas nuncupasse, hic Rhodus, hic saltus. Praeter Possessionem, qua iuste fruitur RIMICIVS, alia etiam mihi occurrit dubitandi ratio; etenim *Rinutium* illum Nicolao V. offerentem M. Bruti Epistolas Graece conscriptas, & Latine a se redditas, in Praefatione suae illius versionis hisce verbis eum Pontificem alloqui comperio: *Solent, Beatissime Pater, ui inuigilant alicui Operi, quod ad mores hominum spectet, vel ad rerum notionem, seu vitae decorem, illud Principibus, seu Diis sacrare;* huiusque moris exempla aliquot afferens, de Aesopo haec habet, *Quippe Aesopus fabulator egregius Fabularum opusculum, quod Graece conscripsit, Craeso Lydorum Regi sacrauit.* Nicandrum Pergamenum postea nominat, Oppianum Cilicem, Iulium Polideucem, horumque vestigia se sequi profitetur. Quis vnquam credat, *Rinutium* illum, dum a Nicolao Pontifice veniam exorat, quod *eius nomine* Latinas fecerit M. Bruti Epistolas, allatis in exemplum Aesopi Fabulis Craeso Regi oblatis, nec verbulo indicasse, susce-

 ptam

ptam a se fuisse eiusdem Pontificis *nomi* vt legitur in literis a Georgio allegatis, Aesc Vitae, & Fabularum versionem, siquidem h ius Author vere ille fuisset?

Nisi Georgium latuisset ea quoque Bc Accursii Editio, forte ex tributa ibidem *I nutio* Aesopi interpreti *Thettali* appellati ne oculos conuertisset ad *Rinutium* illu de quo ego plura in Diatriba ad Episto Francisci Barbari Part. I. Cap. IV. §. V Narraui enim ibidem ex literis Ambrosii C maldulensis familiarissimum ipsi Ambro fuisse *Rinutium*, huncque insigni Graecoru Codicum copia potitum, quos secum e Gra cia conuexisset, atque inter caeteros Arch medis vnum de Instrumentis bellicis, & aqu ticis, quem Codicem extorquere e *Rinu* manibus conatus, sed incassum, idem Am brosius fuisset. Eundem abundasse huiusc modi mercibus e Graecia secum deductis c tos nos facit maxime eiusdem Ambro Epist. I. lib. XV. in qua haec scribit N colao suo, *Neque id obiicias, quod soli es, illum ex Graecia nihil secum aduexi nam, vt sum certior factus, complura sec Volumina Venetias detulit.* Ea Volumi haud minus quam trecenta fuisse testatur id Ambrosius Epist. X. Lib. XVI. ex c etiam coniicere licet, *Rinutium* patria T

sci

ſcum fuiſſe, quumque ingeniis Tuſcis male-dice detrahere non ceſſaret Bononiae degens, ſe magnopere cupere profitetur idem Ambroſius, vt ille lares ſuos in Tuſcia figeret, ait enim, *conſulendum modis omnibus eſt & illius commodis, ac deſideratae diutius quieti & noſtrae conſolationi.* Hominis eiusdem leuitas, ac vaniloquentia graphice in eadem Epiſtola deſcribuntur. Tandem ex Ambroſii Epiſtolis conſtat *Rinutium* Epiſcopo Bononienſi, Legato item eiusdem vrbis, & nominatim Thomae de Sarzana (qui poſtea Nicolaus V.) familiarem fuiſſe. Hiſce omnibus a Georgio expenſis, eruditius profecto, & cautius de *Rinutio* ſuo loqui valuiſſet.

Atque hic finem faciens literis hiſce meis, Te, aliosque Legentes rogatos volo, ne inquiſitiones hactenus a me collatas ad accurate dignoſcendum primo nomen, deinde patrium ſolum ſeu RIMICII, ſeu *Rinutii*, Interpretis Vitae, & Fabularum Aeſopi vllo modo interpretentur ceu totidem argumenta parui a me factae Dominici Georgii Literaturae. Summo contra in pretio eandem a me habitam ſemper fuiſſe pluribus lucubrationum mearum locis aperte profeſſus ſum, ac praeſertim in Epiſtola Clariſſ. Apoſtolo Zeno Romae Idibus Decembr. an. 1742. inſcripta, qua probandum ſuſcepi in ea laude, patroci-

nii



nii ſcilicet literis, & literatis Viris impenſi qua Georgius in ſaepe allegata Diſquiſition Nicolaum V. ſummopere exornat, excelluiſſe pariter, ita vt dici poſſit ducatum praebuiſſe Nicolao, eiusdem proximum in Romana Sede Deceſſorem, Euangelium IV. patriae meae ſanctiſſimum, ac praeclariſſimun germen; ſiquidem ii ipſi docti Viri, qu Nicolai tempora decorarunt, celebre iam nomen decusque geſſerant Eugenio Pontifice de quo Platina, *Liberalis in omnes tum ve maxime in literatos, quorum familiaritat delectatus eſt.* Quam autem ex familiaritate illa caperet idem Pontifex vtilitaten hiſce verbis idem Platina declarat; *Familiares habuit admodum paucos, ſed Viro doctos, & quorum opera in grauibus rebu vti poſſet; quosque tanquam ſuae modeſtiae teſtes in cubiculum coenaturus admittebat, ac ſuſcitabatur quid in Vrbe fieret, qui de Pontificatu ſuo ſentirent homines, vt er rata ſua, vel ſuorum, ſiquid perperam factum eſſet, emendaret.*

Vale, & Freytagio tuo mei nomir ſalutem impertire.

Brixiae die XVII. Maii An. MDCCLIV.

Ha

Haec quum ſcripſiſſem, fert animus ad tot, tantasque ambages de vno nomine tollendas, ſeu ſphynges diſſoluendas Oedipi perſonam ſumere, atque affirmare, *Rinutium Aretinum*, de quo Georgius, & alii paſſim, *Rinutium Thettalum*, de quo Bonaccurſius, *Rinutium* denique a me in Ambroſii Epiſtolis detectum, vnum eundemque eſſe cum RIMICIO Aeſopi Vitae, & Fabularum Interprete, pro quo in ſua poſſeſſione retinendo ego pugnaui. Hunc, valde veroſimile mihi videtur, poſt ductam in Graecia moram, eamque ſibi iucundiſſimam, conuectasque inde literarias merces, quas memorat in verſionis ſuae Prooemio, Graecum quoque nomen prae illo, quod in Tuſciae natali ſolo acceperat, adamaſſe, ac proinde factum, vt ex *Rinucio* Ῥημίκιος, RIMICIVS euaſerit, blando diminutiuo ex voce ῥῆμα, quae *dictum*, *ſententiam*, *orationem* ſignificat, confičto, vt ſe nomine etiam diſertum, & doctum perhiberet. Reuera in Epigrammate ſuperius recitato ſola voce *doctus* nomen ſuum deſignauit, nam librum ita loquentem inducit, *Et qui me e Graeco voluit*

voluit fecisse Latinum, Doctus erat. Nominis mutationem illam verosimiliorem reddit *Thessali* denominatio, quam Interpretem Aesopi sortitum fuisse vidimus, & quidem non ex ea tantum in Graecia commoratione, sed insuper, quod in Italiam reuersus adeo Graecorum erga se humanitatem aliquando collaudaret, vt, eodem Ambrosio teste, fassus sit, se apud Graecos, *quam in Patria, & genitali solo viuere & mori malle.* Attamen Dauum me esse confiteor, non Oedipum.





INDEX

Librorum qui Tomo III. recensentur.

A.

Bedae



Comenii





Hyperius





Priſc.

Digitized by Google









INDEX II.

Nominum, atque rerum memorabilium. Afterifcus emendationem indicat.

A.





Ayr



Bellar-



*Blo



*Bruckerus





Cassiodorius



Chry





D





Eob





* Fi











Hecate



Hül



* Ia-



La



L.

Liplien-



Macrin





* Mu





Parise









Que



Q.

R.



Rogierius



P. N. D.



S

S...idi





Streckel



Tebal-



T

Trin-



V



Victorin







ERRATA.

Non meus est error, nocuit Librarius illis.

Pag. 2. lin. 25 legatur *elle*. pag. 4 lin. 17. in fol. Tom. II. p. 33. pag. 10. lin. 20. seuerinati. pag. 18. lin. 20. deleatur quae. pag. 19. lin. 12. legatur quos. pag. 24. lin. 22. Annaeum. pag. 52. lin. 24. prodidit. pag. 58 lin. 6. dicatae. pag 60. lin. 12. Thulemarii. pag. 74 lin. vlt. Senatori. pag. 88. lin. 23. προπαρασκευή. pag. 90. lin. 10. exhibet. pag. 92. lin. 6. typographicae. pag. 94. lin. 2. de illo. pag. 107. lin. 20. *vernaculam*. pag. 110. lin. 17. referta. pag. 136. lin. 32. deleatur vid. p. 137. lin. 11. legatur gallicae accedunt. lin. 35. exscriptum. pag. 155. lin. 13. ZOROASTRIS. pag. 165. lin. 26. *sustentationi*. pag. 167. lin. 11. *par*. pag. 177. lin 18. SANCTE PAGNINO *Lucensi Authore*. pag. 179. lin. 19. contulit. pag 181. lin. 1 prohibitam. lin. 10. Girol. pag. 183. lin. 11. fuerunt. pag. 221. lin. 14. coniunctio. pag. 237. lin. 4. de l' ANTOINE. pag. 253. lin. 20. anni. pag. 275. lin. 11. S. C. Maiestatis nobilis. pag. 276. lin. 6. p. XXIX. pag. 280. lin. 23. *Facile*. pag. 284. lin. 33. pro exposuit legatur narrauit. pag. 288. lin. 3. fronte gerit. lin. 26. κακόζηλος. pag. 322. lin. 9. knisinensem. pag. 328. lin. 2. extrauagantes. pag. 339. lin. 20. eum. pag. 353. lin. 38 *vltra citraque*. pag. 354. lin. 10. *epularum*. pag. 355. lin. 38. *Concordia*. pag. 361. lin. 30. Sauium. pag. 363. lin. 6. *substantiam*. pag. 364. lin. 21. astrologicis. pag. 371. lin. 9. STRIGELIO. lin. 11. *apodemicam*. lin. 35. Burmannus. pag. 372. lin. 5 sqq. addidit. pag. 377. lin. 21. brixianum, pag. 379. lin. 9. Wolfgang. pag. 381. lin. 25. Baillet. pag. 382. lin. 10. Molleri. pag. 384. lin. 19. Tornaci. pag. 388. lin. 3. volumini. lin. 4. *Adpendici*. pag. 389. lin. 25. Illud. pag. 391. lin. 30. Saint Gelais. pag. 396. lin. 30. *longa*. pag. 398. lin. 4. pontificiae. pag. 404 lin. 23. col. 8. narrat. pag. 405. lin. 36. ad Sabaudiae. pag. 411. lin. 14. 15. 16.

- - *lyri-*

- - *lyricis* MACRINUS *ad aethera nostu*
Carminibus fidicen modnlandis, cum prius ista
Scribendi ratio prorsus neglecta iaceret.


pag. 420. lin. 30. *foedera.* lin. 33. *imbuet.* pag. 421. lin. 25. Haym. lin 27. Brignole. pag. 422. lin. 18. *stimatu.* lin. 33. *vendües.* pag. 423. lin. 23. *appartenenti.* lin. 28. votum. pag. 424. lin. 11. *overo.* pag. 425. lin. 27 et 29 Erato pag. 428. lin 21 *curae.* pag. 429. lin. 26. ποιητομαστίγων. pag. 430. lin. 11. conscripta fuerit. pag. 432. lin 7. dederunt poena. lin. 34. *campos.* pag. 438. lin. 14. *ossa.* lin. 17. *rictum.* lin. 35. *fata.* pag. 442. lin. 30. *hoc te.* lin. 35. *cavendum.* pag. 443. lin. 12. euitare. pag. 444. lin. 21. *quae.* pag. 445. lin. 26. caeterorumque membrorum. pag. 449. lin. 36. *vnguem.* pag. 450. lin. 4. scriptam. pag. 454. lin. 34. adiecerit. pag. 456. lin. 1. Cnipius. lin. 19 *iactaret ab.* pag. 461. lin. 13. tirant. lin. 35. *supposoit.* pag. 462. lin. 6. *Requêtes.* lin. 20. *mené.* pag. 463. lin. 18. deleatur *me.* pag. 464. lin 12. *au.* lin. 26. *franchise.* lin. 30. *nuicts.* lin. 31. *quarantaine.* pag. 465. lin. 18. *tour.* lin. 28 *septentrion.* pag. 470. lin. 20. *aliorum.* pag. 474 lin. 19. TYPOTIO. lin. 29. succedebat. pag. 475 lin. 29. *debeam.* pag. 476. lin. 12. *Hierographiae* lin. 34. prolixus. pag. 479. lin. 35. *gratuito.* lin. 36 *diuino.* pag. 480. lin. 34. *sine te.* pag. 482. lin. 26 *seeckere.* pag. 483. lin. 25. Erycio Puteano. lin. 2[illegible] *iuuentutem.* p. 487. lin. 19. hospitium. pag. 48[illegible] lin. 11. *superficiaria.* pag. 490. lin. 24. *meretrici[illegible]* pag. 492. lin. 35. *dictio.* pag. 493. lin. 26. *profect[illegible]* pag. 495. lin. 13. Repertorio. pag. 498. lin. 9. *co[illegible] tentorum.* pag. 502. lin. 3. *Oratio* XI. lin. 4[illegible] qu[illegible] inserta. pag. 507. lin. 17. Bürgermeisterus. pa[illegible] 511. lin. 10. Rotenhan. lin. 13. p. 1526. not. *d'une.* pag. 512. lin. 18. octo. pag. 513. lin. [illegible] *Grundfest.* pag. 514. lin. 29. impressionis n[illegible] pag. 515. lin. 1. Harduini. pag. 517. lin. 1 prae[illegible] lin. 4 *tyrannos.* lin. 11. ἀλήθεια. lin. 15. *christi[illegible]* lin. 17. *donationis.* lin. 18. *se, cum.* pag. 521. 21. *gladii.* pag. 522. lin. 21. Carolus V. pag. [illegible] lin. 16. *commiserit.* pag. 528. lin. 38. *Schureri*

Digitized by Google

pag. 529. lin. 33. BEBENBVRG. pag. 533. lin. 15. *ὅ γ α.* pag. 534. lin. 33. PETRO. pag. 540. lin. 17. 1541. legitur. lin. 30. *la date.* pag. 547. lin. 24. *Antistitem.* pag. 548. lin. 22. accessisse. pag. 551. lin. 5. descriptio. pag. 555. lin. 19. *exhibemus.* pag. 559. lin. 21. graecar. pag. 561. lin. 7. *συλλεγόντα.* lin. 33. *Ἑλλήνων.* pag. 562. lin. 17. *ἐτύπωθη.* pag. 563. lin. 8. Boerneri. pag. 564. lin. 10. *Βωμὸς.* pag. 566. lin. 16. Graecolatina. pag. 573. lin. 29. Bartholomaeus. pag. 574. lin. 10. eum. pag. 575. lin. 6. *crebro.* lin. 11. *eruditissimorum.* lin. 14. D. Hieronymi Presbyteri. pag. 576. lin. 7. *corruptique.* lin. 36. volumen. lin. 37. complectitur. pag. 582. lin. 20. *καὶ.* lin. 21. *ὠφελεῖν.* lin. 22. secunda. lin. 37. patauini. pag. 583. lin. 9. editae. pag. 585. lin. 5. merentur. lin. 25. 1741. lin. 33. *Epoque.* pag. 586. lin. 32. emendatiorem. pag. 590. lin. 20. 1623. pag. 594. lin. 15. testem. lin. 27. *dabitur.* pag. 597. lin. 26. *laureatus.* pag. 599. lin. 2. ornatum. lin. 4. illud. pag. 604. lin. 8. Pransus. lin. 10. *propinquae.* pag. 605. lin. 18. Parisiis. pag. 606. lin. 14. collatione. pag. 609. lin. 30. *monumenta.* pag. 610. lin. 32. Banduri. pag. 611. lin. 20. Spanhemius. p. 612. lin. 5. *academiae.* pag. 618. lin. 4. quae. pag. 629. lin. 35. *epistolam.* pag. 636. lin. 1. *perculerit.* pag. 637. lin. 17. Iasonis. pag. 640. lin. 13. suae. pag. 642. lin. 6. Baptista. lin. 24. *excerptam.* pag. 653. lin. 28. VICTORIS. pag. 654. lin. 1. manus. pag. 655. lin. 28. adiecta. pag. 657. lin. 35. Palaeottum. pag. 660. lin. 24. *quam.* lin. 27. lampade cursoria. pag. 663. lin. 13. et quae. pag. 664. lin. 28. *geschehen.* pag. 666. lin. 38. expressit. pag. 667. lin. 25. instructam. pag. 669. lin. 37. *capsis.* pag. 670. lin. 29. Leuinus. pag. 671. lin. 24. CASSIVM. pag. 672. lin. 22. *Ianuarias.* pag. 674. lin. 22. Tandem. pag. 677. lin. 6. Baillet. lin. 9. Scaliger. pag. 678. lin. 14. *Francof.* pag. 681. lin. 31. queritur. pag. 684. lin. 26. emendata. pag. 685. lin. 19. Lambini. pag. 690. lin. 15. chaeronaei. pag. 693. lin. 13. Thucydidem. pag. 698. lin. 32. *nox.* pag. 701. lin. 30. Baile. pag. 703. lin. 10. Quilibet. lin. 18. *Biblioth-*

ca. pag. 704. lin. 26. 1668. pag. 706. lin. 25. autographum. p. 707. lin. 4. *forma le. recueillir.* pag. 711. lin, 34. redegisse. pag. 719. lin. 31. *Princeps.* pag. 727. lin. 20. typothetarum. lin. 21. exscriptus. pag. 728. lin. 33. contemnendam. pag. 729. lin. 17. IOANNES. lin. 19. codicibus. pag. 734. lin. 28. 2m. pag. 736. lin. 14. Mose ex. pag. 741. lin. 29. *Exasthicon.* pag. 751. lin. 31. *aeternum.* pag. 758. lin. 9. 11. 18. Coclite, Coclitis, Coclite. pag. 761. lin. 15. exstat. p. 762. lin. 12. quae. lin. 37. *te.* pag. 763. lin. 9. Fabricii. lin. 25. quem. pag. 764. lin. 19. *vetustum.* pag. 765. lin. 15. naturalem. pag. 766. lin. 5. *manus.* pag. 775. lin. 24. *candidus.* pag. 776. lin. 10. persequutionis. pag. 779. lin. 12. multa. pag. 793. lin. 14. *qui.* pag. 796. lin. 6. Eugenium IV. lin. 20. *sciscitabatur.*

Caetera, quae Auctore absente et inuito, irrepsere errata, facili negorio, B. L. verso stylo illinere, et litura emendare poterit.



Digitized by Google

Inv. 12953


UNIVERSITA' DEGLI STUDI
ROMA
ISTITUTO DI FILOLOGIA CLASSICA